eius gad. Pepit quoqꝫ ⁊ zelpha alterum:
dixitqꝫ lya. Hoc ꝓ beatitudine mea. Beatã
quippe me dicent oẽs mlr̃es. Propterea
appellauit eũ aser. Egressus autẽ rubẽ tp̃e
messis triticee in agrũ reperit mãdragoras:
quas matri lye detulit. Dixitqꝫ rachel. Da
mihi partẽ de mãdragoris filĳ tui. Illa re/
spondit. Parũ ne tibi videtur ꝙ ꝑripueris
maritũ mihi nisi etiã mãdragoras filĳ mei:
tuleris. Ait rachel. Dormiat tecum hac no/ C
cte ꝓ mãdragoris filĳ tui. Redeũti ad ves/
peram iacob de agro: egressa est in occursũ
eius lya ⁊ ait: Ad me inquit itrabis qꝛ mer/
cede cõduxi te ꝓ mãdragoris filĳ mei. Dor
miuit cũ ea nocte illa: ⁊ exaudiuit de⁹ ꝑces
eius. Cõcepitqꝫ ⁊ pepit filiũ quintũ: ⁊ ait. Ḋ/
dit deus mercedẽ mihi: qꝛ dedi aucillã meã
viro meo. Appellauitqꝫ nomẽ eius ysachar
Rursũ lya cõcipiens pepit sextũ filium ⁊ ait
Dotauit me deus dote bona. Etiã hac vice
mecũ erit maritus me⁹: eo ꝙ gẽueri ei sex fi
lios. Et idcirco appellauit nomẽ eius zabu
lõ. P⁹ quẽ pepit filiã noie dinã. Recorda/
tusqꝫ dñs rachelis exaudiuit: eã ⁊ apuit vul
nãei⁹ q̃ ꝯcepit ⁊ pepit filiũ dicens. Abstulit D
de⁹ opprobriũ meũ. Et vocauit nomẽ illius
ioseph dicẽs. Addat mihi dñs filiũ alteruꝫ.
Nato aũt ioseph: dixit iacob socero suo. Di I. Reg.II.d
mitte me vt reuertar in patriã meã ⁊ ad ter
rã meã. Da mihi vxores ⁊ liberos meos ꝓ
quibus seruiui tibi vt abeã. Cũ vero nosti ꝑ/
uitutẽ qua seruiui tibi. Ait illi labã: Inueni
am grã̃m in cõspectu tuo. Expimẽto didici
qꝛ bñdixerit mihi de⁹ ꝓpter te cõstitue mer
cedẽ tuã quã dem tibi. At ille rñdit: Tu no
sti quõ seruierim tibi: ⁊ quanta ĩ manib⁹ me
is fuerit possessio tua. Modicuꝫ habuisti añ
q̃ꝫ venirem ad te: ⁊ nũc diues effectus es: be
nedixitqꝫ tibi deus ad introitũ meũ. Iustũ ẽ
igit͡ vt aliqñ ꝓuideã domui mee. Dixitqꝫ la
bã. Quid tibi dabo. At ille ait nihil volo sꝫ E
si feceris qḋ postulo iterũ pascã ⁊ custodiaꝫ
peccora tua: Gyra oẽs greges tuos: ⁊ sepa/
ra cunctas oues varias ⁊ sparso vellere: ⁊ qḋ
cũqꝫ fuluũ ⁊ maculosũ variũqꝫ fuerit tam in
ouibus q̃ꝫ in capris: erit merces mea. Rñ/
debitqꝫ mihi cras iusticia mea: qñ placiti
tp̃us aduenerit corã te: ⁊ oĩa que nõ fuerint
varia ⁊ maculosa ⁊ fulua tam in ouibus q̃ꝫ
in capris furti me argues. Dixitqꝫ laban:

Gratum habeo qđ petis. Et separauit in die
illa capras ⁊ oues ⁊ hircos ⁊ arietes varios
F ⁊ maculosos. Cunctū aūt gregē vnicolorem
.i. albi ⁊ nigri velleris: tradidit in manu filio-
rū suorum ⁊ posuit spatiū itineris triū die-
rū inter se ⁊ generum. qui pascebat reliquos
greges ei⁹. Tollēs ergo iacob virgas popu-
leas virides ⁊ amygdalinas ⁊ ex platanis. ex
pte decorticauit eas. Detractisq₃ corticibus
in his que spoliata fuerāt candor apparuit
illa vo q̄ītegra fuerant viridia pmanserunt:
atq₃ in hunc modū color effect⁹ ē vari⁹. Po-
suitq₃ eas in canalibus vbi effundebat aqua
vt cū venissent greges ad bibendū: ante ocu-
los hr̄ent virgas ⁊ in aspectu earū cōcipe-
G rent. Factūq₃ est vt in ipso calore coit⁹ oues
intuerent virgas: ⁊ parerent maculosa ⁊ va-
ria: ⁊ diuerso colore respersa. Diuisitq₃ gre-
gē iacob: ⁊ posuit virgas in canalibus ante
oculos arietū. Erant aūt alba ⁊ nigra queq₃
labā: cetera vero iacob: separatis iter se gre-
gibus. Igit quādo primo tempore ascende-
bantur oues ponebat iacob virgas in cana-
libus aquarū ante oculos arietū ⁊ ouiū vt i
earū contemplatione conciperēt. Quando
vero serotina admissura erat: ⁊ concept⁹ ex-
tremus: non ponebat eas. Fcāq₃ sūt ea que
erant serotina: labā: ⁊ qui primi temporis ia-
cob. Ditatusq₃ ē homo vltra modū ⁊ habuit
greges multos: ancillas ⁊ seruos: camelos
⁊ asinos.

XXXI

A Postq̄₃ aūt audiuit verba filiorum
labā dicentiū: tulit iacob omia que
fuerunt patris nostri: ⁊ de illi- facul-
tate ditatus fact⁹ est inclyt⁹ aīaduertit quo-
q₃ faciē labā q̄ n̄ esset erga se sicut heri ⁊ nu-
diustertius maxime dicēte sibi dn̄o reuerte-
re in terrā patrū tuo₄ ad generationē tuam
eroq₃ tecū: misit ⁊ vocauit rachel ⁊ lyam in
agrū vbi pascebat greges dixitq₃ eis video
faciē pr̄is vr̄i q̄ n̄ sit erga me sicut heri ⁊ nu-
diustertius. De⁹ aūt pr̄is mei fuit mecū: ⁊ ip-
se nostis q̄ totis virib⁹ meis seruierī pr̄i vr̄o
Sed ⁊ pr̄ vr̄ circumuēit me: ⁊ mutauit mer-
cedē meā decē vicibus: ⁊ tm̄ nō dimisit eū de-
us vt noceret mihi. Si qn̄ dixit: varie erunt
mercedes tue pariebāt oēs oues varios fet⁹
qn̄ vero ecōtrario ait: alba queq₃ accipies p̄
mercede oēs greges alba pepererunt. Tulitq₃
B de⁹ substātiā pr̄is vr̄i ⁊ đdit mihi. Postq̄₃
eni cōcept⁹ ouiū tp̄s aduenerat: leuaui ocu-
los meos: ⁊ vidi in sōnis ascēdētes mares su-
p feminas: varios ⁊ maculosos ⁊ diuerso₄ co-
lo₄. Dixitq₃ angel⁹ dn̄i ad me i somnis. Ia-
cob: Et ego respondi. Adsum. Qui ait. Le-
ua oculos tuos: ⁊ vide vniuersos masculos
ascendentes sup feminas varios maculosos
atq₃ respersos. Uidi eni omnia que fecit tibi
laban. Ego sum deus bethel: vbi vnxisti lapi- s.28.d
dem ⁊ votum vouisti mihi. Nunc ergo sur- i.32.c
ge: ⁊ egredere de terra hac reuertēs in terrā
natiuitatis tue. Rn̄deruntq₃ rachel ⁊ lya. Nū
quid habemus residui quicq̄₃ in facultatib⁹
⁊ hereditate domus pr̄is nostri? Nonne q̄si
alienas reputauit nos ⁊ vēdidit: comeditq₃
pciū nostrū? Sed deus tulit opes pr̄is no- C
stri: ⁊ eas tradidit nobis ac filijs nostris. Un-
de oīa q̄ pcepit tibi domin⁹: fac. Surrexit āt
iacob ⁊ impositis liberis a coniugibus suis
sup camelos abijt: tulitq₃ oēm substantiā su-
am ⁊ greges ⁊ quicquid in mesopotamia ac-
quisierat: pgens ad ysaac patrē suum in ter-
rā chanaā. Eo tp̄e ierat laban ad tondēdas
oues ⁊ rachel furata ē idola patris sui. No-
luitq₃ iacob cōfiteri socero suo q̄ fugeret: cū
q₃ abisset tam ipse q̄₃ oīa que iuris sui erāt: ⁊
amne trāsmisso pgeret contra montem ga-
laad: nunciatū est laban die tertio q̄ fugeret
iacob. Qui assumptis fr̄ibus suis psecutus ē
cū diebus septē: ⁊ cōprehendit eum in mon-
te galaad. Uiditq₃ in somnis dicētē sibi dn̄z
Caue ne quid aspe loquaris cōtra iacob. Iā D
q₃ iacob extēderat in monte tabernaculum
Cunq₃ ille cōsecut⁹ fuisset cū cū fr̄ibus suis
in eodem monte galaad fixit tentorium. Et
dixit ad iacob. Quare ita egisti: vt clam me
abigeres filias meas quasi captiuas gladio
Cur ignorante me fugere voluisti: nec indi-
care mihi vt prosequeret te cū gaudio ⁊ cā-
ticis ⁊ tympanis ⁊ citharis? Non es passus
vt oscularer filios meos ⁊ filias. Stulte opa-
tus es. Et nunc quidē valet manus mea red-
dere tibi malum: sed deus patris tui heri di-
xit mihi. Caue ne loquaris contra iacob q̄c-
q̄₃ durius: Esto. Ad tuos ire cupiebas ⁊ de-
siderio erat tibi domus patris tui. Cur fura-
tus es deos meos? Respondit iacob Qđ in-
scio te profectus sum: timui ne violēter au-
ferres filias tuas. Qđ autē furti me arguis:
apud quēcunq₃ inueneris deos tuos: necet
corā fr̄ibus nr̄is. Scrutare: quicq̄d tuorum E
apud me inueneris aufer. Hec dicēs ignora-
bat q̄ rachel furata esset idola. Ingressus ita-
q₃ laban tabernaculū iacob ⁊ lye ⁊ vtriusq₃
famule non inuenit. Cūq₃ intrasset tentoriū
rachelis. illa festināns abscondit idola sub-
ter stramenta cameli ⁊ sedit de super: scru-
tantiq₃ omne tentorium ⁊ nihil inuenienti

ait. Ne irascat̃ dñs meus q̃ corã te assurgere
neq̃o: q2 iuxta ꝯsuetudinẽ feminaꝝ nũc acci-
dit mihi. Sic delusa sollicitudo querẽtis ẽ.
Tumẽsq; iacob cũ iurgio ait. Quã ob culpã
meã ⁊ ob qd̃ pcũ meũ sic exarsisti post me: ⁊
scrutat⁹ es oẽm supellectilem meã? Quid
inuenisti de cũcta substãtia domus tue? Põe
hic corã fr̃ibus meis ⁊ fr̃ibus tuis: ⁊ iudicẽt
inter me ⁊ te. Idcirco vigĩti annis fui tecũ:
o.23.b. oues tue ⁊ capre steriles non fuerũt: arietes
gregis tui nõ comedi: nec captũ a bestia ostẽ-
F di tibi. Ego dãnũ oẽ reddebã. Quicq̃d fur-
tiz ꝑibat a me exigebas: die noctuq; estu vr-
gebar ⁊ gelu: fugiebatq; somn⁹ ab ocul̃ m̃is
s.29.d Sicq; ꝑ vigĩti ãnos in domo tua seruiui: q̃-
tuordeciz ꝓ filiabus: ⁊ sex ꝓ gregibus tuis.
Immutasti quoq; mercedẽ meã decẽ vicib⁹
Nisi deus p̃ris mei abraã ⁊ timor ysaac affu
isset mihi: forsitan mõ nudum me dimisisses.
Afflictionẽ meã ⁊ laborẽ manuuz mearum
respexit dñs: ⁊ arguit te heri. Rñdit ei labã
Filie mee ⁊ filij ⁊ greges tui ⁊ oĩa que cernis
mea sunt. Quid possuz facere filijs ⁊ nepoti
bus meis? Ueni ergo ⁊ ineam⁹ fedus: vt sit
testimoniũ iter me ⁊ te. Tulit itaq; iacob la-
pidẽ: ⁊ erexit illũ in tituluz. Dixitq; fr̃ibus
.26.f suis. Afferte lapides. Qui cõgregãtes fece-
runt tumulũ: comederũtq; sup eũ. Quẽ vo-
cauit laban tumuluz testis: ⁊ iacob aceruuz
testimonij. vterq; iuxta ꝓprietãtẽ ligue sue.
G Dixitq; laban. Tumulus iste testis erit iter
me ⁊ te hodie. Et idcirco appellatũ ẽ nomẽ
eius galaad. id ẽ tumulus testis. Et adiecit
laban. Intueat̃ ⁊ iudicet dñs inter nos qñ
recesserimus a nobis si afflixeris filias m̃as:
⁊ si introduxeris alias vxores sup eas. Nul
lus sermõis nr̃i testis est absq; deo q̃ p̃ns re
spicit. Dixitq; rursus ad iacob. En tumulus
hic ⁊ lapis quẽ erexi: inter me ⁊ te testis erit
Tumulus inq̃ iste ⁊ lapis sint in testimoni
um: si aut ego trãsiero illũ ꝑgens ad te: aut
tu ꝑterieris malũ mihi cogitãs. De⁹ abraã
⁊ deus nachor iudicet iter nos: de⁹ p̃ris eo-
rum. Iurauit ergo iacob ꝑ timorez p̃ris sui
ysaac: imolatisq; victimis in monte vocauit
fr̃es suos vt ederẽt panem. Qui cum come
dissent mãserunt ibi. Laban⁹ vero de nocte
consurgens osculatus est filios ⁊ filias suas
bñdixitq; illis. reuersusq; ẽ i locũ suum.

Iacob aũt abijt in iti- XXXII.
A nere quo ceꝑat: fuerũtq; ei obuiaz
angeli dei. Quos cũ vidisset ait. Ca
stra dei sũt. Et appellauit nomẽ loci illi⁹ ma
naim. i. castra. Misit aũt ⁊ nuncios añ se ad
esau fr̃em suum in terra seyr: in regiõe edõ.
p̃cepitq; eis dicens: sic loquimini dño meo
esau. Hec dicit frater tu⁹ iacob. Apud labã
B ꝑegrinatus suz ⁊ fui vsq; in p̃ntem diẽ. Ha-
beo boues ⁊ asinos ⁊ oues ⁊ seruos: ⁊ ancil
las: mittoq; nũc legationem ad dñm meuz:
vt inueniaz gr̃am in cõspectu tuo. Reuersiq;
sunt nũcij ad iacob dicentes. Uenimus ad
esau fr̃em tuũ: ⁊ ecce ꝓperat in occursuz tu-
um cũ quadrĩgẽtis viris. Timuit iacob val
de: ⁊ ꝑterritus diuisit ppl̃m qui secum erat:
greges quoq; ⁊ oues ⁊ boues ⁊ camelos in
duas turmas dicẽs. Si venerit esau ad vnã
turmã ⁊ ꝑcusserit eam: alia turma que reliq̃
C ẽ saluabit̃. Dixitq; iacob. Deus p̃ris mei a-
braam: ⁊ deus p̃ris mei ysaac: dñe qui dixisti
mihi: reuertere in terrã tuã ⁊ in locũ natiui s.31.b.
tatis tue: ⁊ bñfaciam tibi: minor sum cũctis i
miserationib⁹ tuis: ⁊ veritate tua quã exple
sti seruo tuo. In baculo meo trãsiui iordãez
istum: ⁊ nũc cuz duabus turmis regredior.
Erue me de manu fratris mei esau: quia val
de eum timeo: ne forte veniẽs percutiat ma
trem cum filijs. Tu locut⁹ es q̃ benefaceres
mihi: ⁊ dilatares semẽ meũ sicut arenaz ma
ris: que ꝓ multitudine numerari nõ potest.
D Cũq; dormisset ibi nocte illa: sepauit de his
que habebat munera esau fratri suo: capras
ducentas: hircos viginti: oues ducẽtas: ⁊ a-
rietes vigĩti. camelos fetas cũ pullis suis tri
ginta: vaccas quadraginta: ⁊ tauros vigĩti:
asinas vigĩti: ⁊ pullos eaꝝ decem. Et misit ꝑ
manus suorum suorũ singulos seorsum gre-
ges: dixitq; pueris suis. Antecedite me: ⁊ sit
spatiũ inter gregem ⁊ gregem. Et precepit
priori dicens. Si obuium habueris fratrem
meum esau: ⁊ interrogauerit te: cui⁹ es aut
quo vadis: aut cuius sunt ista que sequeris
E respondebis. Serui tui iacob. Munera mi
sit domino suo esau: ipse quoq; post nos ve-
nit. Similiter dedit mãdata secũdo ⁊ t̃tio: ⁊
cunctis q̃ sequebãtur greges dicens. Hisdẽ
verbis loquimini ad esau cum inueneritis
eum: ⁊ addetis. Ipse quoq; seruus tuus ia-
cob iter nostꝝ insequitur. Dixit enim. Pla
cabo illum muneribus que precedunt: ⁊ po
stea videbo illum. Forsitan ꝓpitiabitur mi-
F hi. Precesserunt itaq; munera ante eũ: ipse
vero mãsit nocte illa in castris. Cũq; matu-
re surrexisset tulit duas vxores suas ⁊ totiđ
famulas cũ vndecim filijs: ⁊ transiuit vadũ
iaboch. Traductisq; oĩbus q̃ ad se ꝑtinebãt:
mansit solus: ⁊ ecce vir luctabat̃ cuz eo vsq; Osee.12.a.
mane. Qui cum videret q̃ euz superare nõ
posset: tetigit neruũ femoris ei⁹ ⁊ stati emar
cuit. Dixitq; ad eũ. Dimitte me. Iam enim

ascendit aurora. Rñdit. Nõ dimittā te nisi
bñdixeris mihi. Ait ergo. Qḋ est nomē tibi
j.35.b. Rñdit. Jacob. At ille. Nequaꝙ inqt iacob
appellabitur nomē tuū: sed israel. Qm̃ si cõ
tra deū fortis fuisti: q̃tomagis ꝯtra hoies ꝑ
G ualebis. Interrogauit euȝ iacob. Dic mihi
Judi.13.c. quo appellaris noie. Rñdit. Cur queris no
men meū quod est mirabile. Et bñdixit ei in
eodem loco. Uocauitq; iacob nomē loci il
lius phanuel: dicēs. Uidi dñm facie ad faci
em: ⁊ salua facta est aīa mea. Ortusq; est ei
stati sol postꝙ trāsgressus est phanuel. Ipse
vero claudicabat pede. Quā ob cām nõ co
medunt neruū filij israel. q̄ emarcuit i femo
re iacob vsq; i pñtem diē: eo ꝙ tetigerit ner
uum femoris eiꝰ ⁊ obstupuerit. XXXIII.
A Leuās aūt iacob oclos vidit veniē
tem esau: ⁊ cū eo quadringentos vi
ros. Diuisitq; filios lye ⁊ rachel am
barumq; famularum: ⁊ posuit vtranq; ancillā
⁊ liberos earū i ꝑcipio: lyā vero ⁊ filios eiꝰ
in secundo loco: rachel aūt ⁊ ioseph nouissi
mos. Et ipse ꝓgrediēs adorauit ꝓnus i ter
rām septies donec appropiquaret frater eiꝰ.
Currēs itaq; esau obuiā fratri suo: amplexa
tus ē eū: stringēsq; collū eiꝰ ⁊ osculās eū fle
uit: leuatisq; oculis vidit mlieres ⁊ puulos
B earū: ⁊ ait. Quid sibi volūt isti: ⁊ si ad te per
tineāt? Rñdit. Paruuli sunt quos donauit
mihi deus seruo tuo. Et appropiquātes an
cille ⁊ filij earꝫ incuruati sunt. Accessit quoq;
lya cū pueris suis: ⁊ cum sil'r adorassent: ex
tremi ioseph ⁊ rachel adorauerunt. Dixitq;
esau. Que nā sunt iste turme quas obuiam
hūi? Rñdit. Ut inuenirē grām coram dño
meo. At ille ait. Habeo plima frater mi. sint
tua tibi. Dixitq; iacob. Noli ita obsecro: sed
si inueni grām in oculis tuis: accipe munus
2. Reg.19.e culū de manibꝰ meis. Sic eīm vidi faciē tuā
1. Reg.25.e quasi viderim vultū dei. Esto mihi ꝓpitius
Hester.15.d ⁊ suscipe bñdictionē quā attuli tibi: ⁊ quam
donauit mihi deus tribuēs oia. Uix frē cõ
pellēte suscipiēs ait. Gradiamur simł: eroq;
C socius itineris tui. Dixitq; iacob. Nosti dñe
mi ꝙ puulos hēam teneros: ⁊ oues ⁊ boues
fetas mecū: quas si plus i ambulādo fecero
laborare: moriēt vna die cūcti greges. Pre
cedat dñs meꝰ añ seruū suū: ⁊ ego seq̃r pau
latim vestigia eiꝰ sicut videro puulos meos
posse: dōec veniā ad dñm meum in seyr. Re
spōdit esau. Oro te vt de pplo q̄ mecū ē: sal
D tē socij remaneant vie tue. Nõ ē iqt necesse
hoc vnū tm̃ indigeo vt inueniā grām in cõ
spectu tuo dñe mi. Reuersus ē itaq; illo die
esau itinere quo venerat in seyr. Et iacob ve
nit in sochot: vbi edificata domo ⁊ fixis tēto
rijs: appellauit nomē loci illius sochot. i. ta
bernacula. Trāsiuitq; in salē vrbē sichimoꝝ
q̄ est in terra chanaan: postꝙ reuersus ē de
mesopotamia syrie: ⁊ hitauit iuxta oppiduȝ:
emitq; partē agri in qua fixerat tabernacła:
a filijs emor pr̄is sichen cētum agnis: ⁊ ere
cto ibi altari iuocauit super illud fortissimū
deum israel. XXXIIII.
Gressa est aūt dina filia lye vt vide A
ret mulieres regiōis illius. Quam
cū vidisset sichen filiꝰ emor euei ꝑn
ceps terre illius: adamauit eam ⁊ rapuit: ⁊
dormiuit cū illa: vi opprimēs virginē. Et cõ 2. Re.13.c
glutinata ē aīa eius cum ea: tristēq; delini
uit blāditijs ⁊ ꝑgēs ad emor pr̄em suū: acci
pe inquit mihi puellā hanc cõiugē. Qḋ cū
audisset iacob abñtibus filijs: ⁊ in pastu pe
coꝝ occupatꝭ: siluit donec redirēt. Egresso āt
emor pr̄e sichem vt loq̃ret ad iacob: ecce fi
lij vēiebant de agro: auditoq; qḋ acciderat:
irati sunt valde: eo ꝙ fedā rē opatꝰ cēt i isrł
⁊ violata filia iacob rē illicitā ꝑpetrasset. Lo B
cutus ē itaq; emor ad eos: Sichem filij mei
adhesit aīa filie vr̄e. Date eā illi vxorē ⁊ iun
gamus vicissiȝ cõnubia. Filias vr̄as tradite
nobis: ⁊ filias nr̄as accipite: ⁊ habitate no
biscū. Terra in ꝑtāte vr̄a est: exercete: nego
ciamini: ⁊ possidete eā. Sed ⁊ sichē ad pr̄eȝ
⁊ ad fratres eius ait. Inueniā gratiam corā
vobis: ⁊ quecunq; statueritis dabo. Auge
te dotem ⁊ munera postulate: ⁊ libenter tri
buam quod petieritꝭ: tantum date mihi pu
ellam hanc vxorem. Responderunt filij ia
cob sichem ⁊ pr̄i eius in dolo: seuientes ob
stuprū sororis. Non possumus facere qḋ pe
titꝭ: nec dare sororē nostram homini incircū
ciso: quod illicitū ⁊ nefarium est apud nos.
Sed in hoc valebimus federari: si volueritꝭ
eē similes nr̄i: ⁊ circūcidatꝭ in vobis omnis
masculini sexus: tunc dabimus ⁊ accipiemꝰ
mutuo filias vr̄as ac nostras: ⁊ habitabimꝰ
vobiscum: erimusq; vnus populus. Si aūt
circūcidi nolueritis: tollemus filiā nostram
⁊ recedemus. Placuit oblatio eoruȝ emor C
⁊ sicheȝ filio eius: nec distulit adolescēs q̄n
statim quod petebatꝭ expleret. Amabat eīm
puellam valde: ⁊ erat inclitus in oī domo
patris sui. Ingressiq; portam vrbis locuti
sunt ad populum. Uiri isti pacifici sūt: ⁊ vo
lunt habitare nobiscum. Negocientur i ter
ra ⁊ exerceant eā que spatiosa ⁊ lata culto
ribus indiget. Filias eorum accipiemꝰ vxo
res: ⁊ nr̄as illis dabimꝰ. Unū est q̄ differtur
tātū bonū. Si circūcidamus masclos nr̄os

ritū gentis imitātes:⁊ substātia eoꝝ ⁊ peco/
ra ⁊ cūcta q̄ possidēt nr̄a erūt. Tantū in hoc
acquiescamꝰ:⁊ habitātes simul: vnū efficia/
mus populū. Assensiqꝫ sūt omnes: circunci/
B sis cūctis maribus. Et ecce tertio quādo gra
uissimus vulneꝝ dolor est: arreptis duo filij
iacob: symeon ⁊ leui fratres dine: gladijs: in
gressi sūt vrbē cōfidenter: interfectisqꝫ oībus
masculis: emor ⁊ sichem pꝛiter necauerunt
tollētes dinā de domo sichē sororē suā. Qui
bus egressis irruerūt super occisos ceteri fi/
lij iacob: ⁊ depopulati sūt vrbē in vltionem
stupri: oues eoꝝ ⁊ armenta ⁊ asinos: cuncta
qꝫ vastātes que in domibꝰ ⁊ i agris erāt: puu
los quoqꝫ eoꝝ ⁊ vxores duxerunt captiuas.
Quibꝰ ꝑpetratis audacꝰ: iacob dixit ad sy/
meon ⁊ leui: Turbastis me:⁊ odiosū fecistis
me chananeis ⁊ pherezeis habitatoribꝰ ter/
re huius. Nos pauci sumꝰ: illi ꝯgregati per
cutient me:⁊ delebor ego ⁊ domꝰ mea. Re/
sponderūt: Nūquid vt scorto abuti debuere
sororē nostra. XXXV

A Nterea locutꝰ est deꝰ ad iacob: Sur
ge ⁊ ascēde bethel ⁊ habita ibi: fac/
qꝫ altare domino q̄ apparuit tibi qñ
fugiebas esau fratrē tuū. Jacob vero ꝯuoca
ta oī domo sua ait. Abijcite deos alienos q̄
in medio vestri sūt ⁊ mūdamini: ac mutate
vestimenta vestra. Surgite ⁊ ascēdamꝰ i be
thel: vt faciamus ibi altare dn̄o qui exaudi/
uit me i die tribulatiōis mee:⁊ sociꝰ fuit iti/
neris mei. Dederūt ergo ei omnes deos ali
enos quos habebāt:⁊ in aures q̄ erāt in auri
bus eoꝝ. At ille infodit eas subtꝰ terebinthū
que ē post vrbē sichem. Cunqꝫ profecti eēnt
terror dei iuasit omnes p circuitum ciuita
tes:⁊ nō sunt ausi ꝑsequi recedentes. Uenit
igitur iacob luzan que ē i terra chanaan co/
gnomento bethel: ipse ⁊ oīs populus cū eo.
Edificauitqꝫ ibi altare:⁊ appellauit nomen
loci illiꝰ domꝰ dei. Ibi eni apparuit ei deus
cū fugeret fratrē suū. Eodē tēpore mortua ē
B delbora nutrix rebecce:⁊ sepulta est ad radi
ces bethel subter quercum: vocatūqꝫ ē nom̄
loci illiꝰ quercꝰ fletꝰ. Apparuit aūt iteꝝ deꝰ
iacob postq̄ reuersus ē de mesopotamia sy/
rie:⁊ venit in bethel: benedixitqꝫ ei dicens.
G.32.f Non vocaberis vltra iacob sed isrl̄ erit nom̄
tuū. Et appellauit eū isrl̄. Dixitqꝫ ei: Ego deꝰ
oīpotēs. Cresce ⁊ multiplicare: gētes ⁊ ppl̄i
nationum ex te erūt. Reges de lūbis tuis e/
gredientur: terrāqꝫ quaꝫ dedi abraā ⁊ ysaac:
dabo tibi ⁊ semini tuo pꝰ te. Et recessit ab eo.
Ille vero erexit titulū lapideū: i loco quo lo
cutꝰ fuerat ei deꝰ: libans suꝑ eū libamina: ⁊
effundens oleū vocansqꝫ nomē loci illiꝰ bet
hel. Egressus aūt inde vēit verno tp̄e ad ter/
raꝫ q̄ ducit effratam. In qua cum parturiret
rachel ob difficultatē partꝰ periclitari cepit
dixitqꝫ ei obstetrix: Noli timere: q2 ⁊ hūc ha
C bebis filiū. Egrediente aūt aīa p̄ dolore ⁊ iy
minente iam morte: vocauit nomen filij sui
bēnoni: id est filius doloris mei. Pater ve/
ro appellauit eū beniamin: id est filius dex/
tre. Mortua est ergo rachel:⁊ sepulta est in
via que ducit effratam: hec est bethleē. Ere/
xitqꝫ iacob titulū super sepulchrū eius. Hic
est titulus monumēti rachel vsqꝫ i p̄nte diē.
D Egressus inde fixit tabernaculū trans turrē
gregis. Cunqꝫ habitaret in illa regione abijt
rubē:⁊ dormiuit cū bala ꝯcubina patris sui.
Qđ illum minime latuit. Erāt aūt filij iacob
duodecim. Filij lye primogenitus rubē:⁊ sy
meon:⁊ leui: iudas ⁊ ysachar:⁊ zabulon. Fi/
lij rachel: ioseph ⁊ beniamin. Filij bale ancil
le rachelis: dan ⁊ neptalim. Filij zelphe an/
cille lye: gad ⁊ aser. Hi sūt filij iacob: qui na
ti sunt ei in mesopotamia syrie. Uenit etiā
ad ysaac patrē suum i mābre ciuitatē arbee
hec ē hebron in qua ꝑegrinatus est abraam
⁊ ysaac. Et cōpleti sūt dies ysaac centū octo/
ginta annorū cōsumptusqꝫ etate mortuus ē
⁊ appositꝰ est ꝑplo suo senex ⁊ plenꝰ dieꝝ ⁊
sepelierūt eū esau ⁊ iacob filij sui XXXVI

A H E aūt sunt generatōes esau: ipse est
edom. Esau accepit vxores de filia/
bus chanaan: ada filiaꝫ elom ethei
⁊ oolibama filiā an filij esebeō euei. Basa/
mathq̄ꝫ filiā hismael sororē nabaioth. Pe/
pit aūt ada eliphaz. Basemath gēuit rahu
el. Oolibama genuit iehus ⁊ ihelon ⁊ cho
re. Hi filij esau: qui nati sunt ei i terra chana
an. Tulit aūt esau vxores suas filios ⁊ filias
⁊ omnē animā domꝰ sue ⁊ substantiā ⁊ pe/
cora:⁊ cūcta q̄ habere poterat in terra cha/
naan:⁊ abijt in alterā regioneꝫ: recessitqꝫ a
fratre suo iacob. Diuites eni erant valde:⁊ G.1.3.a.
siꝉ habitare nō poterant nec sustinebat eos
terra peregrinationis eorū pre multitudine
B gregū. Habitauitqꝫ esau in monte seyr: ipse
est edom. He autem sunt generatiōes esau
patris edom i monte seyr. ⁊ hec noīa filiorū
eius. Eliphaz filius ada: vxoris esau. Ra/
huel quoqꝫ filius basemath vxoris eiꝰ. Fue/
rūtqꝫ eliphaz filij themā omar: sephua ⁊ ga
than:⁊ cenem ⁊ chore. Erat autem thamna
concubina eliphaz filij esau que peperit ei
amalech. Hi sunt filij ada vxoris esau. Filij
autem rahuel: naath:⁊ zara: semma ⁊ meza
hi filij basemath vxoris esau. Isti quoqꝫ erāt

filij oolibama filie ane filij sebeon vxoris e-
sau quos genuit ei:iehus ihelon ⁊ chore. hi
duces filioꝝ esau. Filij elipham primogeni-
ti esau. dux theman: dux omar: dux sephua:
dux cenem: dux chore: dux gathā: dux ama-
lech. Hi filij eliphaz in terra edom: ⁊ hi filij
ada. Hi quoqȝ filij rahuel filij esau. Dux na-
ath: dux zara: dux semma: dux meza. Hi aūt
duces rahuel ī terra edō. Isti filij basemath
C vxoris esau. Hi āt filij oolibama vxoris esau
dux: iehus: dux ihelon: dux chore. Hi duces
oolibama filie ane vxoris esau. Isti sunt filij
esau ⁊ hi duces eoꝝ. Ipe ē edō. Isti sūt filii
seyr horrei habitatoris terre: lothan ⁊ sobal
⁊ sebeō ⁊ anan ⁊ dison ⁊ eser ⁊ disan.. Hi du
ces horrei filij seyr: in terra edom. Facti sunt
autē filij lothan: horrei ⁊ eman erat autē so-
ror lothan thāna. Et isti filij sobal: aluhaz ⁊
maneeth ⁊ ebal sephi ⁊ onan. Et hi filij sebe-
on: achi ⁊ anan. Iste ē anan q̄ inuenit aquas
calidas in solitudine: cū pasceret asinas sebe
on p̄ris sui. Habuitqȝ filiū disan ⁊ filiā ooli-
bama. Et isti filij disan abdaz ⁊ iesban ⁊ ie-
thrā ⁊ charan. Hi quoqȝ filij eser balānan ⁊
zeuan ⁊ achan. Habuit autē filios disan hus
⁊ aran. Hi duces horreoꝝ: dux lothā: dux so
bal: dux sebeon: dux ana: dux dison: dux eser:
D dux disan. Isti duces horreoꝝ qui imparue-
rūt in terra seyr. Reges autē qui regnauerūt
in terra edom: anteq̄ haberent regē filij israel
fuerunt hi. Balach filius beor: nomēqȝ vr-
bis eius denaba: Mortuꝰ ē aūt balach: ⁊ re-
gnauit ꝓ eo iobab: filius zare de bosra. Cun
qȝ mortuꝰ esset iobab: regnauit ꝓ eo husan
de terra themanoꝝ. Hoc quoqȝ mortuo: re-
gnauit ꝓ eo adad filius badadi qui percus-
sit madiā in regione moab: ⁊ nomen vrbis
eius auith. Cunqȝ mortuus esset adad: r̄gna
uit ꝓ eo semla de maserecha. hoc quoqȝ mor
tuo regnauit ꝓ eo saul de fluuio roboth. Cū
qȝ ⁊ hic obisset successit in regnum balanan
filius achobor. Isto quoqȝ mortuo: r̄gnauit
ꝓ eo adad nomenqȝ vrbis eius phou. Et ap
pellabatur vxor eius meezabel. filia matreth
filie mizaab. Hec ergo nomina ducum esau
in cognationibus ⁊ locis ⁊ vocabulis suis:
dux thamna: dux: alhua: dux iheteth: dux o-
olibama: dux ela: dux phinon: dux cenē: dux
themā: dux: mabsar: dux mabdiel: dux hiraz
Hi duces edom habitantes in terra imperij
sui: ipse est esau pater idumeorum. Habita
uit autem iacob in terra chanaan in q̄ p̄r suꝰ
ꝑegrinatꝰ ē: ⁊ he sūt gn̄atōes eiꝰ. XXXVII
A Ioseph cum sedecim esset annorum
pascebat gregem cum fratribus su-
is adhuc puer. Et erat cum filijs ba

le ⁊ zelphe vxorum patris: sui accusauitqȝ
fratres suos apud patrem crimine pessimo.
Israel autem diligebat ioseph super omnes
filios eo ꝙ in senectute genuisset eum. Fecit
qȝ ei tunicam polymitam. Uidentes autem
fratres eius ꝙ a patre plus cunctis filijs a-
maretur: oderant eum: nec poterant ei quic
q̄ȝ pacifice loqui. Accidit quoqȝ vt visum so- B
mnium referret fratribus suis que causa ma
ioris odij seminariū fuit. Dixitqȝ ioseph fra-
tribus suis. Audite somnium meum quod
vidi. Putabam nos ligare manipulos in a-
gro: ⁊ quasi consurgere manipulum meum
⁊ stare vestrosqȝ manipulos circūstantes a-
dorare manipulum meum. Responderunt
fratres eius: Nunq̄d rex noster eris aut subi
iciemur ditioni tue: Hec ergo causa somnio
rum atqȝ sermonum inuidie ⁊ odij fomitez
ministrauit. Aliud quoqȝ vidit somnium qđ C
narrans fratribus ait: Uidi per somnum q̄-
si solem ⁊ lunam ⁊ stellas vndecim adora-
re me. Quod cū patri suo ⁊ fratribus retulis
set: increpauit eum p̄r suus: ⁊ dixit: Quid si-
bi vult hoc somnū quod vidisti. Num ego ⁊
mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te super
terrā. Inuidebant ei igit̄ fratres sui pater ve
ro rē tacitus cōsiderabat. Cūqȝ fratres illius
in pascendis gregibus patris morarentur ī
sichē dixit ad eū israel. Fr̄es tui pascūt oues
in sichimis veni mittā te ad eos. Quo r̄ndē- I. Reg. 3. e
te: presto sum ait. Uade ⁊ vi si cuncta ꝓspe
ra sint erga fratres tuos ⁊ pecora: ⁊ renūcia
mihi quid agatur. Missus de valle hebron
venit in sichem. Inuenitqȝ eum vir errantez
in agro: ⁊ īterrogauit quid quereret. At ille
respondit. Fratres meos q̄ro. Indica mihi
vbi pascant greges. Dixitqȝ ei vir. Recesse- D
runt de loco isto. Audiui aūt eos dicentes:
Eamus in dothaim. Perrexit itaqȝ ioseph
post fratres suos ⁊ inuenit eos in dothaim.
Qui cum vidissent eum ꝓcul: anteq̄ȝ acce-
deret ad eos cogitauerunt illum occidere ⁊
mutuo loquebātur: ecce somniator vēit. Ue math. 12 d
nite occidamus eum ⁊ mittamus in cister- Mar. 12.
nam veterem: dicemusqȝ fera pessima deuo- Lu. 20. a
rauit euz: ⁊ tunc apparebit quid illi prosint j. eo.
somnia sua. Audiens autem hec ruben: nite
batur liberare eum de manibus eorum: ⁊ di
cebat: Non interficiamus animam eius: nec
effundamus sanguinem: sed proijcite eum ī
cisternā veterē q̄ est in solitudine: manusqȝ
vr̄as seruate inoxias. Hoc āt dicebat volēs eripe
eū ď maībꝰ eoꝝ: ⁊ redderē p̄ri suo. Cōfestī igit̄
vt ꝑuenit ad fr̄es suos: nudauerūt eū tuni-
ca talari ⁊ polymita: miseruntqȝ eū in cister

nam veterē q̄ nō hēbat aquā.Et sedētes vt
comederēt panez viderūt hismaelitas viato
res venire de galaad:⁊ camelos eoꝝ portā
tes aromata ⁊ resinā ⁊ stacten in egyptum.
Dixit ergo iudas fratribꝰ suis. Quid no
bis ꝓdest si occiderimꝰ frēm nr̄m ⁊ celaue
F rimꝰ sanguinē ipius.Meliꝰ est vt venūdet
hismaelitis:⁊ manꝰ nr̄e nō polluātur. Frater
eīm ⁊ caro nostra est.Acqeuerūt frēs s̄mo
nibus illiꝰ:⁊ p̄tercūtibus madianitis nego
ciatoribus:extrahētes euz de cisterna vēdi
derūt eum hismaelitis vigīti argēteis: q̄ du
xerūt eum in egyptū.Reuersusqꝫ ruben ad
cisternā nō inuenit pueꝝ:⁊ scissis vestibꝰ ꝑ
gens ad frēs suos ait. Puer nō cōparet:⁊
ego quo ibo. Tulerūt autez tunicā eiꝰ:⁊ in
sanguinē hedi quē occiderāt tinxerūt: mit
G tentes qui ferrēt ad p̄rēm:⁊ dicerent.Hanc
inuenimꝰ:vide vtꝝ tunica filij tui sit an nō.
Quā cū cognouisset pater:ait. Tunica filij
s.eo. mei est.Fera pessima comedit eū: bestia de
uorauit ioseph.Scissisqꝫ vestibꝰ īdutus ē ci
licio:lugens filiū suuz multo tp̄e.Cōgrega
tis aūt cūctis liberis eiꝰ vt lenirēt dolorem
p̄ris:noluit cōsolationē accipere:sꝫ ait.De
scendā ad filiuz meum lugēs in infernū. Et
illo p̄seuerante in fletu:madianite vendide
rūt ioseph i egypto phutifarii eunucho pha
raonis magistro militum. XXXVIII.

A (O)dem tp̄e descendens iudas a fra
tribꝰ suis:diuertit ad viꝝ odolami
ten noīe hirā.viditqꝫ ibi filiā hoīnis
chananei vocabulo Sue. Et accepta vxore
ingressus ē ad eā.Que cōcepit ⁊ pepit filiū:
⁊ vocauit nomē eiꝰ her. Rursumqꝫ cōcepto
fetu natū filiū vocauit onan.Tertiuz quoqꝫ
pepit quē appellauit sela.Quo nato parere
vltra cessauit.Dedit aūt iudas vxorē p̄mo
genito suo her:noīe thamar.Fuit quoqꝫ her
primogenitꝰ iude:nequam in ꝯspectu dn̄i:
B ⁊ ideo ab eo occisus ē.Dixit ergo iudas ad
onan filiū suuz.Ingredere ad vxorē f̄ris tui
⁊ sociare illi vt suscites semē f̄ri tuo.Ille sci
ens nō nasci sibi filios:itroiēs ad vxorē f̄ris
sui semē fundebat i terrā:ne liberi f̄ris noīe
nascerent.Et idcirco percussit eū dn̄s: eo ꝙ
rē detestabilem faceret.Quāobrem dixit iu
das thamar nurui sue.Esto vidua in domo
p̄ris tui:donec crescat sela filius meꝰ. Time
bat eīm ne ⁊ ipse moreret sicut fratres eius.
Que abiit ⁊ hītauit in domo p̄ris sui. Euo
lutis autē multis annis mortua ē Sue vxor
C iude.Qui post luctū consolatione suscepta:
ascendebat ad tonsores ouium suarum ipse
⁊ iras opilio gregis odollamita in thānas.

Nunciatūqꝫ est thamar ꝙ socer illius ascen
deret in thānas ad tondēdas oues.Que de
positis viduitatis vestibus: assūpsit teristrū
⁊ mutato habitu sedit i biuio itineris q̄d du
cit thānam:eo ꝙ creuisset sela ⁊ nō eum ac
cepisset maritū.Quā cum vidisset iudas:su
spicatus est eē meretricē.Operuerat eiz vul
tum suū ne agnosceret.Ingrediēsqꝫ ad eam
D ait.Dimitte me vt coeam tecum.Nesciebat
eīm ꝙ nurꝰ sua esset.Qua respondēte: quid
dabis mihi vt fruaris concubitu meo: dixit.
Mittam tibi hedū de gregibus. Rursuzqꝫ
illa dicente:patiar quod vis si dederis mihi
arabōem donec mittas quod polliceris. ait
iudas.Quid tibi vis pro arabone dari? Re
E spondit.Annulum tuum ⁊ armillam ⁊ ba
culum quem manu tenes: Ad vnuz igit̄ coi
tum mulier concepit:⁊ surgens abijt:depo
sitoqꝫ habitu quem sumpserat:induta est vi
duitatis vestibus.Misit autē iudas hedum
per pastorem suum odollamitem:vt recipe
ret pignus quod dederat mulieri. Qui cuz
non inuenisset eam:interrogauit homies lo
ci illiꝰ.Ubi est mulier que sedebat in biuio.
Respondentibus cūctis nō fuit in loco isto
meretrix:reuersus est ad iudā ⁊ dixit ei.Nō
inueni eam.Sed ⁊ homines loci illius dixe
F runt mihi:nunq̄ sedisse ibi scortum. Ait iu
das.Habeat sibi. Certe mendacij arguere
nos non potest.Ego misi hedum quem pro
miseram:⁊ tu nō inuenisti eam. Ecce autem
post tres menses nunciauerunt iude dicen
tes.Fornicata est thamar nurus tua: ⁊ vide
tur vterus illiꝰ intumescere. Dixitqꝫ iudas.
Producite eam vt comburatur. Que cum
duceretur ad penam:misit ad socerum suū
dicens:De viro cuius hec sunt concepi. Co
G gnosce cuius sit annulus ⁊ armilla ⁊ bacu
lus.Qui agnitis muneribꝰ ait. Iustior me
est:quia non tradidi eā sela filio meo. Atta 1.Pa.2.a.
men vltra nō cognouit eam.Instante autez Math.1.a
partu:apparuerūt gemini i vtero:atqꝫ i ipsa
effusione infantiū vnus ꝓtulit manum:in q̄
obstetrix ligauit coccinū dicēs.Iste egredie
tur prior.Illo vero retrahēte manū: egressus
est alter.Dixitqꝫ mulier.Quare diuisa ē ꝓp
te maceria?Et ob hanc cāz vocauit nomē eiꝰ
phares.Postea egressꝰ ē f̄r eiꝰ i cuiꝰ manu
erat coccinū.quē appellauit zarā. XXXIX

A (I)Git ioseph ductꝰ ē in egyptū: emit
qꝫ eū phutifar eunuchꝰ pharaonis
p̄nceps exercitꝰ sui.vir egyptiꝰ d ma
nu hismaelitaruz:a q̄bꝰ ꝑductꝰ erat. Fuitqꝫ
dn̄s cū eo ⁊ erat vir ī rebus ꝓsꝑere agēs. Habi
tauitqꝫ in domo domini sui:qui optime no

uerat dominũ eẽ.cũ eo:⁊ oĩa que gereret ab
eo dirigi in mãu illiꝰ. Inuenitq; ioseph grãz
coraz dño suo:⁊ mĩstrabat ei. A quo ꝑpositꝰ
oĩbus:gubernabat creditã sibi domũ:⁊ vni
uersa q̃ ei tradita fuerãt. Bñdixitq; dñs do
mui egyptij ꝓpter ioseph: ⁊ multiplicauit
tam in edibꝰ q̃ȝ in agris cũctam eius substã
B tiam. Nec quicq̃ȝ aliud nouerat:nisi panem
i.reg.16.b quo vescebaẗ. Erat aũt ioseph pulchra facie
⁊ decorus aspectu. Post multos itaq; dies
iniecit dña sua oculos suos in ioseph: ⁊ ait:
i.eo. Dormi mecũ. Qui nequaq̃ȝ acq̇escens opi
nefario:dixit ad eã. Ecce dñs meus oĩbꝰ mi
hi traditis:ignorat quid hẽat in domo sua:
nec q̇cq̃ȝ est ꝙ nõ in mea sit ptãte:vel nõ tra
diderit mihi:ꝑter te q̃ vxor eius es. Quõ er
go possum hoc malũ facere:⁊ peccare in do
minũ meuz? Huiuscemodi v̇bis ꝑ singulos
dies loquebãtur:⁊ mulier molesta erat ado
C lescẽti:⁊ ille recusabat stuprũ. Accidit autez
quadã die vt ĩtraret ioseph domuz:⁊ operis
q̇ppiaz absq; arbitris faceret:⁊ illa apprehẽ
sa lacinia vestimenti eiꝰ diceret. Dormi me
i.eo. cum. Qui relicto in manu eiꝰ pallio fugit:⁊
egressus ẽ foras. Cũq; vidisset mulier vestez
in manibꝰ suis:⁊ se eẽ cõtẽptam: vocauit ad
se hoies domꝰ sue:⁊ ait ad eos. En introdu
D xit viꝝ hebreum vt illuderet nobis. Ingres
sus est ad me vt coiret mecuz. Cũq; ego suc
clamassem ⁊ audisset vocẽ meam:reliq̇t pal
lium qḋ tenebaz.⁊ fugit foras. In argumen
tum ergo fidei retentum palliuz oñdit ma
rito reuertẽti domũ:⁊ ait. Ingressus ẽ adue
na seruus hebreꝰ quez adduxisti: vt illude
ret mihi. Cũq; audisset me clamare:reliquit
palliũ qḋ tenebam ⁊ fugit foras. His audit̃
dñs ⁊ nimium credulus v̇bis ꝯiugis iratus
est valde:tradiditq; ioseph in carcerẽ vbi vi
cti regis custodiebantur ⁊ erat ibi clausus.
Fuit autẽ dñs cũ ioseph:⁊ misertꝰ est illiꝰ: ⁊
dedit ei grãm in cõspectu pricipis carceris.
Qui tradidit in manu illius vniuersos vin
ctos q̃ in custodia tenebanẗ:⁊ quicq̇d fiebat
sub ipo erat:nec nouerat aliq̇d cũctis ei cre
ditis. Dñs eĩm erat cuz illo:⁊ omnia opera
eius dirigebat. XL.
A His itaq; gestis accidit vt peccarent
duo eunuchi:picerna regis ⁊ egypti:
⁊ pistor dño suo:iratusq; cõtra eos pharao:
nã alter pincernis ꝑerat:alter pistoribꝰ: mi
sit eos in carcerẽ pricipis militũ:in quo erat
vinctꝰ ⁊ ioseph. At custos carceris tradidit
eos ioseph:qui ⁊ mĩstrabat eis. Aliq̃ȝtulum
tẽporis fluxerat:⁊ illi in custodia tenebanẗ.
Uideruntq; ambo somniũ nocte vna iuxta in
terꝑtationẽ congruã sibi. Ad quos cũ ĩtro
isset ioseph mane ⁊ vidisset eos tristes:scisci B
tatus ẽ eos dicens: Cur tristior est hodie so
lito facies vr̃a? Qui rñderũt. Somniũ vidi
mus:⁊ non est q̇ interꝑtetur nobis. Dixitq;
ad eos ioseph. Nũquid dei est ĩterpretatio.
Referte mihi qḋ videritis. Narrauit prior
ꝑpositꝰ pincernaꝝ somniũ suum. Uidebam
corã me vitẽ in qua erant tres ꝓpagies cre
scere paulatiz in gẽmas: ⁊ post flores vuas
maturescere:calicẽq; pharaõis in mãu mea
Tuli ergo vuas ⁊ exꝑssi in calicẽ quem tene
baz:⁊ tradidi poculũ pharaoni. Rñdit io
seph. Hec est ĩterꝑtatio somnij. Tres ꝓpagi C
nes tres adhuc dies sũt:post quos recorda
biẗ pharao misterij tui:⁊ restituet te in gra
duz ꝑstinũ:dabisq; ei calicem iuxta officiuz
tuũ:sicut añ facere cõsueueras. Tm̃ memẽto
mei cum tibi bñ fuerit:⁊ facies mecũ miseri
cordiã vt suggeras pharaõi vt educat me ď
isto carcere:q2 furtim sublatus suz de terra
hebreoꝝ:⁊ hic inocens in lacũ missus sũ. Ui
dens pistoꝝ magr̃ ꝙ prudẽter somniũ dissol
uisset:ait. Et ego vidi somniũ ꝙ tria canistra
farine hẽrem suꝑ caput meũ:⁊ in vno cani
stro qḋ erat excelsius portare me putabam
oẽs cibos q̇ fiunt arte pistoria:auesq; come
dere ex eo. Rñdit ioseph. Hec est ĩterpreta D
tio somnij. Tria canistra:tres adhuc dies sũt
post quos auferet pharao caput tuum:ac su
spẽdet te in cruce:⁊ lacerabũt volucres car
nes tuas. Exinde dies tertiꝰ natalitius pha
raonis erat. Qui faciẽs grãde cõuiuiũ pue
ris suis:recordatꝰ ẽ inter epulas magr̃i pin
cernaꝝ ⁊ pistorũ principis:restituitq; alterũ
in locuz suum vt porrigeret ei poculũ: alteꝝ
suspẽdit in patibulo:vt cõiectoris v̇itas pro
bareẗ. Et tũ succedentibus prosperis: prepo
situs picernarũ oblitꝰ est ĩterꝑtis sui XLI.
A Post duos ãnos vidit pharao somni
um. Putabat se stare suꝑ fluuium:
de quo ascẽdebãt septẽ boues pul
chre ⁊ crasse nimis:⁊ pascebãtur in locis pa
lustribꝰ. Alie quoq; septẽ emergebãt de flu
mine fede ꝯfecteq; macie:⁊ pascebãẗ in ipsa
amnis ripa in locis virẽtibꝰ:deuorauerũtq;
eas quaꝝ mira spẽs ⁊ hitudo corporuz erat.
Expgefactus pharao rursum dormiuit: ⁊ vi
dit alteꝝ somnium. Septẽ spice pullulabãt
in culmo vno plene atq; formose:alie quo
q; totidẽ spice tenues ⁊ ꝑcusse vredine orie
bãtur:deuorãtes oẽs prioꝝ pulchritudinẽ.
Euigilans pharao post quietẽ:⁊ facto mãe B
pauore ꝑterritus:misit ad oẽs coniectores
egypti:cũctosq; sapiẽtes:⁊ accersitis narrat

ait somniū.nec erat q̄ interꝓtaret. Tūc dn̄ꝰ
reminiscēs magr̄ pincernarum ait. Cōfiteor
pcīn meū. Iratus rex suis suis me ⁊ magr̄m
pistoꝝ retrudi iussit in carcerē pꝛīcipis mili
tum: vbi vna nocte vterqꝫ vidimus somniū:
ꝓsagium futuroꝝ. Erat ibi puer hebreus eius
dem ducis militū famulus: cui narrātes sō
nia audiuimus q̄cquid postea rei probauit
euentus. Ego eīz redditus suz officio meo: ⁊
ille suspēsus ē in cruce. Protinus ad regis
impiuz eductū de carcere ioseph totōderūt
ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait.
Uidi somnia nec est q̄ edisserat: q̄ audiui te
sapientissime cōijcere. Rn̄dit ioseph. Absqꝫ
me deꝰ rn̄debit ꝓspa pharaōi. Narrauit er
C go pharao q̄ viderat. Putabā me stare sup
ripā fluminis: ⁊ septē boues de amne cōscē
dere pulchras nimis ⁊ obesis carnibus: q̄ i
pastu paludis virecta carpebāt. Et ecce has
sequebātur alie septē boues in tm̄ deformes
⁊ macilēte: vt nūq̄ꝫ tales in terra egypti vi
derim. Que deuorat̄ ⁊ consumpt̄ prioribus
nullū saturitatis dedere vestigiū: sz simili ma
cie ⁊ sq̄lore torpebant. Euigilās rursus sopo
re depssus vidi somniū. Septē spice pullula
bāt in culmo vno plene atqꝫ pulcherrime.
Alie quoqꝫ septē tenues ⁊ percusse vredine
oriebātur e stipula q̄ priorum pulchritudi
nem deuorauerūt. Narraui ꝯiectorībꝰ som
niuz. ⁊ nemo ē qui edisserat. Rn̄dit ioseph.
Somniū regis vnuz est. Que facturus ē de
us ondit pharaoni. Septē boues pulchre:
⁊ septem spice plene: septē vbertatis anni sūt
D eandēqꝫ vim somnij cōprehēdunt. Septem
quoqꝫ boues tenues atqꝫ macilēte q̄ ascēde
rūt post eas: ⁊ septē spice tenues ⁊ vēto vrē
te pcusse: septē āni vēture sūt famis: qui hoc
ordine ꝯplebūtur. Ecce septē āni veniēt fer
tilitatis magne i vniuersa terra egypti: quos
sequētur septē āni alij tāte sterilitat̄: vt obli
uioni tradat̄ cūcta retro abūdātia. Cōsūptu
ra ē eīm fames oēm terrā: ⁊ vbertat̄ magni
tudinē pditura ē iopie magnitudo. Qd āt
vidisti scd̄o ad eādē rē ptinēs somniū firmi
tatis idiciū ē: eo ꝙ fiat sermo dei ⁊ velocius
ipleat̄. Nūc ergo ꝓuideat rex viꝝ sapiētez ⁊
industriū: ⁊ ꝓficiat eū terre egypti q̄ cōstitu
at ꝓpositos p cūctas regiōes: ⁊ q̄ntā ptē fru
ctuū p septē ānos fertilitat̄ q̄ iam nūc futuri
sūt: ꝯgreget i horrea: ⁊ oē frumētū sub pha
raōis ptāte ꝯdat̄: seruetur qꝫ i vrbibꝰ. ⁊ ꝓpet fu
ture septē ānoꝝ fami q̄ oppssura ē egyptū: ⁊
E nō ꝯsumet̄ terra iopia. Placuit pharaōi cō
siliū ⁊ cūct̄ mīstris eiꝰ. Locutusqꝫ ē ad eos.
Nū inuenire poterimꝰ talē viꝝ q̄ spū dī ple
nus sit? Dixit ergo ad ioseph. Qr ondit tibi
deus oia q̄ locutus es: nūq̄d sapiētiorē ⁊ cō
similē tui inuenire potero? Tu eris sup domū
meā ⁊ ad tui oris impiū cūctus ppl's obedi
et. Uno tm̄ regni solio ꝓcedā te. Dixitqꝫ rur
sum pharao ad ioseph. Ecce constitui te sup Dañ.28.
vniuersaz terrā egypti. Tulitqꝫ ānulū de ma
nu sua ⁊ dedit eū i mānu eius: vestiuitqꝫ eum
stola byssina: ⁊ collo torquē aureā circūpo
suit. Fecitqꝫ eū ascēdere sup currū suū scd̄m
clamāte ꝓcone: vt oēs corā eo genuflecterēt
⁊ ꝓpositū eē scirēt vniuerse terre egypti. Di
xit quoqꝫ rex egypti ad ioseph. Ego suz pha F
rao. Absqꝫ tuo impio nō mouebit q̄sq̄ ma
num aut pedē i oī t̄ra egypti: v̄titqꝫ nomen
eius: ⁊ vocauit eū ligua egyptiaca saluatorē
mūdi. Deditqꝫ illi vxorē. assenez filiā phuti
faris sacerdot̄ eliopoleos. Egressus est itaqꝫ
ioseph ad terrā egypti. Trigita ānoꝝ erat qn̄
stetit i cōspectu regis pharaonis: ⁊ circuiuit
oēs regiones egypti. Uēitqꝫ fertilitas septē
ānoꝝ: ⁊ i manipulos redacte segetes cōgre
gate sūt i horrea egypti. Ois ēt frugū abun
dantia i singulis vrbibꝰ cōdita ē. Tātaqꝫ fu G
it abūdātia tritici: vt arene maris coeq̄retur
⁊ copia mēsurā excederet. Natiqꝫ sūt ioseph J.46.c.
filij duo anq̄ veniret fames: quos pepit ei as
senez filia phutifaris sacerdotis eliopoleos.
Uocauitqꝫ nomē ꝓmogēiti manasses dicēs
Obliuisci me fecit d̄us oīuz laboꝝ meoꝝ: ⁊
domꝰ p̄ris mei. Nomē q̄z scd̄i appellauit ef
fraim dicēs. Crescere me fecit d̄us i t̄ra pau
ptat̄ mee. Igit̄ trāsact̄ septē vbertat̄ annis q̄
fuerāt i egypto: cepūt vēire septē āni iopie:
q̄s ꝓdixerat ioseph. ⁊ i vniuerso orbe fames
ꝓualuit. In cuncta ēt t̄ra egypti fames erat.
Qua exuriēte clamauit ppl's ad pharaonē:
alimēta petēs. Quibus ille rn̄dit. Ite ad io
seph: ⁊ q̄cq̄d ipe vobis dixerit facite. Cresce
bat aūt q̄tidie fames i oī t̄ra: apuitqꝫ ioseph
vniuersa horrea ⁊ vēdebat egyptijs. Nā ⁊ il
los oppsserat fames. Oēsqꝫ ꝓuicie veniebāt
in egyptū vt emerēt escas ⁊ malum inopie
temperarent.

XLII.

Udiēs āt iacob ꝙ alimēta vēderet̄ i A
egypto dixit filijs suis. Qr̄ negligit̄:
audiui ꝙ triticuz venūdet̄ i egypto.
Descēdite ⁊ emite nobis necessaria: vt pos
simꝰ viuer̄: ⁊ nō ꝯsumamur iopia. Descēdē
tes igr̄ f̄res ioseph dcē vt emerēt frumēta in
egypto: beniamin domi retēto a iacob. q̄ di
xerat f̄ribꝰ eiꝰ: ne forte i itiner̄ q̄cq̄ patiatur
mali: igressi sūt t̄rā egypti cū alijs q̄ pgebant
ad emēdū. Erat aūt fames i t̄ra chanaā: ⁊ io
seph erat ꝓnceps i terra egypti: atqꝫ ad eius

B nutū frumẽta pplīs vēdebat. Cūqꝫ adoraſſēt
eū frēs ſui: ⁊ agnouiſſet eos: quaſi ad alienos
duri⁹ loq̄batᷣ. itrogās eos. Vn̄ vēiſtis? Qui
rn̄derūt de ẗrra chanaan: vt emamus victui
necc̄ia. Et tn̄ frēs ipe cognoſcēs: nō ē cognit⁹
ab eis. Recordatuſqꝫ ſōnioꝝ q̄ aliqn̄ vidrat
ait ad eos. Exploratores eſtꝭ: vt videatꝭ infir
miora terre vēiſtꝭ. Qui dixerūt. Nō ē ita dn̄e
ſꝫ ſui tui venerūt vt emerēt cibos. Oēs filij
vni⁹ viri ſum⁹. Pacifici vēim⁹: nec q̄cq̄ꝫ fa
C muli tui machinatᷣ mali. Quibus ille rn̄dit.
Aliẗ ē. Immūita ẗre huius cōſideratᷣ vēiſtis
⁊ illi. Duodeciꝫ inquiūt frēs ſui tui ſum⁹: fi
lij viri vnius in ẗra chanaā. Minimus cū pr̄e
ōſatᷣ: alius nō ē ſup. Hoc ē ait qḋ locut⁹ ſuꝫ.
ſ.eo. Exploratores eſtꝭ. Iā nūc expimētū vr̄i capi
aꝫ. Per ſalutē pharaōis nō egrediemi hic:
dōec vēiat fr̄ vr̄ mim⁹. mittite ex vobis vnuꝫ
⁊ adducat eū: vos aūt eritis ī vinculis: dōec
ꝓbentur q̄ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint.
Alioq̄n ꝓ ſalute pharaōis exploratores eſtꝭ
Tradidit ergo illos cuſtodie tribus diebus.
D Die āt ẗtio eductꝭ de carcere ait. Facite q̄ di
xi ⁊ viuetꝭ. Deuꝫ eīꝫ timeo. Si pacifici eſtis:
fr̄ vr̄ vnus ligetᷣ ī carcerē: vos aūt abite ⁊ fer
te frumēta q̄ emiſtis ī domos vr̄as: ⁊ frēm
vr̄m minimuꝫ ad me adducite: vt poſſim vr̄os
ꝓbare ſmōes: ⁊ nō moriami. Fecerūt vt di
xerat: ⁊ locuti ſūt ad inuicē. Merito hec pa
timur: qꝛ peccauimus in frēm nr̄m vidētes
anguſtias aīe illi⁹ dū depcaretᷣ nos ⁊ nō au
diuim⁹: idcirco vēit ſup nos iſta tribulatio.
E q̄bus vn⁹ ruben ait. Nūq̄d nō dixi vobis
nolite peccare ī pueꝝ: ⁊ nō audiſtis me? En
E ſāguis eius exq̄ritᷣ. Neſciebāt eīm ꝙ ītellige
ret ioſeph: eo ꝙ ꝑ interptē loqueretᷣ ad eos.
ſ.43.s Auertitqꝫ ſe parūꝑ ⁊ fleuit ⁊ reuerſus locu
tus ē ad eos. Tollēſqꝫ ſymeon ⁊ ligans illis
pn̄tib⁹: iuſſit miſtris vt iplerēt coꝝ ſaccos tri
tico: ⁊ reponerēt pecūias ſinguloꝝ in ſacculᷣ
ſuis datꝭ ſupra cibarijs in via: q̄ fecerunt ita.
At illi portātes frumēta ī aſinis ꝓfecti ſunt
Apto qꝫ vnus ſacco vt daret iumēto pabulū
in diuerſorio: ꝯtēplatus pecuniā in ore ſac
culi: dixit frīibus ſuis: Reddita ē mihi pecu
nia. En hētur ī ſacco. Et obſtupefacti turba
tiqꝫ mutuo dixerūt. Quidnā ē hoc qḋ fecit
F nobis de⁹? Veneruntqꝫ ad iacob pr̄em ſuum
in ẗrā chanaā: ⁊ narrauerūt ei oīa q̄ accidiſ
ſent ſibi dicētes. Locutus ē nobis dn̄s terre
dure ⁊ putauit nos exploratores eē ꝓuīcie.
s.eo. Cui rn̄dimus: Pacifici ſum⁹: nec vllas mol
limur īſidias. Duodeci frēs vno pr̄e geniti
ſum⁹. vnus nō ē ſup: minimus cū pr̄e noſtro ē
in ẗrra chaan. Qui ait nobis. Sic ꝓbabo ꝙ
pacifici ſitis. Frēm vr̄m vnū dimittite apud
me ⁊ cibaria domibus vr̄is neceſſaria ſumi
te ⁊ abite. Frēmqꝫ vr̄ꝫ minimū adducite ad
me: vt ſciam ꝙ nō ſitꝭ exploratores: ⁊ iſtum
q̄ tenetᷣ in vīculis recipe poſſitis: ac deiceps
q̄ vultꝭ: emēdi hēatis licētiā. His dictꝭ cū fru
mēta effunderēt: ſinguli repierūt in ore ſac G
coꝝ ligatas pecūias: exterritiſqꝫ ſimlᷣ oībus
dixit pr̄ iacob. Abſqꝫ liberis me eſſe feciſtis.
Ioſeph nō ē ſup: ſymeon tenetᷣ in vīculis. be
niamin auferetis. In me hec oīa mala reci
derūt. Cui rn̄dit ruben. Duos filios meos ī
terfice: ſi nō reduxero illū tibi. Trade illum
in manu mea: ⁊ ego eū tibi reſtituā. At ille.
Nō dſcēdet: iq̄t fili⁹ me⁹ vobiſcū. Fr̄ ei⁹ mor
tu⁹ ē: ⁊ ipe ſol⁹ remāſit. Si q̄d ei aduerſitatꝭ
acciderit ī ẗra ad quā ꝑgitis: deducetꝭ cāos
meos cum dolore ad inferos. XLIII.
Interi fames oēꝫ ẗraꝫ vehemētᷣ ꝓmē
bat: cōſumptiſqꝫ cibis quos ex egy
pto detulerat: dixit iacob filijs ſuis. A
Reuertimini ⁊ emite nobis pauxillū eſcaꝝ
rn̄dit iudas. Denūciauit nobis vir ille ſub
atteſtatione iuriſiurādi dicens. Nō videbitꝭ
faciē meā: niſi frēꝫ vr̄ꝫ minimū adduxeritꝭ vo
biſcū. Si ergo vis eū mitterᷣ nobiſcū: ꝑgem⁹ ſ.44.e.
pitᷣ ⁊ emem⁹ tibi necc̄ia: ſi āt n̄ vis nō ibim⁹. B
Vir. n. vt ſepe diximus: dnūciauit nobis dicēs
Nō videbitꝭ faciē meaꝫ abſqꝫ frē vr̄o mīmo.
Dixit eis iſrl̄. In meā h̄ feciſtꝭ miſiā: vt idica
retꝭ ei ⁊ aliū hr̄e vos frēꝫ. At illi rn̄derūt. Int
rogauit nos hō ꝑ ordinē nr̄aꝫ ꝓgeniē ſi pa
ter viueret: ſi haberemus fratreꝫ. Et nos re
ſpondimus ei ꝯſequenter: iuxta illud quod
fuerat ſciſcitatus. Nūquid ſcire poteramus
quod dicturus eſſet: adducite fratrem veſtꝝ
vobiſcuꝫ: Iudas quoqꝫ dixit patri ſuo. Mit
te puerum mecum vt proficiſcamur ⁊ poſſi
m⁹ viuere: ne moriamur nos ⁊ paruuli no
ſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea re ſ.44.s.
quire illum. Niſi reduxero ⁊ reddidero eū
tibi: ero peccati reus in te omni tempore. Si
non interceſſiſſet dilatio: iam vice altera ve
niſſemus. Igitur iſrael pater eoꝝ dixit eis: C
Si ſic neceſſe eſt facite quod vultis. Sumi
te de optimis terre fructib⁹ in vaſis veſtris:
⁊ deferte viro munera: modicum reſine ⁊
mellis ⁊ ſtoracis ſtactes. ⁊ terebithi ⁊ amyg
dalarum. Pecuniamqꝫ duplicem ferte vo
biſcum. ⁊ illam quam inueniſtis in ſacculis
reportate: ne forte errore factum ſit. Sed ⁊
fratrem veſtrum tollite: ⁊ ite ad virum. De
us autem me⁹ omnipotens faciat vobis eū
placabilem: ⁊ remittat vobiſcum fratreꝫ ve
ſtrum quem tenet in vinculis ⁊ hunc benia
min. Ego autem quaſi orbatus abſqꝫ libe
ris ero. Tulerunt ergo viri munera: ⁊ pecu

niani duplicē ⁊ beniamim. descēderuntq́ in
egyptum ⁊ steterunt corā ioseph. Quos cū
B ille vidisset ⁊ beniamim simul: ꝓcepit dispen
satori domus sue dicens. introduc viros do
mum. ⁊ occide victimas: ⁊ instrue ꝯuiuium
quoniam hodie mecum sunt comesturi me
ridie. Fecit ille qḋ sibi fuerat iperatū: ⁊ intro
duxit viros domū: ibiq́ exterriti dixerūt mu
tuo. Propter pecuniam quam retulimus
prius in saccis nostris introducti sumus: vt
deuoluat in nos calumniam: ⁊ violēter sub
ijciat seruituti ⁊ nos ⁊ asinos nostros. Quā
obrem in ipsis foribus accedentes ad dispē
C satorē locuti sunt. Oramus domine vt audi
s.42.a as nos. Jam ante descendimus vt emerem⁹
escas. quibus emptis cum venissemus ad di
uersorium. aperuimus saccos nostros: ⁊ inue
nimus pecuniam in ore saccorum: quā nūc
eodem pōdere reportauimus. Sed ⁊ aliud
attulimus argentum: vt emamus que nobis
neccessaria sunt. Non est in nostra conscien
tia quis posuerit eam in marsupijs nostris:
At ille respondit. Pax vobiscum nolite ti
mere. Deus vester ⁊ deus patris vestri dedit
vobis thesauros in saccis vestris. Nam pecu
niam quam dedistis mihi. ꝓbatā ego habeo
Eduxitq́ ad eos symeō. Et itroductis domū
attulit aquā. ⁊ lauerunt pedes suos: deditq́
pabulū asinis eorum. Illi vero parabāt mu
F nera: donec ingrederet̄ ioseph meridie. Au
dierant eñ ꝙ ibi comesturi essent panē. Igi
tur ingressus ē ioseph domū suam: obtule
runtq́ ei munera tenētes in manib⁹ suis: ⁊
adorauerūt proni in terram. At ille clemen
ter resalutatis eis interrogauit eos dicens.
s.29.a Sanus ne est pr̄ vester senex de quo dixerat̄
mihi. Adhuc viuit: Qui respōderūt. Sospes
ē seruus tu⁹ pr̄ noster. Adhuc viuit. Et icur
uati adorauerunt eū. Attollēs autē ioseph
oculos: vidit beniamī fratrē suum vterinū: ⁊
G ait. Iste est frater vr̄ puulus de quo dixerat̄
mihi: Et rursum. De⁹ inquit misereat̄ tui fili
mi. Festinauitq́ in domū: q̄r ꝯmota fuerant
viscera eius sup frē suo. ⁊ erūpebant lachry
s.42.e me ⁊ introiens cubiculū fleuit. Rursūq́ lo
⁊.j.45.a ta facie egressus: ꝯtinuit se: ⁊ ait ponite pa
nes. Quibus appositis: seorsum ioseph. ⁊ se
orsum fratribus egyptijs quoq́ qui vescebā
tur simul seorsum. Illicitum est. n. egyptijs
cōedere cū hebreis: ⁊ ꝓphanū putāt huius
cemodi ꝯuiuiū: sederūt corā eo. primogenitus
iuxta primogenita sua ⁊ mim⁹ iuxta etatē suā
Et mirabātur nimis: sūptis ptib⁹ q̄s ab eo ac
cepant. Maiorq́ ps vēit beniami: ita vt q̄n
q́ ptibus excederet. Biberūtq́ ⁊ inebriati
sunt cum eo.

XLIIII A

PRecepit āt ioseph dispensatori do
mus sue dicēs. Imple saccos eoꝝ fru
mēto q̄tū pñt cape: ⁊ pone pecuniā
singuloꝝ i sūmitate sacci. Cyphū āt meū ar
genteū ⁊ preciū qḋ dedit tritici: pone in ore
sacci iunioris. Factūq́ est ita. Et orto mane
dimissi sunt cū asinis suis. Jamq́ vrbē exie
rāt. ⁊ ꝓcesserant paululū. Tunc ioseph accer
sito dispensatore dom⁹ ait. Surge inquit ⁊
perseq̄re viros. ⁊ apphensis dicito. Quare B
reddidistis malū ꝓ bono: Cyphus quē fura
ti estis: ipse ē i quo bibit dn̄s me⁹: ⁊ i q̄ augu
rari solet. Pessimā rem fecistis. Fecit ille vt
iusserat. ⁊ apphensis p ordinē locut⁹ ē. Qui
rn̄derunt. Quare sic loq̄tur dn̄s nr̄ vt fui tui
tm̄ flagitiū cōmiserit: Pecuniā quā iuenim⁹ i
sūmitate saccoꝝ reportauim⁹ ad te de terra
chanaā. Et quō ꝯseq̄ns ē. vt furati simus de
domo dn̄i tui auꝝ vel argentum. Apud quē C
cūq́ fuerit iuentū seruoꝝ tuoꝝ qḋ q̄ris. mo
riat̄. ⁊ nos erim⁹ serui dn̄i nr̄i. Qui dixit eis
Fiat iuxta vr̄am sentētiā. Apud quēcūq́ fu
erit iuētū. ipse sit seru⁹ me⁹: vos āt eritis ino
xij. Itaq́ festinato deponētes i terrā saccos:
aperuerūt singuli. Quos scrutat⁹ incipiēs a
maiore vsq́ ad minimū: iuenit cyphū in sac
co beniamim. At illi scissis vestibus. onera
tisq́ rursū asinis reuersi sūt in oppidū ꝓmus
q́ iudas cū frīb⁹ igressus est ad ioseph. nec
dū eñ de loco abierat. Oēsq́ añ eū pariter i
terrā corruerūt. Quib⁹ ille ait: Cur sic ager̄ D
voluistis: An ignoratis ꝙ n̄ sit silis mei i au
gurādi scia: Cui iudas: quid respondebim⁹
moab. Cepitq moyses explanare legẽ ꝛ di
cere. Dñs deꝰ noster locutꝰ est ad nos i oreb
dicens. Sufficit vobis ꝙ i hoc mõte mansi
stis. Reuertimini ꝛ venite ad montẽ ãmor
reoꝝ: ꝛ ad cetera q̃ ei pxima sunt cãpestria
atq montana ꝛ humiliora loca cõtra meri
diem ꝛ iuxta littus maris:terrã chananeoꝝ B
ꝛ libani vsq ad flumen magnũ eufratẽ. En
inquit tradidi vobis. Ingredimini ꝛ posside
te eã:super quã iurauit dñs patribus vestris
abrahã isaac ꝛ iacob:vt daret illã eis ꝛ semi
ni eoꝝ post eos. Dixitq vobis illo i tempo Exo.18
re. Nõ possũ solus sustinere vos: q2 dñs deꝰ
vester multiplicauit vos: ꝛ estis hodie sicut
stelle celi plurimi. Dñs deus patrũ vr̃orum
addat ad hunc numerũ multa milia: ꝛ bene
dicat vobis sicut locutus ẽ. Non valeo solꝰ
negocia vr̃a sustinere ꝛ põdus ꝛ iurgia. Da
te ex vobis viros sapientes: ꝛ gnaros: quoꝝ
ꝯuersatio sit probata in tribubus vestris vt
ponã eos vobis pncipes. Tunc rñdistis mi
hi. Bona res ẽ quã vis facere. Tulitq d̃ tri
bubus vestris viros sapiẽtes ꝛ nobiles ꝛ cõ C
stitui eos principes tribunos ꝛ cẽturiones ꝛ
q̃ngenarios ac decanos qui docerẽt vos sin Joh.7
gula:pcepiq eis dicens. Audite illos. ꝛ qd̃
iustũ est iudicate. Siue ciuis sit ille siue pe
regrinꝰ:nl'la erit distãtia psonaꝝ. Ita puũ au
dietis vt magnũ:nec accipietis cuiusq̃ pso
na:q2 dei iudiciũ est. ꝙ si difficile vobis visũ
aliquid fuerit:referte ad me ꝛ ego audiam.
Precepiq oĩa que facere deberetis. Profecti
ãt de oreb trãsiuimus per herenium terribi
lem ꝛ maximã solitudinẽ quam vidistis per

viaȝ montis ammorrei. sicut preceperat dñs
deus noster nobis. Cūq; venissemus i cades
barne: dixi vobis. Venistis ad montē amor
rei: quem dominus deus vester daturus est
B vobis. Vide terram quam dñs deus tu⁹ da
bit tibi Ascende ⁊ posside eam: sicut locut⁹
est dominus deus noster patribus tuis. No
li timere: nec quicq̄ paueas. Et accessistis ad
me omnes atq; dixistis. Mittamus viros q̄
considerent terram: ⁊ renuncient per quod
iter debeamus ascendere ⁊ ad quas pergere
ciuitates. Cūq; mihi sermo placuisset: misi ex
vobis duodecim viros singulos d̄ tribubus
.13.c. suis. Qui cum perrexissent: ⁊ ascendissent in
montana venerunt vsq; ad vallem botri: ⁊
considerata terra sumentes de fructibus ei⁹
vt ostenderent vbertatem: attulerūt ad nos
atq; dixerunt. Bona est terra quam dñs de
us noster daturus ē nobis. Et noluistis ascē
dere sed increduli ad sermonem dei nostri
murmurastis in tabernaculis vestris atq; di
xistis. Odit nos dñs. ⁊ idcirco eduxit nos d̄
terra egypti vt traderet in manu ammorrei
E atq; deleret. Quo ascendemus? Nuncij ter
ruerunt cor nostrum dicentes. Maxima mł
titudo est. ⁊ nobis statura procerior. Urbes
magne. ⁊ ad celum vsq; munite. Filios ena
chim vidimus ibi. Et dixi vobis: nolite me
tuere: nec timeatis eos. Dñs deus q̄ ductor
est noster: pro vobis ipse pugnabit: sicut fecit
in egypto cunctis vidētibus: ⁊ in solitudine
ipsi vidistis. Portauit te dñs deus tuus vt
solet homo gestare paruulum filium suum i
omni via per quam ambulastis donec veni
retis ad locum istum. Et nec sic quidem cre
didistis dño deo vestro qui precessit vos in
via. ⁊ metat⁹ est locū in quo tentoria figere
deberetis: nocte ostēdens vobis iter p ignē ⁊
F die per colūnam nubis. Cumq; audisset dñs
.d. vocem sermonū vestrorum: iratus iurauit: ⁊ ait
Non videbit quispiā de hoībus generatiōis
huius pessime terrā bonam quā sub iuramē
to pollicitus sum patribus vestris: preter ca
leb filiū iephone. Ipse. n. videbit eā: ⁊ ipsi da
bo terrā quam calcauit. ⁊ filijs ei⁹: q2 secut⁹ ē
dñm. Nec miranda indignatio in populum
cū mihi quoq; irat⁹ de⁹ pp vos dixerit. Nec
tu ingredieris illuc: s3 iosue filius nun mini
ster tuus ipse intrabit pro te. Hunc exhorta
re ⁊ robora: ⁊ ipse sorte terrā diuidet israhe
li. Paruuli vr̄i de quibus dixistis q captiui
ducerent. ⁊ filij qui hodie boni ac mali igno
rant distātiā: ipsi ingredient: ⁊ ipsis dabo ter
G ram ⁊ possidebunt eā: vos āt reuertimini ⁊
abite in solitudinē p viā maris rubri. Et rñ
distis mihi. Peccauimus dño. Ascēdemus
⁊ pugnabimus sicut pcepit dñs deus noster Nu.14.
Cūq; instructi armis pgeretis in montē: ait
mihi dñs. Dic ad eos Nolite ascēdere neq;
pugnetis. Non enim sum vobiscum: ne ca
datis coram inimicis vestris. Locutus sum ⁊
non audistis: sed aduersantes imperio dñi ⁊
tumentes superbia ascendistis in montem.
Itaq; egressus ammorreus q̄ habitabat in
montibus ⁊ obuiam veniens persecutus est
vos sicut solent apes persequi. ⁊ cecidit d̄ se
ir vsq; horma. Cūq; reuersi ploraretis coram
domino non audiuit vos: nec voci vestre vo
luit acquiescere. Sedistis ergo in cades bar
ne multo tempore.

II.

Profectiq; inde venimus in solitu A
dinem que ducit ad mare rubrum si
cut mihi dixerat dñs. ⁊ circuiuimus
montem seir longo tempore. Dixitq; dñs ad
me. Sufficit vobis. circuire montem istū: ite
ɔ aq̄lonē ⁊ pplo pcipe dicens. Trāsibitis per
terminos fratrū vestrorum filiorum esau q̄ habi
tant in seir. ⁊ timebunt vos. Videte ergo di
ligenter ne moueamini ɔ eos. Neq; .n. dabo
vobis de t̄ra eorum q̄tū pōt vnius pedis calca
re vestigiū. q2 in possessionem esau dedi mon
tem seir. Cibos emetis ab eis pecunia ⁊ cōe B
detis aquā emptā haurietis ⁊ bibetis. Dñs
deus tu⁹ bñdixit tibi in omni ope manuum
tuarum. Nouit iter tuū: quō trāsieris solitudi
nem hanc magnā p q̄draginta annos habi
tans tecū dñs deus tuus. ⁊ nihil tibi defuit.
Cūq; transissemus fratres nr̄os filios esau q̄
habitabant in seir p viā cāpestrē de helath ⁊
de asiongaber venim⁹ ad iter qd̄ ducit in de
sertum moab. Dixitq; dñs ad me. Non pu
gnes ɔ moabitas: nec ineas aduersus eos p̄
lium: Non. n. dabo tibi quicq̄ de terra eorum:
q2 filijs loth tradidi eam in possessionē. Emi
primi fuerunt habitatores eius: popul⁹ ma
gnus ⁊ validus ⁊ tam excelsus vt de enachi C
stirpe quasi gigantes crederentur. ⁊ essent si
miles filiorum enachi. Deniq; moabite ap
pellant eos emim. In seir autem prius habi
tauerunt horrei. quibus expulsis atq; dele
tis habitauerunt filij esau sicut fecit israel in
terra possessionis sue quam dedit illi domi
nus. Surgentes ergo vt transiremus torrē
tem zareth. venimus ad eum. Tempus autē
quo ambulauimus de cades barne vsq; ad
transitum zareth triginta ⁊ octo annorum
fuit: donec consumeretur omnis congrega
tio hominum bellatorum de castris sicut iu
rauerat dñs: cuius manus fuit aduersus eos
vt interirēt d̄ castrorum medio. P⁹q̄ at vniuersi

ceciderunt pugnatores.locut⁹ ē dn̄s ad me
B dicēs tu trāsibis hodie terminos moab vrbē
noīe ar:ꝛ accedēs in vicinia filioꝝ āmon ca
ue ne pugnes ꝯ eos nec mouearis ad preliū
Nō eīm dabo tibi de terra filioꝝ āmon qꝛ fi-
liȷ̄s loth dedi eā in possessionem:Terra gigā
tum reputata ē ꝛ in ipsa oli habitauerūt gi-
gantes q̄s āmonite vocāt zozomī : populus
magnus ꝛ mult⁹ ꝛ ꝓcere lōgitudinis: sicut
enachim quos deleuit dn̄s a facie eoꝝ ꝛ fec̄
illos habitare ꝓ eis sicut fecerat filiȷ̄s esau q̇
habitant in seir delens horreos. ꝛ terrā eoꝝ
illis tradens:quam possident vsqꝫ in presēs
E Eueos q̄ꝫ qui habitabāt i aserim vsqꝫ gazam
capadoces expulerūt:qui egressi de capado
cia deleuerūt eos ꝛ hitauerūt ꝓ illis.Surgi
te ꝛ transite torrētē arnō. Ecce tradidi i ma
nu tua seon regē esebō āmorreū ꝛ terrā eius
icipe possidere.ꝛ ꝯmitte aduers⁹ eū p̄liū.Ho
die incipiā mittere t̄rorē atqꝫ formidinē tuā
ī ppl'os q̇ hitant sub oī celo: vt audito noīe
tuo paueāt.ꝛ in morē parturientiū ꝯtremi-
Nu.21.e. scāt.ꝛ dolore teneant̄ . Misi ergo nūcios de
solitudīe cademoth ad seō regē esebō v̄bis
F pacificis dicēs.Trāsibim⁹ p terrā tuā.publi
ca gradiemur via.Nō declinabim⁹ nꝫ ad d
xterā nꝫ ad sinistrā:alimēta p̄cio vēde nobis
vt vescamur:aqꝫ pecūia tribue.ꝛ sic bibem⁹
Tm̄ est vt nobis ꝯcedas trāsitū:sicut fecerūt
filiȷ̄ esau q̇ hitant ī seir.ꝛ moabite q̇ morant̄
in ar:donec veniam⁹ ad iordanē.ꝛ trāscam⁹
ad terrā quā dn̄s de⁹ nr̄ datur⁹ ē nobis.No
luitqꝫ seon rex esebō dare nobis trāsitum:qꝛ
īdurauerat dn̄s de⁹ tu⁹ spm̄ e⁹:ꝛ obfirmaue
rat cor illi⁹ ita vt traderetur in man⁹ tuas
sicut nūc vides.Dixitqꝫ dn̄s ad me.Ecce ce-
pi tibi tradere seō ꝛ terrā ei⁹:icipe possidere
G eā.Egressusqꝫ est seō obuiā nobis cū oī ppl'o
suo.ad p̄liū in iasa.ꝛ tradidit eū domin⁹ de⁹
nr̄ nobis:pcussimusqꝫ eū cum filiȷ̄s ꝛ oī ppl'o
suo.cūctasqꝫ vrbes in tpe illo cepimus inter
fectis hitatorib⁹ eaꝝ : viris ac mulieribus ꝛ
paruulis.Nō reliquim⁹ in eis q̇cq̄ꝫ absqꝫ iu
mentis.que in partem venere p̄dantium.ꝛ
spoliȷ̄s vrbiū q̄s cepim⁹ ab aroer que est sup
ripā torrētis arnon oppido qḋ in valle situꝫ
est vsqꝫ galaad.Non fuit vicus vel ciuitas q̄
nr̄as effrageret man⁹.Oēs tradidit domin⁹
de⁹ nr̄ nobis : absqꝫ terra filioꝝ ammon. ad
quē nō accessim⁹. ꝛ cūctisqꝫ adiacent torren
ti ieboc ꝛ vrbib⁹ montanis:vniuersisqꝫ locis
a quib⁹ nos prohibuit dn̄s de⁹ nr̄. III
A Itaqꝫ ꝯuersi ascendim⁹ p̄iter basan
Nu.21.g Egressusqꝫ ē og rex basan in occursū
nobis cū populo suo ad bellādum
in edrai.dixitqꝫ dn̄s ad me. Ne timeas eum
qꝛ in māu tua tradit⁹ ē cuꝫ oī ppl'o ac terra
sua:faciesqꝫ ei sicut fecisti seon regi āmorreo-
rum:q̇ hitauit i esebō. Tradidit ergo domi-
nus de⁹ noster in manib⁹ nr̄is ēt og regem
basan ꝛ vniuersū pplꝫ ei⁹ percussimusqꝫ eos
vsqꝫ ad internitionē vastantes cūctas ciuita
tes illi⁹ vno tempore. Nō fuit oppidum qḋ
nos effugeret.Sexaginta vrbes ꝛ oēꝫ regio
nem argob regni og in basan.Cuncte vrbes
erant munite muris altissimis: portisqꝫ ꝛ ve
ctibus:absqꝫ oppidis innumeris que nō ha
bebant muros.Et deleuim⁹ eos sicut fecera
mus seon regi esebon disperdētes oēm ciui-
tatem virosqꝫ ac mulieres ꝛ paruulos:iumē
ta autē ꝛ spolia vrbiū diripuim⁹.Tulimusqꝫ B
illo in tēpore terram de manu duoꝝ regum
āmorreoꝝ q̇ erant transiordanem a torrente
arnō vsqꝫ ad montē hermō:quem sidoniȷ̄ sa
rion vocant ꝛ āmorrei sanir:oēs ciuitates q̄
site sunt in planitie ꝛ vniuersā terrā galaad
ꝛ basā vsqꝫ ad selcha ꝛ edrai ciuitates regni
og in basan. Solus q̇ppe og rex basan resti
terat de stirpe gigātū.Et monstratur lectus
ei⁹ ferreus qui est in rabath filioꝝ āmon: no
nem cubitos hn̄s longitudinis. ꝛ quattuor
latitudinis ad mensurā cubiti virilis man⁹.
Terrāqꝫ possedim⁹ tempore illo ab aroer q̄
est super ripam torrētis arnō vsqꝫ ad mediā
ptē mōtis galaad ꝛ ciuitates illi⁹ dedi rubē
ꝛ gad. Reliqꝫ āt ptem galaad ꝛ oēm basan
regni og tradidi medie tribui manase.Oēꝫ
regionem argob. cūctaqꝫ basan vocabatur
terra gigātū. Iair fili⁹ manasse possedit oēꝫ
regionem argob vsqꝫ ad terminos gessuri ꝛ
machati. Vocauitqꝫ ex nomīe suo basā ano
thiair id est villas iair vsqꝫ in presentem diē.
Machir q̄ꝫ dedi galaad . ꝛ tribubus ruben C
ꝛ gad dedi de terra galaad vsqꝫ ad torrentē
arnon medium torrentis ꝛ confiniū vsqꝫ ad
torrentē ieboc:q̇ est termin⁹ filioꝝ āmon. ꝛ
planitiē solitudinis atqꝫ iordanē. ꝛ termios
cenereth vsqꝫ ad mare deserti qḋ ē salsissimū
ad radicē montis phasga ꝯ orientem. Prece
pitqꝫ vobis in tēpore illo dicēs.Dn̄s de⁹ vr̄
dat vobis terrā hāc in hereditatē expediti p̄
cedite frēs vr̄os filios israel oēs viri robusti
absqꝫ vxorib⁹ ꝛ paruul'atqꝫ iumentis.Noui
enim ꝙ plura habeatis pecora ꝛ in vrbib⁹ re-
māere debebunt quas tradidi vobis: donec
rquiē tribuat dn̄s frīb⁹ vr̄is sicut vobis tribu
it.ꝛ possideāt ipsi ēt terrā quā datur⁹ est eis
trāsiordanem.tunc reuertet̄ vnusq̇sqꝫ in pos
sessionē suam quam dedi vobis.Iosue q̄ꝫ in

tēpore illo p̄cepi dicēs. Oculi tui viderunt q̄
B fecit dn̄s de⁹ nr̄ duob⁹ his regib⁹: sic faciet
oib⁹ regnis ad q̄ trāsiturus es. Ne timeas eos
Dn̄s eni de⁹ vr̄ pugnabit p̄ vobis. Preca-
tusq̃ sū dn̄m in tp̄e illo dicēs. Dn̄e de⁹ tu ce-
pisti ondere s̄uo tuo magnitudinē tuā ma
nūq̃ fortissimā. Nec eni ē ali⁹ de⁹ vel i celo vl̄
in terra q̄ possit facere opa tua ⁊ cōpari forti
tudini tue. Trāsibo igit̄ ⁊ videbo terram hāc
optimā trans iordanē. ⁊ montē istū egregiū
⁊ libanuz. Iratusq̃ est dn̄s mihi pp̄ vos: nec
exaudiuit me: sed dixit mihi. Sufficit tibi: ne
quaq̄ vltra loquaris de hac re ad me. Ascē-
de cacumē phasge. ⁊ oculos tuos circūfert
ad occidētē: ⁊ ad aq̄lonē: austrūq̃ ⁊ oriētē ⁊
aspice. Nec.n. trāsibis iordanē istum. Preci
pe iosue ⁊ corrobora eū. atq̃ conforta: q̄r ipse
p̄cedet pplm̄ istum: ⁊ diuidet eis terrā quaz
visurus es. Mansimusq̃ in valle cōtra pha
A num phogor. IIII

Et nūc isrl̄ audi p̄cepta ⁊ iudicia que
ego doceo te: vt faciēs ea viuas ⁊ in
grediēs possideas trā quā dn̄s deus patrum
vr̄oꝝ datur⁹ ē vobis. Nō addet̄ ad v̄buz qd̄
vobis loq̄r: nec auferet̄ ex eo. Custodite mā
data dn̄i dei vr̄i q̄ ego p̄cipio vobis. Oculi
vr̄i viderūt oia q̄ fecit dn̄s cō beelphegor quō
cōtriuerit oēs cultores ei⁹ de medio vr̄i. Vos
āt q̄ adheret̄ dn̄o deo vr̄o. viuit̄ vniuersi vsq̃
in p̄ntē diem. Scit̄ q̄ docuerim vos p̄cepta
atq̃ iusticias sicut mādauit mihi dn̄s deus
me⁹: sic faciet̄ ea in terra quā possessuri estis:
⁊ obseruabit̄ ⁊ iplebit̄ ope. Hec est.n. vr̄a sa
piētia ⁊ intellect⁹ corā pplis: vt audiētes vni
uersi p̄cepta h̄ dicāt. En ppl̄s sapiēs ⁊ itelli-
gēs gēs magna. Nec ē alia natio tā grādis
q̄ hēat deos appropinq̄ntes sibi: sicut de⁹ nr̄
B adest cūctis obsecrationib⁹ nr̄is. Que.n. est
alia gēs sic iclyta: vt hēat cerimōias iustaq̃
iudicia ⁊ vniuersā legē quā ego p̄ponā ho-
die añ oculos vr̄os: Custodi igit̄ temetipsū
⁊ aiam tuā sollicite. Ne obliuiscaris v̄boꝝ q̄
viderūt ocl̄i tui: ⁊ ne excidāt de corde tuo cū
ctis dieb⁹ vite tue. Docebis ea filios ac nepo
tes tuos die quo stetisti corā dn̄o deo tuo in
oreb qn̄ dn̄s locut⁹ ē mihi dicēs. Congrega
ad me pplm̄ vt audiāt s̄mōes meos. ⁊ discāt
timere me oi tp̄e quo viuūt i terra: doceātq̃
filios suos. Et accessistis ad radices mōtis q̄
ardebat vsq̃ ad celū: erantq̃ i eo tenebre ⁊
nubes ⁊ caligo. Locut⁹q̃ est dn̄s ad vos de
medio ignis. Vocē v̄boꝝ eius audistis. ⁊ for
mā penit⁹ nō vidistis. Et ondit vobis pactū
suū quod p̄cepit vt faceretis: ⁊ decē v̄ba que
scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq̃

mādauit in illo tp̄e vt docerē vos cerimoni
as ⁊ iudicia q̄ facere deberetis i terra quam
possessuri estis. Custodite igit̄ sollicite aias
vr̄as. Non vidistis aliq̄ silitudinez in die q̄ C
locutus ē vobis dn̄s in oreb de medio ignis
ne forte decepti faciatis vobis sculptā silitu-
dinē: aut imaginē masculi vel feie: silitudinē
oium iumētoꝝ q̄ sūt sup terrā vel auiū sub ce
lo volātiū: atq̃ reptiliū q̄ mouētur i terra: si-
ue piscium q̄ sub t̄ra morant̄ in aq̄s: ne forte
eleuat̄ ocl̄is ad celū videas solē ⁊ lunā ⁊ oia
astra celi: ⁊ errore decept⁹ adores ea: ⁊ colas
q̄ creauit dn̄s de⁹ tu⁹ i ministeriū cūctis gēti
bus q̄ sub celo sunt. Vos āt tulit dn̄s ⁊ edu
xit de fornace ferrea egypti: vt hēret ppl̄z he
reditariū sicut ē i p̄nti die. Iratusq̃ ē dn̄s cō
me pp̄ s̄mones vr̄os. ⁊ iurauit vt nō trāsirē
iordanē: nec igrederer t̄rā optimā: quā datu
rus ē vobis. Ecce morior in hac humo: non
trāsibo iordanē: vos transibitis ⁊ possidebit̄
terrā egregiā. Caue ne qn̄ obliuiscaris pacti D
dn̄i dei tui: qd̄ pepigit tecū: ⁊ facias tibi scul-
ptā silitudinē eoꝝ que fieri dn̄s p̄hibuit. Qr̄ Hebre.12.g
dn̄s de⁹ tu⁹ ignis cōsumēs est: de⁹ emulator
Si genueritis filios ac nepotes. ⁊ morati fu
eritis i terra: deceptiq̃ feceritis vobis aliq̄
similitudinē patrantes malū corā dn̄o deo
vr̄o: vt eū ad iracundiā p̄uocetis: testes inuo j.30.d
co hodie celum ⁊ terrā: cito perituros vos eē
de terra: quam trāsito iordane possessuri estis.
Nō habitabitis in ea longo tp̄e: sed delebit
vos dn̄s atq̃ dispget i oēs gētes: ⁊ remane-
bitis pauci i nationib⁹: ad q̄s vos ductur⁹ est
dn̄s. Ibiq̃ s̄uietis dijs: q̄ hominū manu fa-
bricati sunt: ligno ⁊ lapidi q̄ nō vident: nec
audiunt: nec comedūt: nec odorantur. Cūq̃
q̄sieris ibi dn̄z deū tuū inuenies eū: si tn̄ toto E
corde q̄sieris: ⁊ tota tribulatione aie tue: p⁹
q̄ te inuenerint oia q̄ predicta sūt. Nouissi
mo āt tp̄e reuerteris ad dn̄m deum tuū ⁊ au
dias vocē ei⁹ q̄r deus misericors dn̄s de⁹ tuus
est. Nō dimittet te: nec oio delebit: nec obli-
uiscetur pacti i q̄ iurauit p̄rib⁹ tuis. Interro
ga de dieb⁹ antiq̄s q̄ fuerūt añ te ex die quo
creauit dn̄s de⁹ hoiez sup terrā a summo celi
vsq̃ ad sūmū ei⁹: si f̄cā ē aliquādo h⁹cemōi
res: aut vnq̄ cognitū ē: vt audiret populus
vocē dn̄i dei loquētis de medio ignis: sicut
tu audisti ⁊ vidisti: si fecit de⁹ vt ingredere-
tur: ⁊ tolleret sibi gētez de medio nationum
p̄ tentatōes: signa atq̃ portenta: p̄ pugnam
⁊ robustā manū. extentūq̃ brachium ⁊ hor
ribiles visiones: iuxta oia que fecit p̄ nobis
dn̄s de⁹ nr̄ i egipto videntibus ocl̄ tuis: vt
scires qm̄ dn̄s ipse est de⁹: ⁊ nō ē ali⁹ preter

F vnum. De celo te fecit audire vocē suam: vt
docerct te: ⁊ i terra ostēdit tibi ignē suū ma
ximū. ⁊ audisti v̄ba illi⁹ de medio ignis: q̄r
dilexit p̄res tuos: ⁊ elegit semen eoꝝ p⁹ eos.
Eduxitq̄ꝫ te p̄cedētes in v̄tute sua magna ex
egypto: vt deleret natiōes maximas ⁊ fortio
res te i introitu tuo. ⁊ itroduceret te: daretq̄ꝫ
tibi terram eaꝝ in possessionē: sicut cernis in
p̄nti die. Scito ergo hodie: ⁊ cogitato i cor
de tuo q̄ dn̄s ipse ē de⁹ in celo sursū: ⁊ in t̄ra
deorsū: ⁊ non sit ali⁹. Custodi p̄cepta ei⁹ atq̄ꝫ
mādata q̄ ego precipio tibi: vt bene sit tibi ⁊
filijs tuis post te: ⁊ p̄maneas multo t̄pe sup
terrā quā dn̄s deus tu⁹ daturus ē tibi. Tunc
separauit moyses tres ciuitates trāsiordanē
ad oriētalē plagā: vt ꝯfugiat ad eas q̄ occi
derit nolēs p̄ximū suū: nec fuerit inimic⁹ an̄
G vnū ⁊ alterū diē: ⁊ ad haꝝ aliquā vrbiū pos
sit euadere: bosor in solitudie q̄ sita est in ter
ra cāpestri de tribu rubē: ⁊ ramoth i galaad
q̄ est in tribu gad ⁊ golan in basan que ē in
tribu manasse. Ista ē lex quā proposuit moy
ses corā filijs israel: ⁊ h̄ testimonia ⁊ cerimo
nie atq̄ꝫ iudicia q̄ locut⁹ est ad filios israel:
qn̄ egressi sunt de egypto transiordanē i val
le ꝯtra phanū phogor i terra seon regis am
morrei q̄ habitauit i esebon quē p̄cussit moy
ses. Filij quoq̄ꝫ israel egressi ex egypto posse
derūt t̄rā eius: ⁊ terrā og regis basā duorum
regū āmorreoꝝ: q̄ erant transiordanē ad sol
ortū ab aroer q̄ sita ē sup ripā torrentis arnō
vsq̄ꝫ ad montē sanir: q̄ est ⁊ hermō. oēm pla
nitiem transiordanē ad orientalem plagam
vsq̄ꝫ ad mare solitudinis: ⁊ vsq̄ꝫ ad radices
montis phasga. V.

A Vocauitq̄ꝫ moyses oēm israelē. ⁊ di
xit ad eum. Audi israel cerimonias.
atq̄ꝫ iudicia que ego loquor in auribus ve
stris hodie. Discite ea. ⁊ opere cōplete. Do
minus deus noster pepigit nobiscum fedus
in oreb. Non cum patribus nostris iniit pa
ctum: sed nobiscum: qui in presentiarum su
mus ⁊ viuimus. Facie ad faciem locutus
est nobis in monte de medio ignis. Ego se
quester ⁊ medius fui inter deum ⁊ vos in tē
pore illo: vt annunciarem vobis verba eius
Timuistis. n. ignē: ⁊ non ascendistis in mon
Exo.20.a. tē. Et ait. Ego dominus deus tuus qui edu
Ps.80. xi te de terra egypti de domo seruitutis. Nō
habebis deos alienos in cōspectu meo. Nō
facies tibi sculptile nec similitudinem oium
que in celo desup: ⁊ q̄ i t̄ra deorsū: ⁊ q̄ v̄sant i
aq̄s sub t̄ra. Nō adorabis ea: ⁊ n̄ coles. Ego
.n. sū dn̄s de⁹ tu⁹: de⁹ emulator reddēs iniq̄
tatē patꝝ sup filios i t̄tiā ⁊ q̄rtā generationē
his q̄ oderūt me. ⁊ faciēs miam i mil̄ia milia:
diligētib⁹ me ⁊ custodiētib⁹ p̄cepta mea. Nō B
vsurpabis nom̄ dn̄i dei tui frustra: q̄r nō erit
pun̄it⁹ q̄ s̄r re vana nomē ei⁹ assūpsit. Obs nota
ua diē sabbati vt sanctifices eū: sicut p̄cepit
tibi dn̄s deus tu⁹. Sex dieb⁹ opaberis: ⁊ faci
es oia opera tua. Septimus dies sabbati est
idest requies domini dei tui. Non facies in
eo quicq̄ꝫ operis: tu ⁊ filius tuus ⁊ filia: ser
uus ⁊ acilla: bos ⁊ asinus: ⁊ omne iumentū
tuum. ⁊ peregrin⁹ qui est intra portas tuas
vt requiescat seruus ⁊ ancilla tua sicut ⁊ tu.
Memento q̄ ⁊ ipse seruieris in egypto. ⁊ e
duxerit te inde dominus deus tuus i manu
forti ⁊ brachio extento. Idcirco precepit tibi
vt obseruares diem sabbati. Honora patrē Exo.2…
tuum ⁊ matrem. sicut precepit tibi dominus Mat…
deus tuus: vt longo viuas t̄pe. ⁊ bene sit tibi .Ma…
in terra quam dominus deus tuus daturus
est tibi. Non occides: neq̄ꝫ mechaberis: fur Mat…
tumq̄ꝫ non facies: nec loqueris contra proxi Ro.…
mum tuum falsum testimonium. Non con C
cupisces vxorem proximi tui: nō domū. nō
agrum: non seruum non ancillā: non bouē
nō asinum. ⁊ vniuersa que illius sunt. Hec v̄
ba locutus est dominus ad omnē multitu
dinem vestram in monte: de medio ignis ⁊
nubis ⁊ caliginis voce magna: nihil addens
āpli⁹: ⁊ scripsit ea in duabus tabulis lapide
is q̄s tradidit mihi. Vos aūt postq̄ꝫ audistis
vocē d̄ medio tenebraꝝ. ⁊ mōtē ardēr vidistis
accessistis ad me oēs principes tribuū. ⁊ maio
res natu: atq̄ꝫ dixistis. Ecce ostēdit nobis dn̄s d̄
us n̄r maiestatē ⁊ magnitudinē suā. Vocē
n. e⁹ audiuim⁹ d̄ medio ignis: ⁊ p̄bauimus
hodie q̄ loq̄nte d̄o cum hoie vixerit hō. Cur
g⁹ moriemur: ⁊ deuorabit nos ignis hic ma
ximus: Si. n. audierimus vltra vocē dn̄i dei
n̄ri moriemur. Quid est ois caro vt audiat
vocem dei viuētis: q̄ de medio ignis loquit̄
sicut nos audiuimus: ⁊ possit viuere: Tu ma E
gis accede. ⁊ audi cūcta que dixerit domin⁹
deus n̄r tibi. loq̄risq̄ꝫ ad nos. ⁊ nos audiētes
faciemus ea. Q̄d cum audisset dn̄s: ait ad me
Audiui vocē verboꝝ populi h⁹ q̄ locuti sūt
tibi. Bene oia s̄t locuti. Quis det talem eos
hēre mētem vt timeant me ⁊ custodiant vni
uersa mādata mea in oi t̄pe: vt bene sit eis ⁊
filijs eoꝝ i sempiternū: Vade ergo ⁊ dic eis:
Reuertimini in tentoria vestra. Tu v̄o hic
sta mecū: ⁊ loquar tibi oia mādata mea ⁊ ce
rimonias atq̄ꝫ iudicia q̄ docebis eos vt faci
ant ea in terra quam dabo illis in possessio
nē. Custodite igit̄ ⁊ facite q̄ p̄cepit dn̄s de⁹
vobis. Nō declinabitis neq̄ꝫ ad dexterā neq̄ꝫ J…
ad sinistrā: s̄ꝫ p viā quā p̄cepit dn̄s de⁹: vester

ambulabitis: vt viuatis ⁊ bene sit vobis: ⁊ ꝓ
telentur dies vr̄i in terra possessionis vestre
A H Ec sūt p̄cepta ⁊ cerimonie VI.
atq3 iudicia q̄ mādauit dñs deꝰ vr̄:.
vt docerē vos: vt faciatis ea in terra
ad quā trāsgredimini possidēda: vt timeas
dñm deū tuū: ⁊ custodias oīa mandata ⁊ p̄-
cepta eiꝰ: que ego p̄cipio tibi ⁊ filijs: ac nepo
tibus tuis cūctis diebus vite tue vt prolon
gent̄ dies tui. Audi isrl̄ ⁊ obserua vt facias q̄
p̄cepit tibi dñs. ⁊ bene sit tibi: ⁊ mltipliceris
ap̄liꝰ. sicut pollicitꝰ ē dñs deꝰ patrum tuoꝝ
H22 d tibi terrā lacte ⁊ melle manātē. Audi israel.
112 c Dñs deꝰ vr̄ deus vnꝰ ē. Diliges dñm deum
.10.c tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex
B tota fortitudie tua. Erūtq3 v̄ba h̄ q̄ ego preci
.11.e pio tibi hodie in corde tuo: ⁊ narrabis ea fi
lijs tuis: ⁊ meditaberis sedēs in domo tua ⁊
ābulans in itinere: dormiēs: atq3 ꝯsurgens.
⁊ ligabis ea q̄si signū in manu tua: erūtq3 ⁊
mouebūt̄ inter oculos tuos: scribesq3 ea in li
mine ⁊ ostijs domus tue. Cūq3 introduxerit
te dñs deꝰ tuus i terrā ꝓ q̄ iurauit p̄ribꝰ tuis
abrahā ysaac ⁊ iacob: ⁊ dederit tibi ciuitates
magnas ⁊ optiās q̄s non edificasti: domos
plenas mltaꝝ opū quas nō extruxisti: cister
nas: q̄s nō fodisti: vineta ⁊ oliueta que non
plātasti: ⁊ comederis ⁊ saturatꝰ fueris: caue
diligēter: ne obliuiscaris dñi dei tui q̄ eduxit
te de terra egypti de domo seruitutis: Dñm
deū tuū timebis: ⁊ ipsi fuies: ac p nomē illiꝰ
4 b iurabis. Nō ibitis post deos alienos cūctaꝝ
4.b gētiū q̄ in circuitu vr̄o sr̄: qm̄ deus emulator
C dñs deꝰ tuꝰ in medio tui: ne qñ irascat̄ furor
dñi dei tui ꝯ te. ⁊ auferat te de supficie terre.
4 b Nō tētabis dñm deū tuū: sicut tētasti in lo-
4.b co tētationis. Custodi p̄cepta dñi dei tui: ac
testimonia: ⁊ cerimōias q̄s p̄cepit tibi: ⁊ fac
qđ placitū est ⁊ bonū in ꝯspectu dñi: vt bene
sit tibi: ⁊ ingressus possideas t̄raz optimā de
q̄ iurauit dñs p̄ribus tuis: vt deleret oēs ini
D micos tuos corā te. sicut locutꝰ est. Cū inter
rogauerit te filiꝰ tuꝰ cras dicens: q̄d sibi vo-
lunt testimonia h̄ ⁊ cerimonie: atq3 iudicia
q̄ precepit dñs deꝰ nr̄ nobis: dices ei. Serui
eramus pharaonis in egypto: ⁊ eduxit nos
dñs de egypto in manu forti: fecitq3 signa at
q3 ꝓdigia magna: ⁊ pessima i egypto ꝯ pha-
raonē ⁊ oēm domū illiꝰ i ꝯspectu nr̄o: ⁊ edu
xit nos inde vt itroductis daret t̄rā sup q̄ iura
uit p̄ribus nr̄is. Precepitq3 nobis dñs vt fa
ciamus oīa legitima h̄. ⁊ timeamꝰ dñz deuz
nr̄m: vt bene sit nobis cūctis diebꝰ vite nr̄e:
sicut ē hodie. Eritq3 nr̄i misericors: si custo-
dierimus ⁊ fecerimus oīa p̄cepta eiꝰ coram
dño deo nr̄o sicut mādauit nobis. VII.
C Um introduxerit te dñs deꝰ tuꝰ in
t̄rā quā possessurus igredieris ⁊ de A
leuerit gētes multas corā te. etheuz
⁊ gergezeū ⁊ āmorreū ⁊ chananeū ⁊ phere-
zeum ⁊ eueū ⁊ iebuseuz: septē gentes multo
maioris nūeri q̄3 tu es ⁊ robustiores te: tra-
dideritq3 eas dñs deꝰ tibi: pcuties eas vsq3
ad internitionē. Nō inibis cū eis fedus: nec Exo.23.d.
misereberis eaꝝ: neq3 sociabis cū eis cōiugia.
Filiā tuā non dabis filio eius: nec filiā illius
accipies filio tuo: q2 seducet filiū tuū: ne seq̄
tur me: ⁊ vt magis fuiat dijs alienis. Irasce
turq3 furor dñi: ⁊ delebit te cito. Quin potiꝰ
h̄ facietis eis. Aras eoꝝ subuertite: ⁊ ꝯfringi Exo.34.b.
te statuas: lucosq3 succidite: ⁊ sculptilia ꝯbu j.12.a.
rite: q2 pp̄ls sanctꝰ es dño deo tuo. Te elegit j.14.a.
dñs deꝰ tuus vt sis ei pp̄ls peculiaris de cū- r.j.26.d.
ctis pp̄lis q̄ sunt sup terrā. Nō q2 cūctas gē B
tes nūerō vincebat̄: vobis iūctꝰ ē dñs. ⁊ ele-
git vos: cū oībꝰ sitis pp̄lis pauciores: sed q2
dilexit vos dñs. ⁊ custodiuit iuramētū qđ iu
rauit p̄ribꝰ vr̄is. Eduxitq3 vos in māu forti:
⁊ redemit. de domo fuitutis: de manu pha-
raonis regis egypti: ⁊ scies q2 dñs deꝰ tuus
ipse ē deus fortis ⁊ fidelis: custodiēs pactuz
⁊ miam diligētibꝰ se: ⁊ his q̄ custodiūt pre-
cepta eius in mille generatiōes: ⁊ reddens
odiētibꝰ se statim: ita vt dispdat eos: ⁊ vltra
nō differat: ꝓtinꝰ eis restituēs: qđ merentur.
Custodi ergo p̄cepta: ⁊ cerimōias: atq3 iudi
cia q̄ ego mādo tibi hodie vt facias. Si post
q̄3 audieris h̄ iudicia: custodieris ea ⁊ fece-
ris: custodiet dñs deꝰ tuꝰ pactū tibi ⁊ miam
quā iurauit p̄ribꝰ tuis: ⁊ diliget te: ac multi
plicabit: būdicetq3 fructui ventris tui: ⁊ fru
ctui t̄re tue: frumēto tuo atq3 vindemie: oleo
⁊ armētis: gregibꝰ ouiū tuaꝝ sup t̄rā: pro q̄
iurauit p̄ribꝰ tuis: vt daret eā tibi. Bñdictꝰ
eris int̄ oēs pp̄los. Non erit apud te sterilis C
vtriusq3 sexꝰ tā i hoibꝰ q̄3 i gregibꝰ tuis. Au Exo.23.d
feret dñs a te oēm lāguorē. ⁊ ifirmitates egy
pti ⁊ pessimas: q̄s nouisti: nō inferet tibi sed
cūctis hostibus tuis. Deuorabis oēs pp̄los
quos dñs deus tuus daturus est tibi. Non
pcet eis oculus tuus: nec seruies dijs eoruz:
ne sint in ruinam tui. Si dixeris i corde tuo:
plures sunt gentes iste q̄3 ego: quomodo po
tero delere eas? noli metuere: sed recordare
que fecerit dominus deus tuus pharaoni: ⁊
cunctis egyptijs plagas maximas quas vi-
derunt oculi tui. ⁊ signa atq3 portenta ma-
numq3 robustam: ⁊ extentum brachium: vt
educeret te dñs deus tuus. Sic faciet cūctis
poplis quos metuis. Insup ⁊ scrabrones mit

tet dñs deus tuꝰ ī eos: donec deleat omnes
atqꝫ dispdat q̇ te fugerit: ⁊ latere nō poterit.
Nō tīebis eos. q̇ dñs deꝰ tuꝰ ī medio tui est:
B deꝰ magnꝰ ⁊ terribilis. Ipse ꝯsumet natiōes
has ī ꝯspectu tuo paulatī atqꝫ ꝑ partes. Nō
poteris eas delere pariter: ne forte multipli
cētur ꝯ̄ te bestie terre. Dabitqꝫ eos dñs deꝰ
tuꝰ in cōspectu tuo: ⁊ interficiet illos: donec
penitꝰ deleātur. Tradetqꝫ reges eoꝝ ī manꝰ
tuas: ⁊ disperdes noīa eoꝝ sub celo. Nullus
poterit resistere tibi: donec ꝯteras eos. Scul
ptilia eoꝝ igne cōbures. Nō concupisces ar
2 Mach 12 f gentū ⁊ aurū: de q̇bꝰ facta sūt: neqꝫ assumes
ex eis tibi q̇cq̄ꝫ: ne offendas ꝓpterea: qꝛ ab
hominatio ē dñi dei tui: nec inferes q̇ppiaꝫ
ex idolo ī domū tuā: ne fias anathema. sicut
⁊ illud est. Quasi spurcitiam detestaberis. ⁊
velut inquinamētū ac sordes abhominatiōi
hēbis: qꝛ anathema est. VIII

A OMne mādatū qꝺ ego ꝑcipio tibi ho
die: caue diligenter vt facias: vt pos
sitis viuere: ⁊ multiplicemini: īgressi
qꝫ possideatis terrā ꝓ qua iurauit dñs pr̄ibꝰ
vr̄is. Et recordaberis cūcti itineris ꝑ qꝺ ad
duxit te dñs deꝰ tuꝰ quadraginta ānis ꝑ de
sertū: vt affligeret te: atqꝫ tētaret: ⁊ nota fie
rēt que ī tuo aīo v̇sabāt. vtrū custodires mā
data illiꝰ an nō. Afflixit te penuria. ⁊ dedit
tibi cibū māna: qꝺ ignorabas tu: ⁊ pr̄es tui.
vt ostēderet tibi ꝙ nō in solo pane viuit hō.
Math.4.a sed in oī v̇bo qꝺ ꝓgredit̄ ꝺ ore dñi. Uestimē
Lu.4.a. tū tuū quo opꝑiebaris nequaq̄ꝫ vetustate de
fecit. ⁊ pes tuꝰ nō est subtritꝰ. En quadrage
B simꝰ ānꝰ ē: vt recogites in corde tuo: qꝛ sicut
erudit filiū suū hō: sic dñs deꝰ tuꝰ erudiuit te
vt custodias mādata dñi dei tui: ⁊ āmbules in
viīs eiꝰ: ⁊ tīeas eum. Dñs. n. deꝰ tuꝰ ītrodu
cet te ī terrā bonā: terrā riuoꝝ aquarūqꝫ ⁊ fō
tiū: ī cuiꝰ cāpis ⁊ mōtibꝰ erūpunt fluuiorum
abissi: terrā frumēti ordei ac vineaꝝ: ī q̄ ficus
⁊ malogranata ⁊ olineta nascūt̄: t̄raꝫ olei ac
mellis: vbi absqꝫ vlla penuria comedes pa
nē tuū. ⁊ reꝝ oīum abundātia ꝑfrueris: cuiꝰ
lapides ferrū sunt. ⁊ de mōtibꝰ eiꝰ eris metal
la fodiunt̄: vt cū comederis ⁊ satiatꝰ fueris.
C bn̄dicas dño deo tuo pro terra optima quaꝫ
dedit tibi. Obserua ⁊ caue ne quando obli
uiscaris dñi dei tui. ⁊ negligas mandata eiꝰ
atqꝫ iudicia ⁊ cerimōias quas ego ꝑcipio ti
bi hodie: ne postq̄ꝫ comederis ⁊ saciatus fue
ris. domos pulchras edificaueris: ⁊ hītaue
ris in eis: humerisqꝫ armenta boū: ⁊ ouium
greges argenti ⁊ auri cūctarūqꝫ rerū copiā:
eleuet̄ cor tuū: ⁊ nō reminiscaris dñi dei tui
qui eduxit te de terra egypti de domo seruitu

tis. ⁊ ductor tuꝰ fuit in solitudine magna: at
qꝫ terribili: ī qua erat s̄pens flatu adurēs. et
scorpio ac dispas: ⁊ nulle oīno aque: q̇ edu
xit riuos de petra durissima. ⁊ cibauit te mā
na in solitudine qꝺ nescierūt pr̄es tui. Et pꝰ B
q̄ꝫ afflixit ac ꝓbauit: ad extremum misertꝰ ē
tui: ne diceres ī corde tuo: fortitudo mea: ⁊
robur manꝰ mee h̄ mihi oīa ꝑstiterīt: ſꝫ recor
deris dñi dei tui ꝙ ipse vires tibi ꝑbuerit: vt
impleret pactū suum suꝑ quo iurauit pr̄ibꝰ
tuis: sicut pn̄s indicat dies. Sin autē oblitꝰ
dñi dei tui secutꝰ fueris deos alienos colue
risqꝫ illos ⁊ adoraueris: ecce nunc ꝑdico tibi
ꝙ oīo dispeas. Sicut gentes q̄s deleuit dñs
in introitu tuo: ita ⁊ vos ꝑibitis. si inobediē
tes fueritis voci dñi dei vr̄i. IX

A AUdi isrl̄. Tu trāsgredieris hodie ior
danē: vt possideas natōes maximas
⁊ fortiores te: ciuitates ingētes: ⁊ ad
celum vsqꝫ muratas: populuꝫ magnum atqꝫ
sublimē: filios enachi quos ipse vidisti ⁊ au
disti: q̇bꝰ nullus potest ex aduerso resistere.
Scies ergo hodie ꝙ dñs deꝰ tuꝰ ipse transi
bit ante te ignis deuorās atqꝫ cōsumēs: qui
ꝯterat eos ⁊ deleat: atqꝫ dispdat añ faciē tuā
velociter sicut locutꝰ est tibi: ne dicas in cor
de tuo cū deleuerit eos dñs deꝰ tuꝰ in ꝯspe
ctu tuo: ꝑꝑ iusticiā meā ītroduxit me dñs vt
t̄rā hanc possiderē: cū ꝑꝑ īpietates suas iste
delete sint natōnes. Neqꝫ. n. ꝓpter iusticias
tuas ⁊ equitatē cordis tui igredieris vt pos
sideas t̄ras eaꝝ: sed qꝛ ille egerīt īpie: ītroeū
te te delete sūt: ⁊ vt ꝯpleret v̇bū suū dñs qꝺ
sub iuramēto pollicitꝰ est pr̄ibꝰ tuis abrahā
B ysaac ⁊ iacob. Scito igit̄ ꝙ nō ꝑꝑ iusticias
tuas dñs deꝰ tuꝰ dederit tibi terrā hāc opti
mā ī possessionē: cū durissime ceruicis sis po
pulus. Memento ⁊ ne obliuiscaris quō ad
iracundiā ꝓuocaueris dñꝫ deū tuū ī solitu
dine ⁊ ex eo die q̄ egressus es ex egypto vſqꝫ
ad locū istū sꝑ aduerso dñm ꝯtēdisti. Nā ⁊ ī
oreb ꝓuocasti eū. ⁊ iratꝰ delere te voluit: qñ
ascendi ī montē: vt acciperē tabulas lapide
as pacti qꝺ pepigit vobiscū deꝰ. Et ꝑseuera
ui ī mōte quadragita diebꝰ ac noctibꝰ: panē
nō comedēs ⁊ aquā nō bibēs. Deditqꝫ mihi
dñs duas tabulas lapideas scriptas digito
dei. ⁊ ꝯtinentes oīa v̇ba q̄ vobis locutꝰ ē in
mōte de medio ignis qñ cōcio ppl̄i ꝯgrega
ta ē. Cūqꝫ trāsissent quadragita dies ⁊ totidē
noctes dedit mihi dñs duas tabulas lapide
as: tabulas federis: dixitqꝫ mihi. Surge ⁊ ꝺ Exo
scende hic cito: qꝛ ppl̄s tuus quē eduxisti de
egypto deseruerīt velociter viā quā demon
strasti eis: feceruntqꝫ sibi cōflatile. Rursūqꝫ

ait dñs ad me. Cerno q᷑ pplˢ iste dure ceruí
C cis sit. Dimitte me vt cōteram eū ꝛ deleā no
mē eius de sub celo. ꝛ ꝯstituā te sup̱ gentez q̄
hac maioꝛ ꝛ foꝛtioꝛ sit. Cūqꝫ de mōte arden-
te descēderē: ꝛ duas tabulas federis vtraqꝫ
tenerē manu: vidissēqꝫ peccasse vos dño deo
vr̄o: ꝛ fecisse vobis vitulū ꝯflatilē ac deseruis
se velociter viā ei⁹ quā vobis ostenderat: p-
ieci tabulas de manib⁹ meis ꝯfregiqꝫ eas in
ꝯspctū vr̄o. Et p̄cidi ante dñm sicut pri⁹ qua-
draginta dieb⁹ ꝛ noctib⁹ panē nō comedēs
ꝛ aquā nō bibēs: ꝓpter oīa peccata vr̄a que
gessistis ꝯ̄ dñz. ꝛ eū ad iracundiā ꝓuocastis.
Timui eni idignationē ꝛ irā illi⁹: q̄ aduersū
vos ꝯcitat⁹ delere vos voluit. Et exaudiuit
me dñs ēt hac vice. Aduersum aaron quoqꝫ
vehemēter irat⁹ voluit eū ꝯterer̄. ꝛ ꝓ illo si-
militer dep̄cat⁹ sū. Peccatū āt vr̄z qḋ fecera
tis. i. vitulū: arripiēs igne ꝯbussi ꝛ ī frusta cō
minuēs oīoqꝫ ī puluerē redigens ꝓieci ī toꝛ
B rentē q̇ de mōte descendit. In incendio quo
qꝫ ꝛ in tentatōe ꝛ in sepulchꝛis cōcupiscētie
ꝓuocastis dñm. ꝛ qn̄ misit vos ḋ cades bar-
ne dicens: ascendite ꝛ possidete terrā quā de
di vobis ꝛ ꝯtēpsistis impiū dñi dei vr̄i ꝛ nō
credidistis ei: neqꝫ vocē ei⁹ audire voluistis
sed semp̱ fuistis rebelles a die qua nosse vos
cepi. Et iacui coꝛā dño quadragita dieb⁹ ac
noctib⁹: q̇b⁹ eū suppliciter depꝛecabar: ne ḋ
leret vos vt fuerat comminat⁹: ꝛ oꝛās dixi.
Dñe de⁹ ne disp̱das pplm̄ tuū ꝛ hereditatez
tuā quā redemisti ī magnitudine tua: quos
eduxisti de egypto ī manu foꝛti. Recoꝛdare
s̄uoꝝ tuoꝝ abraā ysaac ꝛ iacob. Ne aspicias
duritiā ppl̄i h⁹ ꝛ ipietatē atqꝫ peccatū: ne foꝛ
te dicāt hitatoꝛes terre de qua eduxisti nos:
nō poterat dñs introducere eos ī terrā quaz
pollicit⁹ est eis ꝛ oderat illos: idcirco eduxit
vt interficeret eos ī solitudine q̇ sūt ppl̄s tu-
us ꝛ hereditas tua quos eduxisti ī foꝛtitudi-
ne tua magna ꝛ in bꝛachio tuo extento. X

A
4.a. In tp̄e illo dixit dñs ad me. Dola ti
bi duas tabulas lapideas sicut pꝛio
res fuerunt. ꝛ ascēde ad me in mōtē
faciesqꝫ archā ligneā. et scribā ī tabulis v̓ba
q̄ fuerunt ī his quas ante cōfregisti: ponesqꝫ
eas ī archa. Feci igitur archā ḋ lignis sethi.
Cūqꝫ dolassem duas tabulas lapideas istar
pꝛioꝝ: ascēdi ī mōtē hn̄s eas ī manib⁹. Scri-
psitqꝫ ī tabulis iuxta id qḋ pri⁹ scripserat v̓-
ba decē que locut⁹ ē dñs ad vos in mōte de
medio ignis: qn̄ ppl̄s cōgregat⁹ est: ꝛ dedit
eas mihi. Reuersusqꝫ de monte descendi. ꝛ
B posui tabulas ī archā quā fecerā: que huc-
...9.d usqꝫ ibi sunt sicut mihi p̄cepit dñs. Filij autē
isrl̄ mouerunt castra ex beroth filioꝝ iachaz
in mosera. vbi aaron moꝛtu⁹ ꝛ sepultus ē. p
quo sacerdotio funct⁹ est eleazar fili⁹ ei⁹. In
de venerunt in gadgad: de q̄ loco ꝓfecti: ca-
strametati sunt ī iethabatha ī terra aquarū
atqꝫ toꝛrentiū. Eo tēpoꝛe sepaui tribū leui vt
poꝛtaret archā federis dñi. ꝛ staret coꝛā eo ī
ministerio: ac benediceret ī noīe illius vsqꝫ ī
p̄ntē diē. Quāobrē nō habuit leui ptē: neqꝫ
possessionē cū fratrib⁹ suis: qꝛ ipse dñs pos-
sessio ei⁹ ē: sicut ꝓmisit ei dñs de⁹ tuus. Ego C
aūt steti ī mōte: sicut pri⁹ quadragita diebus
ac noctib⁹: exaudiuitqꝫ me dñs ēt hac vice. ꝛ
te p̱der̄ noluit. Dixitqꝫ mihi. Vade ꝛ p̄cede
pplm̄ vt ingrediat̄ ꝛ possideat terrā quā iu-
raui p̄rib⁹ eoꝝ: vt traderē eis. Et nūc isrl̄ q̇d
dñs de⁹ tuus petit a te: nisi vt timeas dñz de
um tuū ꝛ ambules ī vijs ei⁹. ꝛ diligas eum: J.11.b.
ac s̄uias dño deo tuo: ī toto corde tuo: ꝛ ī to
ta aīa tua: custodiasqꝫ mādata dñi ꝛ cerimo
nias eius quas ego hodie p̄cipio vt bene sit
tibi? En dñi dei tui celū est: ꝛ celū celi: terra ꝛ
oīa q̄ in ea sunt: ꝛ tn̄ p̄rib⁹ tuis cōglutinatus
ē dñs ꝛ amauit eos: elegitqꝫ semen eoꝝ post
eos. i. vos de cūctis gentib⁹: sicut hodie com
pꝛobat̄. Circūcidite igitur p̄putiū coꝛdis vr̄i B
ꝛ ceruicē vr̄am ne induretis āplius: qꝛ dñs
de⁹ vr̄ ipse est de⁹ deoꝝ ꝛ dñs dominantium
de⁹ magn⁹ ꝛ potēs ꝛ terribilis: q̇ p̱sonaz nō
accipit nec munera. Facit iudiciū pupillo ꝛ
vidue. amat peregrinū: ꝛ dat ei victum atqꝫ
vestitū. Et vos ergo amate p̱egrinos: qꝛ ꝛ ip
si fuistis aduene in terra egypti. Dñm deuz S.7.b
tuū timebis. ꝛ ei soli s̄uies. Ipsi adherebis:
iurabisqꝫ ī noīe illius. Ipse est laus tua ꝛ ḋ⁹
tu⁹ q̇ fecit tibi h̄ magnalia ꝛ t̄ribilia que vi
derūt oculi tui. In septuaginta aīabus de- Geñ.6.c.
scēderūt p̄res tui in egyptū. ꝛ ecce nūc multi
plicauit te dñs deus tu⁹ sicut astra celi. XI

Ama itaqꝫ dñm deū tuū ꝛ obserua p̄- A
cepta eius ꝛ cerimonias iudicia at-
qꝫ mādata oī tp̄e. Cognoscite hodie
que ignoꝛāt filij vr̄i q̇ nō viderūt disciplinaz
dñi dei vr̄i magnalia eius ꝛ robusta manū:
extētūqꝫ bꝛachiū: signa ꝛ op̱a q̄ fecit in me-
dio egypti pharaoni regi ꝛ vniuerse t̄re ei⁹
oīqꝫ exercitui egyptioꝝ ꝛ equis ac curribus
quō op̱erit eos aque maris rubꝛi: cū vos
p̱sequerent̄: ꝛ deleuerit eos dñs vsqꝫ in p̄ntē
diē. vobisqꝫ que fecerit ī solitudine donec ve
niretis ad hūc locū ꝛ dathā atqꝫ abiron filijs
eliab q̇ fuit filius rubē quos aperto oꝛe suo Nu.16.d
terra absoꝛbuit cū domibus ꝛ tabernaculis
ꝛ vniuersa substātia eoꝝ quā hēbant in me-
dio israel. Oculi vr̄i viderūt oīa opera dñi B

magna q̄ fecit: vt custodiatis vniuersa māda
ta illi⁹ q̄ ego hodie p̄cipio vobis ⁊ possitis i
troire ⁊ possidere t̄rā ad quā igredimini: mul
toq̄ȝ in ea viuatis t̄pe: quā sub iuramēto pol
licit⁹ ē dn̄s p̄rib⁹ vr̄is ⁊ semi eoꝝ lacte ⁊ mel
le manantē. Terra. n. ad quā igrederis pos
sidēdā non est sicut t̄ra egypti de q̄ existi: vbi
iacto seie in hortoꝝ morē aq̄ ducunt̄ irrigue
sȝ mōtosa ē ⁊ cāpestris: de celo expectās plu
uias: quā dn̄s deus tu⁹ sp̄ inuisit. ⁊ oculi illi
us i ea sūt a p̄ncipio anni vsq̄ȝ ad finē ei⁹. Si
J. eo. ergo obedierit̄ mādatis meis q̄ ego hodie p̄
S. 10. c. cipio vobis vt diligat̄ dn̄ȝ deū vr̄m: ⁊ seruiat̄
ei i toto corde vr̄o ⁊ i tota aīa vr̄a: dabit plu
uiā t̄re vr̄e tēporaneā ⁊ s̄otinaȝ vt colligatis
frumētū ⁊ vinuȝ ⁊ oleū fenūq̄ȝ ex agris ad pa
scenda iumēta. ⁊ vt ipsi comedat̄ ac saturemi
ni. Cauete ne forte decipiat̄ cor vestrū ⁊ rece
datis a dn̄o: s̄uiatisq̄ȝ dijs alienis ⁊ adoretis
eos: iratusq̄ȝ dn̄s claudat celū. ⁊ pluuie non
descēdāt: nec t̄ra det germē suū: peatisq̄ȝ ve
C lociter d̄ t̄ra optīa quā dn̄s daturus ē vobis.
S. 6. b. Ponite h̄ v̄ba mea in cordibus ⁊ in animis
vr̄is: ⁊ suspēdite ea ꝓ signo i manib⁹. ⁊ inter
oculos vr̄os collocate. Docete filios vr̄os
vt illa meditet̄. Qū sederis i domo tua ⁊ am
bulaueris i via. ⁊ accubueris atq̄ȝ surrexeris
scribes ea sup̄ postes ⁊ ianuas domus tue vt
multiplicēt̄ dies tui ⁊ filioꝝ tuoꝝ in terra
quā iurauit dn̄s p̄ribus tuis: vt daret eis q̄ȝ
S. eo. diu celū iminet t̄re. Si. n. custodierit̄ māda
ta q̄ ego p̄cipio vobis. ⁊ feceritis ea vt diliga
tis dn̄ȝ deū vr̄m. ⁊ ābuletis in oīb⁹ vijs eius
adherentes ei: disp̄det dn̄s oēs gentes istas
an̄ faciē vr̄am. ⁊ possidebit̄ eas q̄ maiores s̄t
Josue. 1. a. ⁊ fortiores vobis. Oīs locus quē calcauerit
pes vr̄: vr̄ erit. A deserto ⁊ libāo ⁊ flumie ma
gno eufrate vsq̄ȝ ad mare occidentale erunt
termini vr̄i. Nullus stabit ꝯ vos: Terrorem
vr̄m ⁊ formidinē dabit dn̄s deus vester sup̄
oēm terrā: quā calcaturi estis: sicut locutus
B ē vobis. En ꝓpono i ꝯspectu vr̄o hodie bn̄di
ctionē ⁊ maledictionē. benedictionē si obe
dieritis mādat̄ dn̄i dei vestri q̄ ego hodie p̄
cipio vobis. maledictioneȝ si nō obedieritis
mādatis dn̄i dei vr̄i: sȝ recesserit̄ de via quaȝ
ego nunc ostēdo vobis: ⁊ ābulauerit̄ post de
os alienos quos ignoratis. Cū v̄o introdu
xerit te dn̄s de⁹ tuus in terrā ad quā p̄gis ha
bitandā: pones bn̄dictionē sup̄ montē gari
zim. maledictionē super montē hebal q̄ sūt
trā iordanē post viā que v̄git ad solis occu
bitum: in terra chananei q̄ habitat i campe
stribus contra galgalam que est iuxta vallē
tendentem ⁊ intrantem procul. Uos. n. trā
sibitis iordanē: vt possideatis terraȝ quam
domin⁹ de⁹ vester daturus est vobis vt h̄ea
tis ⁊ possideatis illā. Uidete ergo vt impleat̄
cerimōias atq̄ȝ iudicia que ego hodie ponā
in conspectu vestro

XII

Hec sunt p̄cepta atq̄ȝ iudicia q̄ facere A
debetis i terra quā dn̄s de⁹ patꝝ tu
oꝝ datur⁹ est tibi vt possideat̄ eā cūctis die
b⁹ q̄b⁹ sup̄ humū gradieris. Subuertite oīa
loca i q̄b⁹ coluerūt gētes q̄s possessuri estis
deos suos: sup̄ mōtes excelsos ⁊ colles ⁊ sub
ter oē lignū frōdosum. Dissipate aras earū S. 7. a.
⁊ confringite statuas: lucos igne cōburite. Exo. 34. b
⁊ idola ꝯminuite disperdite nomina eorum
de locis illis. Non facietis ita dn̄o deo vr̄o
sed ad locū quē elegerit dn̄s deus vester de
cūctis tribub⁹ vestris. vt ponat nomē suū ibi
⁊ habitet in eo: venietis ⁊ offeretis in loco il
lo holocausta ⁊ victimas vestras. decimas ⁊
primitias manuum vestraꝝ. ⁊ vota atq̄ȝ do
naria. primogenita boū. ⁊ ouium: ⁊ comede
tis ibi in conspectu dn̄i dei vestri: ac letabi
mini in cūctis ad q̄ miseritis manum vos ⁊
dom⁹ vr̄e: in q̄b⁹ bn̄dixerit vobis dn̄s de⁹ vr̄
Nō facietis ibi q̄ nos h̄ facim⁹ hodie: singu
li q̄d sibi rectū videt̄. Neq̄ȝ. n. vsq̄ȝ in presens
tempus venistis ad requiem ⁊ possessionem B
quā dn̄s deus daturus est vobis. Transibitis
iordanē ⁊ habitabitis in terra quā domin⁹
de⁹ vester datur⁹ est vobis: vt requiescatis a
cunctis hostibus p̄ circuituȝ. ⁊ absq̄ȝ vllo ti
more habitetis in loco quē elegerit domin⁹
de⁹ vr̄: vt sit nomen ei⁹ in eo. Illuc oīa q̄ p̄ci
pio ꝯferetis: holocausta ⁊ hostias: ac decias
⁊ primitias manuū vr̄aꝝ. ⁊ q̄cq̄d precipuuȝ
ē in muneribus que vouistis dn̄o. Ibi epu
labimini corā dn̄o deo vr̄o: vos ⁊ filij ⁊ filie
vr̄e: famuli ⁊ famule: atq̄ȝ leuites q̄ i vestris
vrbib⁹ commoratur. Neq̄ȝ. n. hȝ aliā partē ⁊
possessionem inter vos. caue ne offeras holo
causta tua in oī loco quē videris. sȝ i eo quē
elegerit dn̄s in vna tribuū tuaꝝ offeres ho
stias. ⁊ facies q̄cūq̄ȝ p̄cipio tibi. Si autēȝ co
medere volueris. ⁊ te esus carniū delectaue
rit: occide ⁊ cōmede iuxta bn̄dictionē domini
dei tui: quā dedit tibi i vrbibus tuis: siue im
mūdū fuerit: hoc est maculatū ⁊ debile: siue
mūdū: hoc est integꝝ ⁊ sine macl̄a q̄d offerri
licet: sicut caprea ⁊ ceruū: cōmedes absq̄ȝ esu
dūtaxat sāguis quē s̄r terrā q̄si aquā effūdes C
Nō potis cōmedere i oppidis tuis decimā fru
mēti ⁊ vini ⁊ olei tui: p̄mogenita armentoꝝ
⁊ pecoꝝ. ⁊ oīa q̄ voueris ⁊ sponte offerre vo
lueris: ⁊ p̄mitias manuū tuaꝝ: sed corā dn̄o
deo tuo cōmedes ea in loco quem elegerit dn̄s

deus tuꝰ:tu ⁊ filiꝰ tuus ⁊ filia ⁊ ſeruꝰ ⁊ famu
la atq̄ leuites q̄ manet in vrbibꝰ tuis: ⁊ leta
beris ⁊ reficieris corã dño deo tuo in cũctis
ad q̄ extẽderis manũ tuã. Caue ne derelinq̄s
ĩ.19.c leuitẽ i oĩ tpe quo verſaris i tra. Qũ dilata
uerit dñs deꝰ tuꝰ ĩimicos tuos ſicut locutꝰ ẽ
tibi ⁊ volueris veſci carnibꝰ q̄s deſiderat aĩa
tua:locus aũt quẽ elegerit dñs deꝰ tuus vt ſit
nomẽ eiꝰ ibi:ſi ꝓcul fuerit: occides de armẽ
tis ⁊ pecoribꝰ q̄ hñeris:ſicut p̃cepit tibi:⁊ co
ĩ.15.d medes in oppidis tuis:vt tibi placet. Sicut
comedit caprea ⁊ ceruus: ita veſceris eis:⁊
mũdus ⁊ ĩmũdus i cõe veſcẽtur. hoc ſolum
D caue ne sãguinẽ comedas. Sãguis eni coꝝ
ꝓ aĩa ẽ.⁊ idcirco nõ debes aiaꝫ comedere cũ
carnibus:ſꝫ ſup terrã fũdes quaſi aquã:vt bñ
ſit tibi ⁊ filijs tuis pꝰ te:cũ feceris qd̄ placet i
ↄſpectu dñi. Que aũt ſcificaueris ⁊ voueris
dño tolles ⁊ venies ad locũ quẽ elegerit do
minus:⁊ offeres oblatões tuas carnẽ ⁊ ſan
guinẽ ſup altare dñi dei tui. Sãguinẽ hoſti
arũ fũdes i altari:carnibus aũt ipſe veſceris
Obſerua ⁊ audi oĩa q̄ ego p̃cipio tibi:vt bñ
ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te in ſempiternũ:cuꝫ
feceris qd̄ bonũ eſt ⁊ placitũ in cõſpectu do
ĩ.19.a. mini dei tui. Qñ diſperdiderit dñs deus tuꝰ
añ faciẽ tuã gẽtes ad quas igredieris poſſi
dẽdas:⁊ poſſederis eas atq̄ hitaueris i ter
ra eaꝝ:caue ne imiteris eas poſtq̄ͣ te fuerit
itroeũte ſubuerſe ⁊ requiras cerimonias ea
rũ dicẽs. Sicut coluerũt gẽtes iſte deos ſu
os ita ⁊ ego colã. Nõ facies ſilr dño deo tuo
Oẽs eni abhominatões quas auerſat dñs:
fecerũt dijs ſuis offerẽtes filios ⁊ filias ⁊ cõ
burẽtes igni. Qd̄ p̃cipio tibi hoc tm̃ facito
dño:nec addas q̄cq̄ nec minuas. XIII

A Si ſurrexerit in medio tui ꝓphetes
aut q̄ ſõniũ vidiſſe ſe dicat: ⁊ p̃dixe
rit ſignũ atq̄ portentũ ⁊ euenerit
qd̄ locutus eſt ⁊ dixerit tibi. eamus ⁊ ſequa
mur deos alienos:quos ignoras: ⁊ ſeruiamꝰ
eis. nõ audies verba ꝓphete illiꝰ:aut ſõnia
toris:q2 tẽtat vos dñs deus vr̃: vt palã fiat:
vtꝝ diligatis eũ:an nõ in toto corde ⁊ i tota
aĩa vr̃a. Dñm deũ veſtrũ ſequimini ⁊ ipſum
timete:⁊ mandata illius cuſtodite.⁊ audite
vocẽ eius. Ipſi ſeruietis ⁊ ipſi adherebitis.
B Propheta aũt ille aut fictor ſõnioꝝ iterfici
etur:q2 locutus ẽ vt vos auerteret a dño deo
vr̃o qui eduxit vos de terra egypti: ⁊ rede
mit vos de domo ſeruitutis:vt errare te fa
ceret de via quã tibi p̃cepit dñs deꝰ tuꝰ:⁊ au
ferres malũ de medio tui. Si tibi voluerit
ꝑſuadere frater tuꝰ filius mr̃is tue aut filius
tuꝰ vel filia ſiue vxor q̄ ẽ i ſinu tuo: aut ami
cus quẽ diligis vt aĩam tuã clã dicẽs:eamꝰ
⁊ ſuiamꝰ dijs alienis: q̄s ignoras tu ⁊ p̄res
tui cũctaꝝ i circuitu gentiũ q̄ iuxta vel ꝓcul
ſunt ab initio vſq̄ ad finẽ tre. nõ acquieſcas
ei nec audias. neq̄ pcat ei oculus tuꝰ: vt mi
ſerearis ⁊ occultes eũ:ſed ſtatĩ iterficies. Sit C
p̄mũ manꝰ tua ſup eũ:⁊ pꝰ te oĩs ppl's mit
tat manũ. Lapidibꝰ obrutꝰ necabit:quia vo
luit te abſtrahere a dño deo tuo q̄ eduxit te de
tra egypti de domo ſuitutis:vt ⁊ oĩs iſrl' au
diẽs timeat:⁊ nequaq̄ vltra faciet quippiã
huiꝰ rei ſimile. Si audieris i vna vrbiũ tuarũ:
q̄s dñs deus tuꝰ dabit tibi ad habitanduꝫ di
centes aliquos egreſſi ſunt filij belial de me
dio tui.⁊ auerterũt hitatores vrbis tue:atq̄
dixerũt:eamꝰ ⁊ ſuiamꝰ dijs alienis q̄s igno
ratis:q̄re ſollicite:⁊ diligẽt rei vitate ꝑſpe
cta ſi inueneris certũ eẽ qd̄ dr̃. ⁊ abhomina
tionẽ hãc opere ꝑpetratã:ſtatĩ ꝑcuties habi
tatores vrbis illiꝰ in ore gladij.⁊ delebis eaꝫ
oĩaq̄ q̄ in illa ſunt vſq̄ ad pecora. Quicq̄d D
etiã ſupellectilis fuerit: cõgregabis i medio
platearũ eius.⁊ cũ ipſa ciuitate ſuccẽdes:ita
vt vniuerſa conſumas dño deo tuo ⁊ ſit tu
mulus ſempiternus. Nõ edificabit ampliꝰ.
⁊ nõ adherebit de illo anathemate quicq̄ i
manu tua:vt auertat dñs ab ira furoris ſui
⁊ miſereat tui:multiplicetq̄ te ſicut iurauit
pr̃ibꝰ tuis qñ audieris vocẽ dñi dei tui: cu
ſtodiẽs oĩa p̃cepta eiꝰ que ego precipio tibi
hodie:vt facias qd̄ placitum eſt in cõſpectu
dñi dei tui. XIIII

Filij eſtote dñi dei vr̃i. Nõ vos icide A
tis nec facietis caluitiũ ſuper mor
tuo qm̃ ppl's ſcũs es dño deo tuo. ⁊
te elegit:vt ſis ei i pplm peculiarẽ de cũctis s.7.a.⁊
gentibꝰ q̄ ſũt ſuper trã i Ne cõedat q̄ imũda 26.d.
ſunt. Hoc ẽ aĩal qd̄ comedere debet. bouẽ ⁊ Leui.11.a
ouẽ ⁊ caprã:ceruũ ⁊ capreã:bubalũ tragela
phũ pygargũ orygẽ camelopardalum. Oẽ
aĩal qd̄ in duas ptes findit vngulã ⁊ rumi
nat:cõedetis:de his autẽ q̄ ruminãt ⁊ vngu
lã nõ findunt:h cõedere nõ debet. camelum
leporẽ cyrogrillũ. Q2 ruminãt ⁊ nõ diuidũt
vngulã:imunda erũt vobis. Sus quoq̄ qm̃
diuidit vngulã ⁊ nõ ruminat imunda erit.
Carnibꝰ coꝝ nõ veſcemini:⁊ cadauera nõ tã B
get. Hec cõedetis ex oĩbꝰ q̄ morant i aquis.
Que hñt pẽnulas ⁊ ſquamas cõedite: que
abſq̄ pennulis ⁊ ſquamis ſũt:ne cõedat q2 i
munda ſunt. Oẽs aues mũdas cõedite. Im
mundas ne cõedatis:aquilam.ſ. ⁊ gryphẽ ⁊
alietũ:ixon ⁊ vulturẽ ac miluũ iuxta genus
ſuum.⁊ oẽ coruini generis. ⁊ ſtructionẽꝫ ac
noctuam ⁊ larum atq̄ accipitrem iuxta ge

nus suum: herodiũ ac cygnũ ⁊ ibin ac mer-
gulũ porphirionẽ ⁊ nycticoracẽ: onocrota-
lum caradryon singula i genere suo: vpupã
quoq; ⁊ vespertilionẽ: ⁊ oẽ qḋ reptat ⁊ pennu-
las hꝫ: imundũ erit ⁊ nõ cõedet. Omne qḋ
C mundũ ẽ: comedite. Quicq̇d ãt morticinũ
ẽ ne vescamini ex eo. Peregrino q̇ itra por-
tas tuas ẽ: da vt cõedat aut vẽde ei: q2 tu po-
Exo.23.c. pulus scũs dñi dei tui es. Nõ coq̃s hedũ in
et.34.d. lacte matris sue. Decimã ptẽ separabis de
cũctis frugib9 tuis q̇ nascunt̃ in ṫra p annos
singl'os: ⁊ cõedes i ꝯspectu dñi dei tui i loco
quẽ elegerit: vt in eo nomẽ illi9 inuocet̃ deci-
mam frumẽti tui ⁊ vini ⁊ olei: ⁊ primogeni-
ta de armẽtis ⁊ ouib9 tuis: vt discas timere
dñm deũ tuũ in oi tpe. Cũ aũt longior fuerit
via ⁊ loc9 quẽ elegerit dñs de9 tu9 tibiq; be-
nedixerit: nec poteris ad eũ h̃ cũcta portare
vẽdes oia ⁊ in pciũ rediges: portabisq; mãu
B tua ⁊ proficisceris ad locũ quẽ elegerit dñs
deus tu9. ⁊ emes ex eadẽ pecunia q̇cq̇d tibi
placuerit: siue ex armẽtis siue ex ouib9: vinũ
quoq; ⁊ sicerã ⁊ oẽ quod desiderat aia tua: ⁊
comedes corã dño deo tuo. ⁊ epulaberis tu
⁊ dom9 tua ⁊ leuita q̇ intra portas tuas est.
Caue ne derelinq̃s eũ qui nõ hꝫ aliaꝫ ptẽ in
possessione tua. Anno tertio sepabis altã de-
cimã ex oib9 que nascunt̃ tibi eo tpe. ⁊ repo-
nes itra ianuas tuas: venietq; leuites q̇ ali-
am nõ hꝫ ptẽ nec possessionẽ tecũ. ⁊ peregri-
nus ac pupillus ⁊ vidua q̇ itra portas tuas
sũt ⁊ comedẽt ⁊ saturabunt̃: vt bñdicat tibi
dñs deus tu9 in cunctis operibus manuum
tuaꝝ que feceris. XV.
A Septimo ãno facies remissionẽ que h̃
ordine celebrabit̃. Cui debet̃ aliq̇d
ab amico vel ꝓximo ac frẽ suo: repe-
tere nõ poterit: q2 ann9 remissionis ẽ dñi. A
peregrino ⁊ aduena exiges ciuẽ ⁊ ꝓpinquũ
repetẽdi nõ hẽbis ptãtem. Et oio indigens
⁊ mẽdic9 nõ erit inter vos vt benedicat tibi
dñs de9 tuus in terra quã traditur9 est tibi i
possessionẽ: si tñ audieris vocẽ dñi dei tui: ⁊
custodieris vniuersa q̇ iussit: ⁊ q̇ ego hodie
J.28.b. ꝓcipio tibi: bñdicet tibi vt pollicit9 est. Fene-
rabis gẽtib9 multis. ⁊ ipse a nullo accipies
mutuũ. Dñaberis natõib9 plurimis. ⁊ tui ne-
B mo dñabitur. Si vn9 de fratrib9 tuis q̇ mo-
rant̃ intra portas ciuitat̃ tue in ṫra quaꝫ dñs
de9 datur9 ẽ tibi ad paupertatẽ deuenerit: ñ
obdurabis cor tuũ: nec ꝯhes manũ sꝫ apies
eã paupi: ⁊ dabis mutuũ quo eũ indigere ꝑ-
spexeris. Caue ne forte subrepat tibi ipia co-
gitatio ⁊ dicas i corde tuo. appropinq̃t septi-
mus ãnus remissionis. ⁊ auertas oculos tu-
os a paupe frẽ tuo: nolẽs ei qḋ postulat mu-
tuũ cõmodare: ne clamet ꝯ te ad dñm ⁊ fiat
tibi in pccm̃: sꝫ dabis ei. Nõ ages q̇ppiã calli-
de in ei9 necessitatib9 subleuãdis: vt bñdicat
tibi dñs de9 tuus i oi tpe. ⁊ in cũctis ad que
manũ miseris. Nõ deerũt pauperes in terra
hitatiõis tue: idcirco ego ꝓcipio tibi: vt ape-
rias manũ fratri tuo egeno ⁊ paupi qui tecũ C
v̇satur i terra. Cũ tibi vendit9 fuerit fr̃ tuus Exo.21.a
hebre9 aut hebrea ⁊ sex annis seruierit tibi Hier.34.c
in septimo anno dimittes eũ libeꝝ. Et quem
liberate donaueris: nequaq̃ vacuũ abire pa-
tieris sed dabis viaticũ de gregibus ⁊ de a-
rea ⁊ torculari tuo quib9 dñs de9 tuus bene-
dixit tibi. Memẽto ꝙ ⁊ ipse seruieris in ter-
ra egypti: ⁊ liberauerit te dñs deus tu9. ⁊ id-
circo ego nũc ꝓcipio tibi. Si ãt dixerit nolo
egredi eo ꝙ diligat te ⁊ domũ tuã. ⁊ bene si-
bi apud te esse sentiat: assumes subulã ⁊ per-
forabis aurẽ eius in ianua dom9 tue ⁊ serui-
et tibi vsq; in eternũ. Ancille quoq; similiter
facies. Non auertes ab eis oculos tuos qñ B
dimiseris eos liberos. quoniam iuxta merce-
dem mercenarij per sex annos seruiuit tibi:
xerunt iuuenem ad eam: recordatus
itaq; tobias sermonum angeli: protu
lit de cassidili suo partem iecoris: posuitq; eã
super carbones viuos: Tunc raphael ange-
lus apprehendit demoniuꝫ ⁊ religauit illud
in deserto superioris egypti. Tunc hortatus
ẽ v̉ginẽ tobias: dixitq; ei. Sara exurge ⁊ dep̃
cemur deũ hodie ⁊ cras ⁊ secũdũ cras qr his
trib⁹ noctib⁹ deo iũgimur: tertia aũt trãsacta
nocte i nr̃o erim⁹ ꝯiugio. Filiỹ q̇ppe sctõrum
sumus ⁊ nos possumus ꝯiungi sicut gentes
que ignorant deum. Surgentes autẽ pariter

instãter orabãt ambo simul: vt sanitas daret
eis. Dixitq; tobias. Dñe de⁹ patrũ nr̃oꝝ: be
Gen.2.b nedicãt te celi terre: mareq; ⁊ fontes ⁊ flumi
na: ⁊ oẽs creature tue q̃ in eis sũt. Tu fecisti
adam de limo terre: dedistiq; adiutoriũ euã
Et nunc dñe tu scis: q2 nõ luxurie cã accipio
sororẽ meã ↄiugẽ sed sola posteritatis dile/
ctione in qua benedicat nomẽ tuũ in secula
seculoꝝ. Dixit itaq; sara. Miserere nobis do
mine miserere nobis: ⁊ cõsenescam⁹ ambo pa
riter sani. Et factũ ẽ circa pulloꝝ cantum ac
cersiri iussit raguel seruos suos ⁊ abierũt cũ
eo pariter vt foderẽt sepulchꝝ. Dicebat eniꝫ
ne simili mõ euenerit ei: quo ⁊ ceteris alijs
C septẽ viris q̃ sũt ingressi ad eã. Cũq; parasset
fossam: reuersus raguel ad vxorẽ suã dixit ei
Mitte vnã ex ancillis tuis: ⁊ videat si mor/
tuus ẽ: vt sepeliã eũ anteq; illucescat. At il/
la misit vnã ex ancillis suis. Que igressa cu
biculũ repperit eos saluos ⁊ incolumes: se/
cum pariter dormiẽtes. ⁊ reuersa nunciauit
bonũ nunciũ. Et benedixerunt dñm raguel
videlicet ⁊ anna vxor eius. ⁊ dixerũt. Bñdi
cimus te dñe deus isrl̃: quia nõ ↄtigit nobis
queãdmodũ putabam⁹. Fecisti eni nobiscũ
misericordiã tuã ⁊ exclusisti a nobis inimicũ
B ꝑsequentẽ nos. Misertus es aũt duob⁹ vni
cis. Fac eos dñe plenius bñdicere te: ⁊ sacri/
ficiũ laudis tue ⁊ sue sanitatis offerre vt co/
gnoscat vniuersitas gentiũ: q2 tu es deus so/
lus in vniuersa terra. Statimq; ꝑcepit seruis
suis raguel vt replerẽt terra fossã quã fece/
rant priusq; elucesceret. Uxori aũt sue dixit
vt extrueret cõuiuiũ ⁊ ꝑpararet oia q̃ i cibos
erãt iter agentibus necessaria. Duasq; pin/
gues vaccas ⁊ quatuor arietes occidi fecit:
⁊ parari epulas oibus vicinis suis: cũctisq;
J.9.a amicis. Et adiurauit raguel tobiaꝫ: vt duas
hebdomadas moraret apud eũ. De oibus
aũt q̃ possidebat raguel: dimidiã partẽ de/
dit tobie: ⁊ fecit hãc scripturam: vt ps dimi/
dia q̃ superat: post obitũ eoꝝ tobie dominio
deueniret. IX.
A Tunc vocauit tobias angeluꝫ ad se:
quẽ quidẽ hoiem existimabat dixit/
q; ei. Azaria frat: peto vt auscultes vba mea
Si meipsũ tradã tibi seruũ: nõ ero condign⁹
ꝓuidentie tue. Tñ obsecro te vt assumas ti/
bi aĩalia siue seruitia: ⁊ vadas ad gabellũ in
rages ciuitatẽ medoꝝ: reddasq; ei chyrogra
phum suum ⁊ recipias ab eo pecuniam ⁊ ro
ges eum venire ad nuptias meas. Scis eniꝫ
B ipse q̃m numerat pr̃ meus dies: ⁊ si tardaue
G.8.d ris vna die plus contristat aĩa eius. Et certe
vides quõ adiurauit me raguel cuius adiu/
ramentum spernere non possum. Tunc ra/
phael assumens quatuor ex seruis raguelis
⁊ duos camelos in rages ciuitatem medo/
rum perrexit: ⁊ inueniens gabelum dedit ei
chyrographum suum: ⁊ recepit omnem pe/
cuniam. Indicauitq; ei de tobia filio tobie
omnia que gesta sunt: fecitq; eum secum vẽ/ C
nire ad nuptias. Cumq; ingressus eẽt domũ
raguelis: inuenit tobiam discumbentem: ⁊
exiliens osculati sunt se inuicem. Et fleuit ga
bellus: benedixitq; deum: ⁊ dixit. Benedi/ .G.7.b.
cat te deus israel: quia filius es optimi viri ⁊
iusti: ⁊ timentis deum ⁊ elemosynas faciẽtis
Et dicatur bñdictio sup vxorem tuam: ⁊ sup
parẽtes vestros ⁊ videatis filios vr̃os: ⁊ fili/
os filiorum vr̃orum vsq; in tertiam ⁊ quar/
tam generationem: ⁊ sit semen vestꝝ benedi
ctum a deo isrl̃ q̃ regnat i secula seculoꝝ. Cũ
q; oẽs dixissẽt amẽ: accesserũt ad ↄuiuiũ. Sꝫ
cũ timore dñi nuptiaruꝫ cõuiuiũ exercebãt.
Cum vero moras faceret. X
tobias causa nuptiaꝝ: sollicitus erat A
pater eius tobias dicens. Putas
q̃re moraẽ fili⁹ me⁹: aut q̃re detentus est ibi:
Putas ne gabel⁹ mortu⁹ est nemo reddit il
li peccuniã: Cepit aũt cõtristari nimis ipe ⁊
ãna vxor ei⁹ cũ eo ⁊ ceperũt ãbo sil' flere: eo ꝙ
die statuto minime reuerteret fili⁹ eoꝝ ad eos. fle
bat igit mr̃ ei⁹ irremediabilib⁹ lachrymis: at B
q; dicebat. Heu me fili mi vt q̃d te misim⁹ pe
grinari: lumẽ oculoꝝ nr̃oꝝ: baculũ senectutꝭ
nr̃e: solatiũ vite nostre spem posteritatꝭ nostre: G.5.b.
Oia simł' i te vno habẽtes te nõ debuimus di
mittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace ⁊
noli turbari: sanus est filius noster: satis fide/
lis est uir ille cum quo misimus eum. Illa au
tem nullo modo consolari poterat sed quoti
die exiliẽs circũspiciebat ⁊ circuibat vias
oẽs ꝑ q̃s spes remeãdi videbat vt ꝓcul vide C
ret eũ: si fieri posset: veniẽtẽ. At v̊o raguel di
cebat ad generꝝ suũ. Mane hic: ⁊ ego mittaꝫ
nũtiũ salutꝭ d̃ te ad tobiã pr̃eꝫ tuũ. Cui tobias
ait. Ego noui q2 pr̃ me⁹ ⁊ mr̃ mea mõ dies cõ
putãt ⁊ cruciatur spũs eorum in ipis. Cum/
q; verbis multis rogaret raguel tobiam: ⁊ il/
le eum nulla ratione vellet audire: tradidit
ei saram ⁊ dimidiam partem ois substãtie sue
in pueris: in puellis: i pecudib⁹: in camelis ⁊
in vaccis: ⁊ pecunia multa: ⁊ saluũ atq; gau/ D
dẽtẽ dimisit eũ a se dicẽs. Angel⁹ dñi sc̃us sit
i itiner vr̃o: ꝑducatq; vos icolũes: ⁊ iueñiatis oia
recte circa parẽtes vr̃os: ⁊ videãt ocl̃i mei fili
os vr̃os priusq; moriar. Et apphẽdẽtes pen/
tes filiã suã: osculati sũt eã: ⁊ dimiserũt ire mo
nẽtes eã honorare soceros: diligere maritũ re/
gere familiã gubernare domũ: ⁊ semetipsam irre
prehensibilẽ exhibere. XI.

A C Unqꝫ reuerterent̃:peruenerunt ad char
tã q̃ est in medio itinere cõtra niniuē
vndecimo die. Dixitqꝫ angelus. To
bia frater:scis queãdmodũ reliq̃sti patrem
tuũ. Si placet itaqꝫ tibi p̃cedamus: ⁊ lento
gradu insequant̃ iter nostꝝ familie simul cũ
cõiuge tua ⁊ cũ aĩalibus. Cũqꝫ hoc placuis/
set vt irẽt:dixit raphael ad tobiã. Tolle tecũ
ex felle piscis erit eñi necessariũ. Tulit itaqꝫ
tobias ex felle illo. ⁊ abierunt. Anna aũt se/
debat secus viã q̃tidie ĩ supcilio mõtis:vñ re
B spicerẽ poterat de longinquo. Et dũ ex eodē
loco specularet̃ aduẽtũ eius:vidit a longe: ⁊
ilico cognouit vẽientē filiũ suũ:currẽsqꝫ nũ/
ciauit viro suo:dicēs. Ecce venit filiꝰ tuꝰ. Di
xitqꝫ raphael ad tobiã. At vbi introieris do/
mũ tuã statim adora dñm deũ tuum: ⁊ grãs
agens ei accede ad p̃rem tuũ ⁊ osculare euꝫ
Statimqꝫ lini sup oculos eius ex felle isto pi
scis qd̃ portas tecũ. Scias eñi q̃ñ mox aperi
ent̃ oculi eiꝰ: ⁊ videbit p̃r tuus lumē celi: ⁊ ĩ
aspectũ tuo gaudebit. Tunc p̃cucurrit canis
q̃ sil' fuerat in via: ⁊ q̃si nũcius adueniēs blã
C dimēto sue caude gaudebat. Et exurgēs ce/
cus p̃r:cepit offendēs pedibus currere: ⁊ da
ta manu puero:occurrit ĩ obuiã filio suo. Et
suscipiēs osculatꝰ ē eũ cũ vxore sua: ⁊ cepert̃
flere p̃ gaudio. Cumqꝫ adorassent deũ ⁊ grãs
egissent:cõsederunt. Tunc sumens tobias d̃
felle piscis:liniuit oculos p̃ri suo. Et sustinu
it q̃si dimidiã fere horam: ⁊ cepit albugo ex
oculis eius q̃si mēbrana oui egredi. Quod
apprehendēs tobias traxit ab oculis eiꝰ:sta
timqꝫ visũ recepit. Et glorificabãt deũ ip̃e vi
delicet ⁊ vxor eius: ⁊ oēs q̃ sciebant eũ. Di/
cebatqꝫ tobias. Benedico te dñe deus isrl'
q2 tu castigasti me ⁊ tu saluasti me. Et ecce
D ego video tobiã filiũ meũ. Ingressa est etiaꝫ
post septē dies sara vxor filij eius: ⁊ oĩs fami
lia ⁊ pecora sana ⁊ cameli ⁊ pecunia multa
vxoris:sed ⁊ illa pecunia quã recepat a ga/
belo. Et narrauit p̃entibus suis oĩa beneficia
dei:q̃ fecisset circa eũ p̱ hoiem q̃ euꝫ duxerat
Ueneruñtqꝫ achior ⁊ nabath ꝯsobrini tobie:
gaudētes ad tobiã. ⁊ cõgratulantes ei de oĩ
bus bonis q̃ circa illũ oñderat deus. Et p̱ se
ptē dies epulantes omnes cuꝫ gaudio ma/
gno gauisi sunt.

XII

A T Unc vocauit ad se tobias filiũ suum
dixitqꝫ ei. Quid possumus dare viro
isto sancto q̃ venit tecũ? Rñdens to
bias:dixit p̃ri suo. Pr̃ quã mercedē dabimꝰ
ei:aut q̃d dignũ poterit eē bñficijs eius. Me
duxit ⁊ reduxit sanũ:pecuniã a gabelo ipse
recepit:vxorē ipse me habere fecit ⁊ demoni
um ab ea ipse cõpescuit:gaudiũ p̃entibꝰ eiꝰ
fecit:meipsum a deuoratione piscis eripuit:
te quoqꝫ videre fecit lumen celi: ⁊ bonis oĩ
bus p̱ eum repleti sumus. Quid illi adhuc B
poterimus dignũ dare? Sed peto te p̃r mi:
vt roges eũ si forte dignabit̃ medietatē de oĩ
bus que allata sũt sibi assumere. Et vocantes
eum p̃r.s. ⁊ filius:tulerũt eũ ĩ p̱tem: ⁊ rogare
ceperunt vt dignaretur dimidiã p̱tem oĩum
que attulerant acceptaꝫ h̃re. Tunc dixit eis
occulte. Bñdicite deuꝫ celi ⁊ corã oĩbꝰ viuē
tibꝰ ꝯfitemĩ ei:q2 fecit vobiscũ misericordiaꝫ
suã. Et eñi sacr̃m regis abscõdere bonũ ē. opa
aũt dei reuelare ⁊ cõfiteri honorificũ ē. Bo/
na ē or̃o cũ ieiunio ⁊ elya magis q̃ꝫ thesauros
auri recõdere:q̃ñ elya a morte liberat: ⁊ ipsa
est q̃ purgat p̃ctã: ⁊ facit ĩuenire vitã eter/
nã. Qui aũt faciũt p̃ctm̃ ⁊ iniq̃tatē:hostes sũt C
aĩe sue. Manifesto ergo vobis v̾itatē: ⁊ nõ ab
scõdã a vobis occultũ s̾monē. Qñ orabas cũ
lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos: ⁊ relinq̃bas
prãdiũ tuum ⁊ mortuos abscõdebas p̱ diē in
domo tua ⁊ nocte sepeliebas eos ego obtuli
orationē tuã dño. Et q2 acceptꝰ eras deo: ne
cesse fuit vt tēptatio p̱baret te. Et nunc misit
me dñs vt curarē te: ⁊ sarã vxorē filij tui a de
monio liberarē. Ego eñi sũ raphael ãgelꝰ vnꝰ
ex septē q̃ astamꝰ añ dñm. Cũqꝫ hec audissent
turbati sũt: ⁊ tremētes ceciderũt sup terrã ĩ fa
ciē suã. Dixitqꝫ eis angelꝰ. Pax vobis. No/ D
lite timere. Et eñi cũ eēm vobiscũ:p̱ volũtatē
dei eraꝫ:ip̃m bñdicite cãtate illi:videbar q̃dē
vobiscũ mãducare ⁊ bibere:sꝫ ego cibo inuisibi
li ⁊ potu q̃ ab hoĩbꝰ videri nõ põt:vtor. Tē/
pus ē ergo vt reuertar ad eũ qui me misit:vos
aũt bñdicite deũ: ⁊ narrate oĩa mirabilia eiꝰ
Et cũ hec dixisset ab aspectu eoꝝ ablatꝰ ē: ⁊ vl
tra eũ videre non potuerũt. Tunc p̱strati p̱
horas tres in faciē:benedixert̃ deũ. Et exurgē
tes narrauerũt oĩa mirabilia eius.

XIII

A T Periens aũt tobias senior os suum A
bñdixit dñm: ⁊ dixit. Magnus es
dñe in eternũ: ⁊ in oĩa secula regnũ
tuũ:q̃ñ tu flagellas ⁊ saluas: deducis ad in/
feros ⁊ reducis: ⁊ nõ est q̃ effugiat manũ tuã 1.Re.2.
Cõfitemini dño filij isrl': ⁊ in ꝯspectu gētium Sap.16.b
laudate eũ q̃ñ iõ dispsit vos inter gētes que
ignorãt eũ vt vos enarretis mirabilia eius: ⁊
faciatis scire eos:q2 nõ est alius deꝰ oĩpotēs
p̃ter eũ. Ipse castigauit nos p̱pter iniq̃tates
nr̃as: ⁊ ipse saluabit nos p̱pter misericordiã
suã. Aspicite ergo q̃ fecit nobiscũ: ⁊ cũ timo/ B
re ⁊ tremore cõfitemĩ illi regēqꝫ seculoꝝ ex/
altate in opibus vestris. Ego aũt in terra ca/
ptiuitatis mee confitebor illi quoniam ostē/

ditoꝫ maiestatẽ suã in gente peccatricẽ. Cõ-
uertimini itaꝫ peccatores: ⁊ facite iustitiam
corã dño: credẽtes ꝙ faciat vobiscũ miaꝫ suã
Ego aũt ⁊ aĩa mea in eo letabimur. Bñdici
te dño oẽs electi eius: agite dies letitie ⁊ cõ-
C fitemini illi. Hierlm ciuitas dei: castigauit te
dñs in operibꝰ manuũ tuarꝫ. Cõfitere dño i
bonis tuis: ⁊ bñdic deũ seculorꝫ vt redificet i
te tabernaculũ suũ: ⁊ reuocet ad te oẽs capti
uos ⁊ gaudeas in oĩa secula seculorꝫ. Luce
splẽdida fulgebis: ⁊ oẽs fines terre adora-
bunt te. Nationes ex longinquo ad te veni-
ent: ⁊ munera deferẽtes adorabũt in te dñm
⁊ terrã tuã in scificationẽ hẽbũt: Nomẽ eniꝫ
magnũ inuocabũt in te. Maledicti erũt qui
ꝯtẽpserint te: ⁊ ꝯdẽnati erũt oẽs qui blasphe
mauerint te: bñdictiꝫ erũt qui edificauerũt
te. Tu aũt letaberis i filijs tuis: qm̃ oẽs bñdi
D cenẗ: ⁊ ꝯgregabunẗ ad dñm. Bti oẽs qui di
ligũt te: ⁊ qui gaudẽt sup pace tua. Aĩa mea
bñdic dñm: qm̃ liberauit irlm ciuitatẽ suam
a cũctis tribulationibus eius deus nr̃. Bea
tus ero si fuerint reliq̃e seminis mei ad vi
Apo.21.f. dendã claritatẽ hierlm. Porte hierlꝫ ex sap
phiro ⁊ smaragdo edificabuntur: ⁊ ex lapi-
de precioso omnis circũitus murorũ eiꝰ. Ex
lapide cãdido ⁊ mũdo oẽs platee eius sternẽ
tur: ⁊ p vicos eiꝰ alleluia cãtabiẗ. Bñdictus
dñs q̇ exaltauit eã: vt sit regnũ eiꝰ i secula se-
culorꝫ sup eã: amẽ. XIIII.
A Consũmati sũt ꝯmões tobie. Et postq̃
illumiatꝰ est tobias vixit ãnis q̃dragi
taduobus: ⁊ vidit filios nepotũ suorꝫ
Cõplẽtis itaꝫ ãnis cẽtũ duobꝰ: sepultꝰ ẽ hono
rifice i niniue. Quiquagita nãꝫ ⁊ sex ãnorũ
lumẽ oculorꝫ amisit: sexagenariꝰ vo recepit.
Reliquũ vo vite sue i gaudio fuit: ⁊ cũ bono
ꝓfectu timoris ꝑexit i pace. In hora aũt mor
tis sue vocauit ad se tobiã filium suũ: ⁊ septeꝫ
iuuẽes filios suos nepotes: dixitꝫ eis. Prope
B erit interitꝰ niniue. Nõ eni excidit verbũ dñi
⁊ frẽs nri q̇ dispsi sũt a terra isrł reuertentur
ad eã. Oĩs aũt deserta terra eiꝰ replebiẗ: ⁊ do
mus dei q̃ i ea incẽsa ẽ iterꝫ reedificabiẗ: ibiꝫ
reuertenẗ oẽs timẽtes deũ. Et reliquẽt gẽtes
idola sua: ⁊ veniẽt i hierlꝫ: ⁊ ihabitabũt i ea ⁊
gaudebũt i ea oẽs reges terre adorãtes deũ
C isrł. Audite ergo filij mei patrẽ vrm. Seruite
Josue.24.c dño i vitate: ⁊ inq̇rite vt faciatis q̃ placita sĩt illi
Et filijs vris mãdate: vt faciãt iustitias ⁊ elimo
synas: vt sint meõres dei: ⁊ bñdicãt eũ i oi tpe
i vitate ⁊ i tota vtute sua. Nũc gᵒ filij audite
me ⁊ nolite maẽẗ h. Sꝫ q̃ cũꝫ die sepelieritis
matrẽ vrãꝫ circa me i vno sepłcro ex eo dirigi
D te gressus vestros vt exeatis hic. Video.n.qꝛ

iniq̇tas eius finẽ dabit ei. Factũ est aũt pᵒ obi
tũ matris sue: tobias abscessit ex niniue cum
vxore sua ⁊ filijs ⁊ filiorꝫ filijs: ⁊ reuersus est
ad soceros suos. Inuenitꝫ eos incolumes:
in senectute bona: ⁊ curaꝫ eorꝫ gessit: Et ipse
clausit oculos eorꝫ: ⁊ oẽm hereditatẽ domꝰ
raguelis ipse ꝑcepit: viditꝫ quintã generati
onẽ filios filiorꝫ suorꝫ. Et cõpletis annis no-
naginta ⁊ nouẽ in timore dñi cũ gaudio se-
pelierũt eum. Oĩs aũt cognatio eiꝰ: ⁊ oĩs ge
neratio eius in bona vita ⁊ in scã ꝯuersatiõe
ꝑmansit: ita vt accepti eẽnt tã deo q̃ꝫ hoibus
⁊ cũctis habitãtibus terrã.

Explicit liber Tobie. Incipit
prologus in librum Judith.

Apud hebreos liber iudith i agio
graphã legiẗ: cuiꝰ auctoritas ad
roborãda illa q̃ i contẽtionẽ veni
unt: minꝰ idõea iudicaẗ. Chaldeo
tũ sermone ꝯscriptꝰ iter historias cõputaẗ. Sꝫ
qꝛ hũc librꝫ sinodus nicena i numero sancta-
rũ scripturarꝫ legiẗ cõputasse: acq̇eui postula
tioni vre: imo exactiõi: ⁊ sepositis occupatio
nibꝰ q̇bꝰ vehemẽter artabar: huic vnã lucu-
bratiũculã dedi: magis sensũ e sensu q̃ꝫ ex v-
bo vbũ trãsferẽs. Multorꝫ codicũ varietatẽ
viciosissimã ꝯputaui: sola ei q̃ itelligẽtia inte
gra i vbis chaldeis iuenire potui: latinis ex-
p̄ssi. Accipite iudith viduã: castitatis exẽplũ
⁊ triũphali laude ꝑꝑetuis eã preconijs ꝺcla
rate. Hãc eni nõ solũ feminis: sꝫ ⁊ viris imi-
tabilẽ dedit: q̇ castitatis eius remunerator: vir
tutẽ ei talẽ tribuit. vt inuictũ oibꝰ hoibꝰ vin
ceret insuperabilem superaret.

Explicit prologus. Incipit
liber Judith. Caplm. I

Arphaxat itaꝫ rex medorũ A
subiugauerat multas gẽtes
imperio suo: ⁊ ipse edifica-
uit ciuitatem potentissimaꝫ
quã appellauit egbathanis
Ex lapidibus quadratis ⁊ se-
ctis fecit muros eius: in alti
tudine cubitorꝫ septuaginta: ⁊ in latitudine
cubitorum triginta: turres vero eius posuit
in altitudine cubitorum centum. Per qua- B
drum vero earum latus vtrunꝫ vicenoruꝫ
pedum spacio tendebaẗ: posuitꝫ portas eiꝰ
in altitudine turrium. Et gloriabaẗ quasi po
tẽs in potẽtia exercitus sui: ⁊ in gloria qua-
drigarꝫ suarꝫ. Anno igitur duodecimo regni
sui: nabuchodonosor rex assyriorum qui re-
gnabat in niniue ciuitate magna: pugnauit C
ꝯtra arphaxat: ⁊ obtinuit eum in campo ma
gno qui appellatur ragau circa eufratẽ ⁊ ti-

grin ⁊ iadason in cāpo erioch regis elicoꝝ:
.I.a. Tunc exaltatū est regnū nabuchodonosoꝛ ⁊
coꝛ eius eleuatū est. Et misit ad oēs qui habi
tabāt in cilitia ⁊ damasco ⁊ libano ⁊ ad gen
tes q̄ sunt i carmelo ⁊ cedar: ⁊ inhabitantes
galileā in cāpo magno esdrelon: ⁊ ad oēs q̄
B erāt in samaria ⁊ trans fluuiē ioꝛdanē: vsq3
hierusalē: ⁊ oēm terrā iesse. q̄usq3 pueniat ad
mōtes ethiopie. Ad hos oēs misit nuncios
nabuchodonosoꝛ rex assyrioꝝ: q̄ oēs vno aīo
cōtradixerunt: ⁊ remiserūt eos vacuos ac si-
ne honoꝛe abiecerūt. Tunc idignatus nabu
chodonosoꝛ rex ad oēm terrā illā: iurauit p
thronū ⁊ regnum suū q̄ defenderet se de oi-
bus regionibus his. II
A Anno tˢtiodecimo nabuchodonosoꝛ
regis: vicesima ⁊ secūda die mēsis p̄
mi: factū est verbū i domo nabucho
donosoꝛ regis assyrioꝝ: vt defenderet se. Vo
cauitq3 oēs maioꝛes natu: oēsq3 duces bella
toꝛes suos: ⁊ habuit cū eis mysteriū consilij
sui. Dixitq3 cogitationē suā in eo esse: vt oēz
terrā suo subiugaret iperio. Qd̄ dictū cū pla
cuisset oibus: vocauit nabuchodonosoꝛ rex
B holofernē principē militie sue. ⁊ dixit ei. E-
gredere aduersū oē regnū occidentis: ⁊ cōtra
.9.b. eos p̄cipue q̄ cōtēpserunt imperiū meū. Nō
parcet oculus tu⁹ vlli regno: oēmq3 vrbem
munitā subiugabis mihi. Tunc holofernes
vocauit duces ⁊ magistrat⁹ virtutis assyrioꝝ
⁊ dinumerauit viros i expeditione sicut p̄ce
pit ei rex centū viginti milia peditū pugna-
toꝝ: ⁊ eq̄tes sagittarios duodeci milia. Oēz
q3 expeditionē suā fecit p̄ire in multitudine
innumerabiliū cameloꝝ: cū his q̄ exercitib⁹
sufficerēt copiose: boū quoq3 armēta: gregesq3
C q3 ouiū: quoꝝ nō erat numerus. Frumētū ex
oi syria in trāsitu suo parari ꝯstituit. Aurum
vero ⁊ argentū de domo regis assūpsit mul-
tū nimis. Et pfectus ē ipse ⁊ oīs exercit⁹ cū
quadrigis ⁊ eq̄tibus ⁊ sagittarijs: q̄ coope-
ruerīt faciē terre sicut locuste. Cūq3 ptrāsisset
fines assyrioꝝ: venit ad magnos montes an-
ge q̄ sunt a sinistro cilitie: ascēditq3 oia stella
eoꝝ ⁊ obtinuit oēm munitionē. Effregit au-
tē ciuitatē opinatissimaz melothi: p̄dauitq3
oēs filios tharsis. ⁊ filios hismael q̄ erāt con
D tra faciē deserti: ⁊ ad austrū terre celeon. Et
transiuit eufraten: ⁊ venit in mesopotamiaz
⁊ fregit oēs ciuitates excelsas que erāt ibi a
toꝛrente mābꝛe vsq3 quo pueniat ad mare: ⁊
occupauit terminos eius a cilitia vsq3 ad
fines iaphet q̄ sūt ad austrū. Adduxitq3 oēs
filios madian: ⁊ p̄dauit oēm locupletatio-
nē eoꝝ: oēsq3 resistentes sibi occidit in oꝛe gla

dij. Et post hec descendit in cāpos damasci i
diebus messis ⁊ succēdit oia sata oēsq3 arbo-
res ⁊ vineas fecit incidi. ⁊ cecidit timoꝛ illi⁹
sup oēs inhabitātes terram. III
Tunc miserunt legatos suos vniuer- A
sarū vrbiū ac puinciaꝝ reges ac p̄n
cipes syrie. s. ⁊ mesopotamie: ⁊ syrie
sobal ⁊ lybie atq3 cilitie: q̄ venientes ad holo-
fernem dixerūt. Desinat idignatio tua circa
nos. Melius est eni vt viuētes seruiam⁹ na-
buchodonosoꝛ regi magno: ⁊ subditi sim⁹
tibi q̄3 moꝛientes cū interitu nr̄o: ipsi seruitutis
nr̄e dāna patiamur. Ois ciuitas nostra: oīs- B
q3 possessio: oēs montes ⁊ colles ⁊ cāpi ⁊ ar-
mēta boum: gregesq3 ouiū ⁊ capꝛarū: equo-
rumq3 ⁊ cameloꝝ: ⁊ vniuerse facultates no-
stre atq3 familie in ꝯspectu tuo sunt. Sint oia
sub lege tua. Nos etiaz ⁊ filij nostri serui tui
sumus. Veni nobis pacific⁹ dn̄s ⁊ vtere ser-
uitio nostro sicut placuerit tibi. Tunc descē-
dit de montibus cū eq̄tibus in virtute ma-
gna ⁊ obtinuit oēm ciuitatē ⁊ oēm inhabitā
tem terrā de vniuersis aūt vrbibus assumpsit C
sibi auxiliarios viros foꝛtes ⁊ electos ad bel
lū. Tantusq3 metus puincijs illis incubuit: J.5.d.
vniuersarū vrbiū habitatoꝛes p̄cipes ⁊ ho
noꝛati simul cū pplis exirēt in obuiā venie-
ti excipientes: eū cū coꝛonis ⁊ lampadibus
ducētes choꝛos in tympāis ⁊ tybijs. Nec ista
tamē faciētes: ferocitatē eius pectoꝛis miti-
gare potuerūt. Nā ⁊ ciuitates eoꝝ destruxit D
⁊ lucos eoꝝ excidit. Precepat eni illi nabu-
chodonosoꝛ rex vt oēs deos terre extermia-
ret videlicet vt ipse sol⁹ diceret de⁹ ab his na
tionib⁹ q̄ potuissent holofernis potētia sub-
iugari. Pertrāsiens aūt syriā sobal: ⁊ oēm
appamiā oēmq3 mesopotamiā: vēit ad idu-
meos i terra gabaa: accepitq3 citates eoꝝ ⁊ se
dit ibi p trigita dies i q̄bus dieb⁹ adunari p̄
cepit vniuersū exercitū virtutis sue. IIII

Tunc audiētes hec filij isrl̄ q̄ hitabāt A
terram iuda timuerunt valde a fa-
cie ei⁹. Tremoꝛ ēt ⁊ hoꝛroꝛ iuasit sen
sus eoꝝ: ne hoc faceret irl̄m ⁊ tēplo dn̄i: qd̄ fe
cerat ceteris citatib⁹ ⁊ tēplis eaꝝ. Et miserūt
i oēm samariā p circuitū vsq3 hiericho: ⁊ p̄oc
cupauerīt oēs vˢtices mōtiū ⁊ muris circūde
derūt vicos suos ⁊ ꝯgregauerūt frumēta i p̄re
patione pugne. Sacerdos ēt eliachī scripsit B
ad vniuersos q̄ erāt ꝯ esdrelō q̄ ē ꝯ faciē cāpi
magni iuxta dotai ⁊ vniuersis p q̄s vie trāsit⁹
eē poterat vt obtierēt ascēs⁹ mōtiū p q̄s via eē
poterat ad irl̄z: ⁊ illic custodirēt vbi angustū it
eē poterat int̄ mōtes ⁊ fecerīt filij isrl̄ s3 q̄ cōsti

tuerat eis sacerdos dñi eliachiz. Et clamauit
ois ppl's ad dñm instãtia magna: ⁊ humilia-
uerunt aias suas in ieiuniijs ⁊ oronib⁹ ipsi
⁊ mulieres eoꝝ. Et iduerũt se sacerdotes cili
tijs: ifãtes ꝓstrauerunt ꝯtra faciẽ tẽpli dñi ⁊
altare dñi operuerũt cilitio. Et clamauerũt ad
dñm deũ isrl' vnanimiter: ne darent in ꝑdã in
fãtes eoꝝ: ⁊ vxores eoꝝ in diuisionẽ: ⁊ ciuita-
tes eoꝝ i exterminiũ: ⁊ sctã eoꝝ i pollutionẽ ⁊
fierẽt i opprobriũ gẽtib⁹. Tũc eliachim sacer
dos dñi magn⁹ circuiuit oẽm isrl' allocutusq̃
est e[os] dicẽs: Scitote qm̃ exaudiet dñs ꝑces
D vr̃as: si manẽtes ꝑmãseritis i ieiunijs ⁊ oroni
Exo.17.d. bus i cõspectu dñi. Memores estote moysis
serui dñi: q̃ amalech ꝯfidẽtez in ṽtute sua ⁊ i
potẽtia sua ⁊ i exercitu suo ⁊ i clypeis suis ⁊ i
currib⁹ suis ⁊ in eq̃tib⁹ suis: nõ ferro pugnã
do: sed ꝑcib⁹ sctis orãdo deiecit. Sic erũt vni
uersi hostes isrl': si ꝑseuerauerit̃ i hoc ope q̃d
cepistis. Ad hãc igit̃ exortationẽ ei⁹ deꝑcã-
tes dñm: ꝑmanebãt i cõspectu dñi: ita vt etiã
hi q̃ offerebãt dño holocausta: ꝑcincti cilitijs
offerrẽt sacrificia dño: ⁊ erat cinis sup capita
eoꝝ. Et ex toto corde suo oẽs orabãt deum: vt
visitaret populũ suũ israel. V.
Nunciatũq̃ est holoferni principi mi
A litie assirioꝝ q̃ filij isrl' prepararẽt se
ad resistẽdũ: ac mõtiũ itinera ꝯclusisset: ⁊ furo
re nimio exarsit i iracũdia magna. Uocauitq̃
oẽs pncipes moab: ⁊ duces ãmon: ⁊ dixit eis
Dicite mihi q̃s sit ppl's iste q̃ mõtana obsidet
aut q̃ ⁊ q̃les ⁊ q̃nte sit ciuitates eoꝝ: q̃ ẽt sit ṽt⁹
eoꝝ aut q̃ sit mltitudo eoꝝ: vl' q̃s rex militie il
loꝝ: ⁊ q̃re ꝑ oib⁹ q̃ hitãt i oriẽte isti ꝯtẽpsert nos
s.3.c. ⁊ nõ exierũt in obuiã nobis: vt susciperent nos
J.11.b. cũ pace. Tunc achior dux oim filioꝝ ãmon rñ
dẽs: ait. Si digneris audire dñe dicã veritatẽ
in ꝯspectu tuo de pplo isto qui i mõtanis ha
bitat. ⁊ nõ egrediet̃ ṽbũ falsum ex ore meo.
Gen.11.d. Popul⁹ iste ex ꝓgenie chaldeoꝝ est. Hic ꝑ
mũ in mesopotamia habitauit: qm̃ noluerũt
seq̃ deos patꝝ suoꝝ q̃ erãt in terra chaldeorũ
B Deserẽtes itaq̃ cerimõias patrũ suorũ que i
multitudie deoꝝ erãt vnũ deũ celi coluerũt
q̃ ⁊ precepit eis vt exirẽt inde ⁊ habitarẽt in
Exo.1.a. charrã. Cũq̃ operuisset omnẽ terrã fames: de-
scẽderunt i egyptũ: illicq̃ ꝑ q̃dringentos an
nos sic mltiplicati sũt: vt dinumerari eoꝝ nõ
posset exercit⁹. Cũq̃ grauasset eos rex egypti
atq̃ in edificationib⁹ vrbiũ suaꝝ in luto ⁊ la
tere subiugasset eos: clamauerũt ad dñm suũ
⁊ ꝑcussit totã terrã egypti plagis varijs. Cũq̃
eiecissent eos egyptij a se: ⁊ cessasset plaga ab
eis: ⁊ iterũ eos vellẽt cape ⁊ ad suũ seruitiuz
Exo.14.e. reuocare: fugiẽtib⁹ his de⁹ celi mare apuit:
ita vt hincinde aque q̃si mur⁹ solidarent̃: ⁊ isti J.6.c.
pede sicco fundũ maris ꝑambulãdo trãsirẽt
In q̃ loco dũ innũerabil' exercit⁹ egyptiorũ
eos ꝑseq̃ret̃: ita aq̃s coopert⁹ ẽ: vt n̄ remane
ret vel vn⁹ q̃ factũ posteris nũciaret. Egressi
ẽt mare rubrũ deserta sina mõtis occurrerũt: i
q̃b⁹ nunq̃ hõ habitare potuit vel fili⁹ hois
req̃euit. Illic fontes amari obdulcati sũt eis C
ad bibendũ: ⁊ ꝑ ãnos q̃draginta annonã de Exo.15.[d]
celo ꝯsecuti sunt. Ubicũq̃ ingressi sunt: sine ibidẽ.16.
arcu ⁊ sagitta: ⁊ absq̃ scuto ⁊ gladio: de⁹ eo-
rum pugnauit ꝓ eis: ⁊ vicit. Et nõ fuit qui in
sultaret pplo isti: nisi qm̃ recessit a cultu dñi
dei sui. Quotienscũq̃ aũt ꝑter ipz deũ suum
alteꝝ coluerũt: dati sunt in ꝑdã ⁊ in gladiuz
⁊ in opprobriũ. Quotienscũq̃ ãt penituerũt
se recessisse a cultura dei sui: dedit eis d̃s celi
ṽtutẽ resistendi. Deniq̃ chananeũ regẽ ⁊ ie
buseũ ⁊ phereżeũ ⁊ etheũ ⁊ eueũ ⁊ ãmorreũ:
⁊ oẽs potentes in esebon ꝓstrauerunt: ⁊ ter-
ras eoꝝ ⁊ ciuitates eoꝝ ipsi possederunt: ⁊ vs
q̃ dum non peccarent in conspectu dei sui:
erant cũ illis bona. Deus.n. illoꝝ odit iniq̃-
tatẽ. Nam ⁊ ante hos annos cum recessisset
a via quã dederat illis deus vt ambularent
in ea: exterminati sunt prelijs a multis natio
nibus: ⁊ plurimi eoꝝ captiui abducti sunt in
terram non suam: Nuper aũt reuersi ad dñz D
deum suuz ex dispersione qua dispersi fuerãt:
adunati sunt: ⁊ ascenderunt mõtana hec oia
⁊ iterum possident hierl'm vbi sũt sancta san
ctorum. Nunc ergo mi dñe perquire si ẽ ali-
qua iniquitas eoꝝ in conspectu dei eoꝝ: ascẽ
damus ad illos: qm̃ tradens tradet illos de
us eoꝝ tibi: ⁊ subiugati erunt sub iugo potẽ
tie tue. Si vero non est offensio populi hui⁹ J.6.c.
coram deo suo: nõ poterimus resistere illis:
qm̃ deus eorum defendet illos: ⁊ erimus in
opprobrium vniuerse terre. Et factum est cũ J.13.d.
cessasset loqui achior verba hec: irati sũt oẽs
magnates holofernis ⁊ cogitabant interfice
re eum: dicentes ad alterutrum. Quis ẽ iste
qui filios israel posse dicat resistere regi na-
buchodonosor ⁊ exercitibus eius: homines
inermes ⁊ sine virtute ⁊ sine peritia artis pu
gne: Ut ergo agnoscat achior qm̃ fallit nos:
ascendemus in montana: ⁊ cum capti fue-
rint potentes eorum tunc cum eisdem gla-
dio transuerberabitur: vt sciat omnis gens
qm̃ nabuchodonosor deus terre est: ⁊ preter
ipsum alius non est. VI.
Factum est autem cum cessassent lo-
qui indignatus holofernes vehe- A
menter: dixit ad achior. Quoniaz ꝓ J.13.d.
phetasti nobis dicens q̃ gens israel defen-

dat a deo suo:vt ondā tibi qm̄ nō est deꝰ nisi
nabuchodonosor:cū ꝑcusserimus eos oēs si
cut hoiem vnū:tūc ⁊ ipse cū illis assirioꝝ gla
dio iteribis:⁊ ois isrl' tecū ꝑditione dispdet
⁊ ꝓbabis qm̄ nabuchodonosor dn̄s sit vni-
uerse terre. Tūcq3 gladius militie mee trāsi
et ꝑ latera tua:⁊ ꝯfixus cades inter vulnera
tos isrl':⁊ nō respirabis vltra donec extermi
neris cū illis. Porro aūt si ꝓphetiā tuā ve-
rā existimas nō ꝯcidat vultus tuꝰ ⁊ pallor q̄
faciē tuā obtinet abscedat a te: si verba mea
B hec putas implere nō posse. Ut aūt noueris
q3 simul cū illis hec experieris: ecce ex hac
hora illoꝝ ppl'o satiaberis vt dū dignas mei
gladij penas exceperint:ipse simul vltiōi subiaceas.
iaceas. Tūc holofernes p̄cepit seruis:vt com
prehēderēt achior:⁊ ducerēt eū in bethuliā
⁊ traderēt eū in manus filioꝝ isrl'. Et acciplē
tes eū serui holofernis:ꝓfecti sunt ad cāpe-
stria:sed cū appropinquassent ad montana
exierūt ꝯtra eos fondibularij. Illi aūt diuer-
tentes a latere mōtis ligauerūt achior ad ar
borē manibꝰ ⁊ pedibꝰ:⁊ sic vinctū de restibꝰ
dimiserūt eū:⁊ reuersi sūt ad dn̄m suū. Por-
ro filij isrl' dscēdētes de bethulia venerūt ad
eū. Quē soluētes duxerūt ad bethuliā: atq3
in mediū ppl'i illū statuētes ꝑcūtati sūt quid
C rerū eēt ꝙ illū vinctū assyrij reliquissent. In
diebus illis erāt illic principes:ozias filius
micha de tribu symeon:⁊ charmi q̄ ⁊ gotho
niel. In medio itaq3 senioꝝ: ⁊ i ꝯspectu oīu3
achior dixit oia q̄ locutus fuerat ab holofer
ne interrogatus:⁊ qual'r ppl's holofernis vo
luisset ꝓpter hoc v̄bū interficere eū:⁊ quēad
modū ipse holofernes iratꝰ iusserit eū israe
litis hac de cā tradi:vt dū vinceret filios isrl':
tūc ⁊ ipsū achior diuersis iubeat iterire sup-
plicijs:ꝓpter hoc ꝙ dixisset deus celi defēsor
.5.d eoꝝ ē. Cūq3 achior vniuersa hec exposuisset:
ois ppl's cecidit in faciē adorātes dn̄m:⁊ cōi
lamētatōe ⁊ fletū vnanimes p̄ces suas dn̄o
D effuderūt:dicētes. Dn̄e deꝰ celi ⁊ t̄re ītuere su
ꝑbiā eoꝝ:⁊ respice ad n̄ram humilitatē: ⁊ fa
ciē scōꝝ tuoꝝ attende:⁊ ostende qm̄ non de-
relinquis presumētes de te:⁊ presumētes de
se ⁊ de sua v̄tute gl'iātes hūilias. Finito itaq3
fletu:⁊ ꝑ totā diē orōne ppl'orū completa:ꝯso
lati sunt achior:dicētes. Deus patrū nostroꝝ
cuiꝰ tu virtutem p̄dicasti:ipse tibi hanc dabit
vicissitudinē:vt eoꝝ magis tu interitū videas
Cū vero dominus deꝰ n̄r dederit hanc liber-
tatem seruis suis:sit ⁊ tecū deꝰ in medio n̄ri:
sicut placuerit tibi: ita cū tuis oibus cōuerse
ris nobiscū. Tūc ozias finito cōcilio suscepit
eū in domū suā:⁊ fecit cenā magnā. Et vocat̄

oibus presbyteris:simul expleto ieiunio refe
cerūt: Postea vero cōuocatꝰ omis ppl's ꝑ to
tā noctem intra ecclesiā orauerūt petētes au-
xilium a deo israel. VII.
Holofernes aūt altera die p̄cepit exer A
citibꝰ suis:vt ascenderēt contra bet-
huliam. Erant aūt pedites bellatoꝝ
centū viginti milia:⁊ equites vigintiduo mi
lia:preter p̄parationes viroꝝ illoꝝ quos occu
pauerat captiuitas:⁊ adducti fuerāt de ꝓ-
uincijs ⁊ vrbibꝰ vniuerse iuuentutis. Omēs
parauerunt se pariter ad pugnam ꝯtra filios
isrl':⁊ venerūt ꝑ crepidinem montes vsq3 ad
apicē qui respicit sup dothaim a loco q̄ dicit̄
belma vsq3 ad chelmō qui ē ꝯtra esdrelon. Fi
lij aūt isrl' vt viderūt m'titudinē illoꝝ:ꝓstraue
rūt se sup terrā mittētes cinerē sup capita sua
vnanimes orātes vt deꝰ israel misericordia3
suam ostenderet super populū suum. Et assu
mētes arma sua bellica:sederūt per loca que
angusti itineris tramitem dirigunt inter mō
tosa:⁊ erant custodientes ea tota die ⁊ no-
cte. Porro holofernes dn̄m circuit ꝑ gyru3 B
reppit ꝙ fons qui influebat aq̄ductū illoru3
a parte australi:extra ciuitatē dirigeret: ⁊ in
cidi p̄cepit aqueductū illoꝝ. erant tn̄ nō lon
ge a muris fontes ex quibus furtim videbāt̄
haurire aquā ad refocillādū potius q̄3 ad po
tandū. S3 filij āmon ⁊ moab accesserunt ad
holofernē:dicētes. Filij isrl' nō in lancea nec
in sagitta ꝯfidunt:sed mōtes defendunt illos
⁊ muniunt illos colles in precipitio ꝯstituti.
vt ergo sine ꝯgressione pugne possis supare
eos:pone custodes fōtiū vt nō hauriant ex
eis:⁊ sine gladio interficies eos vel certe fa
tigati tradēt ciuitatē suam quā putāt in mō
tibus positā superari nō posse. ⁊ placuerunt
v̄ba hec corā holoferne ⁊ corā satellitibꝰ eiꝰ
⁊ ꝯstituit ꝑ gyꝝ centenarios ꝑ singulos fon
tes. Cumq3 ista custodia ꝑ dies viginti fuisset C
expleta:defecerūt cisterne ⁊ collectiones aq̄
rum oibus ihabitātibus bethuliā:ita vt non
eēt itra ciuitatē vn̄ saciarent̄:vel vna die:qm̄
ad mēsurā dabat̄ ppl'is aqua quotidie. Tunc
ad oziā ꝯgregati omnes viri femineq3 iuue-
nes ⁊ paruuli:oēs simul vna voce dixerunt.
Judicet deus inter nos ⁊ te:qm̄ fecisti i nos Exo.5.d.
mala nolens loqui pacifice cum assyrijs ⁊ ꝓ
pter hoc vendidit nos deus in manibus eo-
rum. ⁊ ide non est qui adiuuet:cum ꝓsterna
mur ante oculos eorum in siti ⁊ in perditio
ne magna. ⁊ nunc congregate vniuersos q̄
in ciuitate sunt:vt sponte tradamus nos om
nes ppl'o holofernis. Melius est enim vt ca Thre.4.b.
ptiui bn̄dicamꝰ dn̄m viuētes: q̄3 moriamur

⁊ sim⁹ opprobriū oī carni: cū videamus vxo
res nr̄as ⁊ isātes nr̄os mori añ oculos nr̄os
B Cōtestamur hodie celū ⁊ terrā ⁊ deū patruz
nr̄oꝝ q̄ vlcisciť nos sm pctā nr̄a: vt iā trada
tis ciuitatē in manu militie holofernis vt sit
finis nr̄ breuis in ore gladij: q̄ longior efficiť
in ariditate sitis. Et cū hec dixissent: fact⁹ est
fletus ⁊ vlulat⁹ magn⁹ i ecclīa oībus: ⁊ per
multas horas vna voce clamauerūt ad deū
Ps̄. 105. dicētes. Peccauim⁹ cū prībus nr̄is: iniuste
egimus: iniquitatē fecim⁹. Tu qꝛ pius es mi
serere nr̄i: ⁊ ī tuo flagello vidica iniq̄tates no
stras: ⁊ noli tradere ꝯfitētes te: pplō q̄ igno
rat te: vt nō dicāt iter gētes vbi ē deus eoꝝ
Et cū fatigati his clamoribus: ⁊ his fletibus
lassati fuissēt: exurgēs ozias infusus lachry
mis: dixit. Equo aīo estote frēs: ⁊ hos q̄nqꝫ
dies expectemus a dn̄o miam. Forsitā eni in
dignationē suā abscidet: ⁊ dabit gloriā noi
suo. Si autem transactis quinqꝫ diebus non
venerit adiutorium: faciemus h̄ verba q̄ lo
cuti estis. VIII.
A Et factū ē cū audisset hec v̄ba iudith
vidua q̄ erat filia merari: filij idox fi
lij ioseph: filij ozie filij elai filij iam
nor: filij gedeon. filij raphoim: filij achitob fi
lij melchie: filij enā: filij nathanie: filij salathi
el: filij symeon: filij ruben: ⁊ vir ei⁹ fuit manas
ses: q̄ mortuus ē i diebus messis hordeacee:
istabat eni sup alligantes manipulos i cāpo
⁊ venit estus sup caput ei⁹: ⁊ mortuus est in
bethulia ciuitate sua: ⁊ sepultus ē cū prībus
suis. Erat aūt iudith relicta eius vidua iā an
nis tribus ⁊ mēsibus sex. Et in supioribus do
mus sue fecit sibi secretū cubiculū in quo cuz
puellis suis clausa morabať: ⁊ hn̄s sup lūbos
suos ciliciū: ieiunabat oībus dieb⁹ vite sue: p
ter sabbata ⁊ neomenias: ⁊ festa domus isrl̄
Erat aūt elegāti aspectu nimis cui vir su⁹ re
liquerat diuitias multas ⁊ familiā copiosaz
ac possessiones armētis boū ⁊ gregib⁹ ouiū
B plenas. ⁊ erat hec i oībus famosissima: qm̄
timebat dn̄m valde: nec erat q̄ loquereť v̄ il
la v̄bū malū. Hec itaqꝫ cū audisset qm̄ ozias
ꝑmisisset q̄ trāsacto quinto die traderet ciui
tatē: misit ad p̄sbyteros chabri ⁊ charmi. Et
venerūt ad illā: ⁊ dixit illis. Qd̄ ē hoc v̄buz
in quo ꝯsēsit ozias vt tradat ciuitatē assyrijs
si intra q̄nqꝫ dies nō venerit vobis adiutori
um? Et q̄ estis vos q̄ tēptatis dn̄m? Nō ē iste
sermo qui miam ꝓuocet: sꝫ potius q̄ irā exci
tet: ⁊ furorē accendat. Posuistis vos tēpus
miserationis dn̄i: ⁊ in arbitriū vestrū diē cōsti
tuistis ei. Sꝫ qꝛ patiēs dn̄s est: i hoc ipso pe
niteamus: ⁊ indulgentiā eius fusis lachry
mis postulemus. Nō. n. q̄si hō de⁹ sic comi
nabiť: neqꝫ sicut filius hois ad iracūdiā inflā
mabiť. Et iō humiliem⁹ illi animas nostras
⁊ in spū constituti humiliato seruientes illi
dicamus flentes domino: vt sm voluntatez
suam sic faciat nobiscum cito misericordiam
suam vt sicut conturbatum est cor nostrum
in superbia eorum: ita etiaz de nostra humi
litate gloriemur: quoniam non sumus secu
ti peccā patrum nostrorum qui dereliquerūt
deum suum: ⁊ adorauerunt deos alienos: p
quo scelere dati sūt in gladiū ⁊ in rapinā ⁊ in
cōfusionē inimicis suis. Nos aūt alťum deū C
nescimus preť ipsum. Expectemus humiles
cōsolationem eius: ⁊ exquiret sanguinez no
strum de afflictionibus inimicorum nostro
rū: ⁊ humiliabit oēs gentes quecunqꝫ insur
gunt ꝯ nos: ⁊ faciat illas sine honore dn̄s de
us noster. ⁊ nūc frēs qm̄ vos qui estis presby
teri in populo dei: ⁊ ex vobis pēdet aīa illo
rum ad eloquiuz vestꝝ corda eoꝝ erigite: vt
memores sint qꝛ tēptati sūt patres nostri: vt
ꝓbarenť si v̄e colerēt deū suū. mēores eē de Gen̄. 22
bēt quō pr̄ noster Abraam temptatus est ⁊
per multas tribulationes probatus: dei ami
cus effectus est. Sic ysaac: sic iacob: sic moy
ses: ⁊ omnes qui placuerūt deo p multas tri
bulatiōes trāsierūt fideles. Illi aūt q̄ tēptatio
nes nō susceperūt cū timore dn̄i: ⁊ ipatiētiam
suā ⁊ iproperiū murmurationis sue ꝯtra dn̄m
ꝓtulerūt: exterminati sūt ab exterminatore: ⁊ 1. Cor
a serpētib⁹ perierūt. Et nos ergo nō vlciscamur B
nos ꝓ his q̄ patimur: sꝫ reputantes peccatis
nr̄is hec ipsa supplicia minora esse flagella dn̄i
q̄si serui qui corripimur ad emēdationē ⁊ nō
ad pditiōez nr̄am euenisse credam⁹. Et dixe
rūt illi ozias ⁊ p̄sbyteri. Oia q̄ locuta es vera
sūt: ⁊ nō ē in sermonib⁹ tuis vlla reprehēsio.
Nūc ergo ora ꝓ nobis: qm̄ mlier scā es: ⁊ ti
mēs deū. Et dixit illꝭ iudith. Sicut qd̄ potui lo
qui dei esse cognoscitis: ita qd̄ facere disposui ꝓ
bate si ex deo ē: ⁊ orate vt firmū faciat de⁹ cō
siliū meū. Stabitis vos ad portā nocte ista ⁊
ego exeā cū abra mea ⁊ orate vt sicut dixistis i
dieb⁹ q̄nqꝫ respiciat dn̄s pplm̄ suū isrl̄. Uos
āt nolo vt scrutemi actū meū ⁊ vsqꝫ dū ꝛnūtiē
vobis nihil aliud fiat nisi oratio ꝓ me ad dn̄z
deū nr̄z. Et dixit ad eaz ozias princeps iude.
Uade i pace: ⁊ dn̄s sit tecū in vltionē inimico
rū nr̄oꝝ. Et reuertentes abierūt. IX. A
Quib⁹ abscedētib⁹: iudith igressa est ad
oratoriū suū ⁊ iduēs se cilitio posuit cie
rē sup caput suū: ⁊ ꝓsternēs se dn̄o clamabat
ad dominum: dicēs: Dn̄e deus patris mei sy
meon qui dedisti illi gladiū in defensionem

alienigenarũ q̇ vialotores extiterũt in coiquinatiõe sua: ⁊ denudauerũt femur v̇ginis i cõ/
fusionẽ: ⁊ dedisti mlieres illoꝝ i p̄dã: ⁊ filias
illoꝝ i captiuitatẽ: ⁊ oẽm p̄dã i diuisionẽ fuis
tuis q̇ zelauerũt zelũ tuũ: subueni q̄so te dñe
de⁹ me⁹ mihi vidue. Tu eniz fecisti priora: ⁊
illa p⁹ illa cogitasti: ⁊ hoc factũ est qd̕ ipe vo/
luisti. Oẽs eniz vie tue parate sũt: ⁊ tua iudicia
.f. in tua ꝓuidẽtia posuisti. Respice castra assy/
riorũ nũc: sicut tũc castra egyptiorũ videre di
gnat⁹ es: qñ post suos tuos armati currebãt
ꝯfidẽtes in q̄drigis ⁊ in eq̇tatu suo ⁊ in mltitudie bellatoꝝ. Sz aspexisti sup castra eoꝝ ⁊
tenebre fatigauerũt eos. Tẽuit pedes eoꝝ abyssus: ⁊ aq̄ operuerũt eos. Sic fiãt ⁊ isti dñe: q̇
c cõfidũt i mltitudine sua: ⁊ in currib⁹ suis ⁊ in
cõtis ⁊ in sagittis suis: ⁊ in lãceis gloriãtur: ⁊
nesciũt q: tu ipse es de⁹ noster q̇ cõteris bel/
la ab initio: ⁊ dñs nomẽ ẽ tibi. Erige brachiũ
tuũ sicut ab initio: ⁊ allide viruté coꝝ i v̇tute
tua. Cadat virt⁹ eorũ in iracũdia tua: q̇ ꝓ/
mittũt se violare scã tua: ⁊ polluẽr tabernaclz
nomis tui: ⁊ deijcere gladio suo cornu alta/
ris tui. Fac dñe vt gladio ꝓprio eius supbia
d. amputet. Capiat laq̄o oculorũ suoꝝ in me: ⁊
pcuties eũ ex labijs charitat̃ mee. Da mihi in
animo constantiam vt contemnam illuz ⁊ vir
tutem ⁊ auertam illum. Erit enim hoc me/
moriale nois tui: cũ man⁹ femie deiecerit euz
Nõ eniz in mltitudine ẽ virt⁹ tua dñe neq̧ i
equorũ virib⁹ voluñtas tua. Nec supbi ab ini/
tio placuerũt tibi: sz hũiliũ ⁊ mãsuetorum
sẽper tibi placuit dep̄catio. De⁹ celorũ crea/
tor aq̄rum: ⁊ dñs totius creature exaudi me
miserã dep̄cãtem: ⁊ de tua misericordia p̄su/
mẽtẽ. Memẽto dñe testamẽti tui: ⁊ da v̇buz
in ore meo ⁊ i corde meo cõsiliũ corrobora vt
.a. dom⁹ tua in santificatione permaneat: ⁊ om/
nes gentes agnoscant quia tu es deus: ⁊ non
est alius preter te. .X.

Actũ ẽ aũt cum cessasset clamare ad
dñm surrexit d̕ loco i q̊ iacuerat ꝓstra
ta ad dñm. Uocauitq̧ abrã suã: ⁊ de
.b. scẽdẽs i domũ suã abstulit a se cilitiũ: ⁊ exuit
se vestimẽt̃ viduitat̃ sue. Et lauit corp⁹ suũ: ⁊
vnxit se myrto optio: ⁊ discrimiauit crinẽ capi
tis sui: ⁊ iposuit mitrã sup caput suũ ⁊ iduit se
vestimẽtis iocũditat̃ sue. Induitq̧ sandalia
pedib⁹ suis assũpsitq̧ dextrariola ⁊ lilia ⁊ in/
aures ⁊ ãnulos: ⁊ oib⁹ ornamẽtis suis orna/
uit se. Cui etiã dñs cõtulit splẽdorem: qm̄ ois
ista cõpositio n̄ ex libidie sz ex v̇tute pẽdebat.
Et ideo dñs hanc i illã pulchridinẽ ãpliauit:
vt incõparabili decore oiuz ocul̕ appareret.
B Imposuitq̧ itaq̧ abre sue ascopã vini: ⁊ vas
olei ⁊ polẽtã ⁊ lapates ⁊ panes ⁊ caseuz: ⁊ ꝑ/
fecta ẽ. Cumq̧ venissent ad portas ciuitatis:
iuenerũt expectãtẽ oziã: ⁊ p̄sbyteros ciuitat̃.
Qui cũ vidissent eã: ⁊ stupẽtes mirati sũt ni
mis pulchritudinẽ ei⁹. Nihil tñ iterrogãtes
eã dimiserũt trãsire: dicẽtes: De⁹ patrũ nr̃oꝝ
det tibi grãz: ⁊ oẽ ꝯsiliũ tui cordis sua v̇tute
corroboret: ⁊ gliet̃ sup te hierlz ⁊ sit nomẽ tu s.13.d.
um in nũero scõꝝ ⁊ iustoꝝ. Et dixerũt hi qui
illic erãt oẽs vna voce: fiat: fiat. Judith vero C
orãs dñz: trãsiuit p portas: ipsa ⁊ abra ei⁹. Fa
ctũ est aũt cũ descẽderet montẽ circa ortum
diei occurrerũt ei exploratores assyriorum: ⁊
tenuerũt eã: dicẽtes: Unde venis aut quo va
dis? Que rñdit. Filia suz hebreoꝝ. Ideo ego
fugi a facie eorũ: qm̄ futuꝝ agnoui q͛ dentur
vobis in depredationem: pro eo q͛ contẽnen
tes vos noluerunt tradere seipsos: vt inueni
rent misericordiã in cõspectu vestro. Hac de
causa cogitaui mecũ dicens: Uadã ad faciez
principis holofernis vt indicẽ illi secreta il/
lorũ: ⁊ ostendã illi quo aditu possit obtinere
eos: ita vt nõ cadat vir vnus de exercitu ei⁹.
Et cum audissent viri illi verba eius: conside
rabant faciẽ eius: ⁊ erat in oculis eorum stu
por: qm̄ pulchritudinem eius mirabãtur ni/ B
mis. Et dixerunt ad eam. Conseruasti aiam
tuam eo q͛ tale reperisti consilium vt descen
deres ad dñm nostrum. Hoc autẽ scias: qm̄
cum steteris in conspectu eius bene tibi faci
et: ⁊ eris gratissima in corde eius. Duxerunt
q̧ illam ad tabernaculum holofernis nun/
ciantes eam. Cũq̧ intrasset ante faciem eius s.9.c.
statim captus est in suis oculis holofernes.
Dixeruntq̧ ad eum satellites eius. Quis
contẽnat populum hebreorum qui tam de/
coras mulieres habent: vt non pro his meri
to pugnare contra eos debeamus? Uidens
itaq̧ iudith holofernem sedentem in cono/
peo qd̕ erat ex purpura ⁊ auro: ⁊ smaragdo
⁊ lapidibus preciosis intextum: ⁊ cũ in faciẽ
eius intendisset adorauit euz prosternens se
super terram: ⁊ eleuauerunt eam serui holo
fernis iubente domino suo. XI.

Unc holofernes dixit ei. Equo ani/ A
mo esto et noli pauere in corde tuo:
qm̄ ego nunq̧ nocui virum qui vo/
luit suire nabuchodonosor regi. Populus
autem tuus si non contẽpsisset me: non alle/
uassem lanceam meam super eum. Nunc aũt
dic mihi qua ex causa recessisti ab illis: ⁊ pla
cuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi iu/
dith. Sume verba ancille tue: qm̄ si secutus
fueris verba ancille tue: perfectam rem faci/
et dominus tecum. Uiuit. n. nabuchodono/

soꝛ rex terre: ⁊ viuit virtꝰ eiꝰ q̄ est i te ad coꝛ
reptionē oiuȝ aiarū errantiū: qm̄ non solum
hoīes seruiēt illi ꝑ te: sȝ ⁊ bestie agri obtēpe-
B rant illi. Nunciat͛ eni ai tui idustria vniuer-
sis gētibus: ⁊ indicatū est oi seculo qm̄ tu so
lus bonꝰ ⁊ potēs es in oi regno eiꝰ ⁊ discipli
ʒ.5. na tua oibus ꝓuinciis ꝑdicat͛. Nec hoc latet
qꝺ locutꝰ est achioꝛ: nec illud ignoꝛat͛ qꝺ ei
iusseris euenire. Cōstat eni deū nr̄m sic pctis
offensū: vt mādauerit ꝑ ꝓphas suos ad po-
pulū qꝺ tradet eū ꝓ peccat̄ suis. Et qm̄ sciūt
se offendisse deū suū filii isrl̄: tremoꝛ tuus suꝑ
ipsos ē. Insuꝑ etiā fames iuasit eos ⁊ ab ari-
C ditate aq̄ iā inter moꝛtuos cōputant͛. Deni-
qȝ hoc oꝛdināt: vt interficiāt pecoꝛa sua ⁊ bi-
bāt sāguinē eoꝝ: ⁊ scā dn̄i sui q̄ ꝑcepit deꝰ nō
cōtingi: in frumēto vino ⁊ oleo hec cogita-
uerūt ipendere: ⁊ volūt cōsumere q̄ nec māi
bus deberēt cōtingere. Ergo qm̄ hec faciunt
certū est qꝺ i perditionē dabunt͛. Qꝺ ego an
cilla tua cognoscens fugi ab illis: ⁊ misit me
dn̄s hec ipsa nunciare tibi. Ego enim ancilla
tua deū colo etiā nūc apud te: ⁊ exiet ancilla
tua ⁊ oꝛabo deū: ⁊ dicet mihi: qn̄ eis reddat
peccatū suū: ⁊ veniēs nūciabo tibi ita vt ego
adducā te ꝑ mediā hierusalē. Et hēbis oēm
ppl̄m israel sicut oues q̇bus nō est pastoꝛ: ⁊
D nō latrabit vel vnꝰ canis ꝯtra te: qm̄ hec mi-
hi dicta sunt ꝑ ꝓuidentiā dei. Et qm̄ iratꝰ est
illis deus: hec ipsa missa sū nūciare tibi. Pla
cuerūt aūt oia verba hec coꝛam holoferne ⁊
coꝛā pueris eiꝰ mirabant͛ ad sapiam eiꝰ: ⁊ di-
cebant alter ad alteꝝ. Nō est talis mulier sr̄
terrā in aspectu: in pulchꝛitudinē ⁊ in sensu
verboꝝ. Et dixit ad illā holofernes. Bene fe
cit deꝰ q̇ misit te an̄ ppl̄m: vt des illū tu i ma
nibus nr̄is. Et qm̄ bona ē ꝓmissio tua: si fece
rit mihi hoc deus tuꝰ: erit ⁊ deus meus: ⁊ tu
in domo nabuchodonosoꝛ magna eris ⁊ no
men tuū nominabitur i vniuersa terra. XII

TUnc iussit eam itroire vbi reposuerāt
A thesauri eius: ⁊ iussit illic manere eā
⁊ constituit q̇d daret͛ illi de cōuiuio
suo. Cui rn̄dit iudith: ⁊ dixit. Nunc nō pote
ro manducare ex his que mihi ꝑcipis tribui
ne veniat suꝑ me offensio. Ex his aūt q̄ mihi
detuli māducabo. Cui holofernes ait. Si de
fecerint tibi ista que tecū detulisti: q̇d facie-
mus tibi? Et dixit iudith. Uiuit aia tua dn̄e
meꝰ: qm̄ nō nō expendet oia hec ancilla tua
B donec faciet deus in māu mea hec que cogi
taui. ⁊ induxerūt illā serui eius i tabernacu-
lū quo ꝑceperat: ⁊ petiit dū itroiret vt daret͛
ei copia nocte: ⁊ ante lucē egredīēti foꝛas ad
oꝛationē ⁊ deꝑcandi dn̄m. Et ꝑcepit cubicu
lariis suis vt sicut placeret illi exiret ⁊ introi
ret ad oꝛādū deū suū ꝑ triduū. Et exibat no
ctibus in vallē bethulie: ⁊ baptizabat se i fō
te aque. Et vt ascēdebat oꝛabat ad dn̄m deū
isrl̄ vt dirigeret viā eiꝰ ad liberationem ppl̄i
sui. Et introiens mūda manebat i tabernacu
lo vsqȝ dū accipet escā suā i vesperū. Et factū
est: q̄rto die holofernes fecit cenā seruis: ⁊ di
xit ad vagao eunuchū. Uade ⁊ suade hebre- C
am illā vt sponte ꝯsentiat habitare mecū. Fe
dum ē eni apud assyrios si femina irrideat vi
rū agēdo: vt imunis ab eo transeat. Tūc in-
troiuit vagao ad iudith: ⁊ dixit. Non verea͛
bona puella introire ad dn̄m meū: vt hono-
rificet͛ an̄ faciē eius ⁊ manducet cum eo ⁊ bi
bat vinū cū iocunditate. Cui iudith respōdit
Que ego sū vt contradicā dn̄o meo? Oē qꝺ
erit an̄ oculos eius bonū ⁊ optimū faciam.
Quicq̇d aūt illi placuerit: hoc mihi erit op- D
timū oibus diebꝰ vite mee. Et surrexit ⁊ oꝛna
uit se vestimēto suo: ⁊ ingressa stetit an̄ faciē
eius. Coꝛ aūt holofernis cōcussū est: erat eni
ardens in cōcupiscentia eius. Et dixit ad eaȝ
holofernes. Bibe nūc ⁊ accūbe in iocundi-
tate: qm̄ inuenisti gr̄am coꝛā me. Et dixit iu-
dith. Bibā dn̄e: qm̄ magnificata est aia mea
hodie ꝑ oibus diebꝰ meis. Et accepit ⁊ man
ducauit ⁊ bibit coꝛā ipso: ea q̄ parauerat illi
ancilla eiꝰ ⁊ iocūdꝰ factꝰ est holofernes ad A
eam: bibitqȝ vinū multū nimis quantū nūq̄
biberat in vita sua. XIII

UT aūt sero factū est: festinauerūt ser-
ui illius ad hospitia sua: ⁊ conclusit
vagao hostia cubiculi: ⁊ abiit. Erant
aūt oēs fatigati a vino eratqȝ iudith sola in
cubiculo. Poꝛꝛo holofernes iacebat i lecto
nimia ebꝛietate sopitus. Dixitqȝ iudith puel
le sue vt staret foꝛis an̄ cubiculum ⁊ obserua
ret. Stetitqȝ iudith an̄ lectū oꝛans cū lachꝛy
mis ⁊ labioꝝ motu in silentio dicēs. Confir
ma me dn̄e deꝰ isrl̄. ⁊ respice i hac hoꝛa ad o-
pera manuū mearū vt sicut ꝓmisisti ir̄lm ci-
uitatē tuam erigas: ⁊ hoc qꝺ credens per te
posse fieri cogitaui ꝑficiā. Et cū hec dixisset:
accessit ad colūnā q̄ erat ad caput lectuli eiꝰ
⁊ pugionē eius q̇ in ea ligatꝰ pēdebat exol
uit. Cūqȝ euaginasset illū apꝑhendit comam
capit̄ eiꝰ: ⁊ ait. Cōfirma me dn̄e deus in hac B
hoꝛa: ⁊ ꝑcussit bis in ceruicē eiꝰ: ⁊ abscidit ca
put eiꝰ: ⁊ abstulit conopeū eius a colūnis: ⁊
euoluit coꝛpꝰ eiꝰ truncū. Et post pusillū exi-
uit ⁊ tradidit caput holofernis ancille sue:
⁊ iussit vt mitteret illud i perā suā. Et exierūt
due s̄m ꝯsuetudinē suā q̄si ad oꝛationē: ⁊ trā
sierūt castra: ⁊ gyrātes vallē venerūt ad poꝛ

187

tā citatꝭ.et dixit iudith a lōge custodibus mu
roꝝ. Aperite portas qm̄ nobiscū ē de⁹ q̄ fec̄ ꝟtu
tē i isrl̄.Et factū ē cū audissēt viri vocē ei⁹ vo
cauert̄ p̄sbyteros citatꝭ.Et ocurrerūt ad eā oēs
a minimo vsqꝫ ad maximum: qm̄ spauert̄ eam
iā n̄ eē venturam.Et accēdētes lumiaria ꝯgy
rauert̄ circa eam vniuersi. Jlla āt ascēdēs in
eminētioē: locū:iussit fieri silentium.Cumqꝫ
C oēs tacuissēt:dixit iudith.Laudate dominuꝫ
deum nostrū q̄ n̄ deseruit sꝑantes i se. ⁊ i me
ācillā suā adipleuit misericordiā suam quam
ꝓmisit domui isrl̄:⁊ iterfeci i mā̄u mea hostē
ppl̄i sui i hac nocte.Et ꝓferēs de pera caput
holofēnis: ostēdit ill̄ dicens. Ecce caput holo
..o. fernis p̄ncipis militie assiriorum.Et ecce cono
peū illius in q̄ recūbebat in ebrietate sua vbi
⁊ per manum femie ꝑcussit illū dn̄s deus nr̄.
Uiuit āt ipse dn̄s qm̄ custodiuit me angelus
eius.⁊ hinc euntē ⁊ ibi ꝯmorātē ⁊ īde huc re
uertentez.⁊ n̄ ꝑmisit me dn̄s ancillā suā coin
q̄nari sed sine pollutione pc̄ti reuocauit me
vobis gaudentē:i victoria sua:i euasiōe mea
..o. ⁊ i liberatiōe vr̄a.Cōfitemini illi oēs qm̄ bon⁹
7. qm̄ i seculū misericordia ei⁹. Uniuersi āt ado
rātes dn̄m dixert̄ ad eā: Bn̄dixit te dn̄s i ꝟtu
te sua:q̄a per te ad nihiluz redegit inimicos
nr̄os.Porro ozias princeps ppl̄i israel:dixit
..c. ad eam: Bn̄dicta es tu filia a dn̄o deo excel
B so:p̄ omnib⁹ mulierib⁹ sr̄ t̄rā. Bn̄dictus dn̄s
q̄ creauit celū ⁊ terram:q̄ te direxit i vulnera
capitis p̄ncipis inimicoꝝ nr̄oꝝ: q̄a hodie no
men tuū ita magnificauit:vt n̄ recedat la⁹ tua
de ore hoīuz:q̄ memores fuerint virtutꝭ dn̄i in
eternū:p q̄b⁹ n̄ pepcisti anime tue pp āgusti
as ⁊ tribulationē generis tui: sꝫ subuēisti rui
.et. ne an̄ conspectū dei nr̄i. Et dixit oīs ppl̄s fiat
..d. fiat.Porro achior vocatus venit.Et dixit ei
iudith. Deus isrl̄ cui tu testimōiuz dedisti ꝙ
vlciscatur se de inimicis suis: ipe caput oīuz i
credulozuz icidit i hac nocte i manu mea.Et
..o. vt probes q̄a ita ē:ecce caput holofernis qui
in ꝯtēptu superbie sue deum isrl̄ ꝯtēpsit:⁊ tibi
.et. interituꝫ minabat̄ dicens:cū capt⁹ fuerit ppl̄s
..a. israel:gladio pforari p̄cipiam lat̄a tua.Uidēs
āt achior caput holofernis: angustiatus pre
pauore cecidit in faciem suā sup terrā.⁊ estu
auit anima ei⁹.Postea ꝟo ꝙ resūpto spū re
..o. creatus est: ꝓcidit ad pedes eius.⁊ adorauit
eam:⁊ dixit.Bn̄dicta tu a deo tuo i oī taber
naculo iacob:qm̄ in oī gēte q̄ audierit nomē
B tuum magnificabitur sr̄ te de⁹ israel. XIIII.

D Jxit āt iudith ad omnē ppl̄m Audi
te me fratres.Suspendite caput hoc
sr̄ muros nostros.⁊ erit cū exierit sol
accipiat vnusquisqꝫ arma sua.⁊ exite cum im

petu:non vt descendatis deorsū:sꝫ q̄si ipetū fa
cientes.Tunc exploratores necesse erit vt fu
giant ad principē suū excitādū ad pugnam.
Cūqꝫ duces eoꝝ ꝯcurrerint ad tabernaculuꝫ
holofernis.⁊ inuenerint eū trūcū in suo san
guine volutatū:decidet sup eos timor.Cūqꝫ
cognoueritis fugere eos:ite post illos securi
qm̄ dn̄s conteret eos sub pedib⁹ vr̄is.Tūc a B
chior videns ꝟtutē quā fecit ds̄ israel:relicto
gētilitatis ritu credidit deo.⁊ circūcidit car
nē p̄putij sui ⁊ apposit⁹ ē ad pplꝫ israel.⁊ oīs
successio generis ei⁹ vsqꝫ in hodiernū diem.
Mox āt vt ort⁹ ē dies suspēderūt sup muros
caput holofernis:accepitqꝫ vnusq̄sqꝫ vir ar
ma sua ⁊ egressi sūt cū grādi strepitu ⁊ vlula
tu.Qd̄ vidētes exploratores:ad tabernacu
luz holofernis cucurrerūt.Porro hi q̄ in ta
bernaculo erāt:venientes ⁊ an̄ igressū cubi
culi pstrepētes excitādi gr̄a inq̄etudinē arte
moliebant̄:vt nō ab excitātib⁹:sꝫ a sonātibus
holofernes euigilaret.Null⁹.n.audebat cu C
biculū ꝟtutꝭ assyrioꝝ pulsando aut intrando
apire.Sꝫ cū venissent ei⁹ duces ac tribuni et
vniuersi maiores exercitus assyrioꝝ:dixerunt
cubicularijs.Jntrate ⁊ excitate illū:qm̄ egres 1.regis.14.d
si mures de cauernis suis ausi sūt prouocare
nos ad preliū.Tunc ingressus vagao cubi
culū eius stetit an̄ cortinā.⁊ plausū fecit ma
nibus suis.Suspicabat̄.n.illum cum iudith
dormire.Sꝫ cū nullū motū iacētꝭ sensu auriū
capet:accessit ꝓximās ad cortinā.⁊ eleuans
eā:vidensqꝫ cadauer absqꝫ capite holofernis
in suo sanguine tabefactū iacere sup terrā:ex
clamauit voce magna cū fletu.⁊ scidit vesti
menta sua.Et ingressus tabernaculū iudith D
nō inuenit eā.Et exiliuit foras ad ppl̄m.⁊ di
xit.Una mulier hebrea fecit ꝯfusionē in do
mo regis nabuchodonosor.Ecce.n.holofer
nes iacet i t̄ra ⁊ caput ei⁹ nō ē in illo.Qd̄ dū
audissēt principes ꝟtutꝭ assyrioꝝ:sciderūt oēs
vestimēta sua.⁊ intollerabil̄ timor ⁊ tremor
cecidit sup eos.⁊ turbati sūt aī eoꝝ valde.Et
factus est clamor incompabilis in medio ca
stroꝝ eorum. XV.

C Umqꝫ oīs exercit⁹ decolatū holofer A
nem audisset:fugit mēs ⁊ ꝯsilium ab
eis.⁊ solo tremore ⁊ metu agitati fuge presi
dium sumūt:ita vt nullus loq̄ret̄ cuꝫ ꝓximo
oib⁹ domiabit. Benedicite domīo oēs āgeli
ei⁹ potētes ṽtute: faciētes ṽbū illi⁹ ad audiē
dā vocē ſmonū ei⁹. Benedicite domīo oēs
ṽtutes ei⁹: miniſtri eius q̇ facitꝭ volūtatē ei⁹
Bñdicite dño oīa opa eius: i omni loco do
minatiōis ei⁹: bñdic aīa mea dño. ps ipi dd.
Benedic aīa mea dño: domie. CIII.
de⁹ me⁹ magnificat⁹ es vehementer
Cōfeſſionē ꝛ decorē induiſti: amictus
lumie ſicut veſtimēto. Extendens celū ſicut
pellez: q̇ tegis aq̄s ſupiora eius. Qui ponis
nubē aſcenſuꝫ tuū: q̇ ābulas ſup pēnas ven-
re.1.c toꝝ. Qui facis āgelos tuos ſpūs: ꝛ miniſtros
tuos ignē vrentē. Qui fundaſti terrā ſuper
ſtabilitatē ſuā: nō iclinabit in ſeculuꝫ ſeculi.
Abyſſus ſicut veſtimentū amict⁹ ei⁹ ſup mō-
tes ſtabūt aq̄. Ab icrepatiōe tua fugient a vo
ce tonitrui tui formidabūt. Aſcēdūt montes
ꝛ deſcendūt cāpi: in locū quem fundaſti eis.
Terminū poſuiſti quē nō tranſgredient: neqꝫ
conuertentur opire terrā. Qui emittis fōtes
in cōuallib⁹: iter mediū mōtiuꝫ ptranſibunt
aq̄. Potabunt oēs beſtie agri: expectabunt
onagri in ſiti ſua. Sup ea volucres celi habi
tabūt: de medio petraꝝ dabūt voces. Rigās
montes de ſupioribus ſuis: de fructu operuꝫ
16. tuoꝝ ſatiabit terra Producens fenū iumen
tis: ꝛ herbā ſuituti hoīnū. Ut educas paneꝫ
de terra: ꝛ vinum letificet cor hominis. Ut
exhilaret faciē i oleo: ꝛ pānis cor hoīs cōfir-
met. Saturabunt ligna cāpi ꝛ cedri libani
q̄s plantauit: illic paſſeres nidificabunt. He
rodii dom⁹ dux ē eorū: montes excelſi ceruis
petra refugiū herinaciis. Fecit lunam in tē-
pore ſol cognouit occaſum ſuū. Poſuiſti te-
nebras ꝛ facta ē nox: i ipſa ptrāſibunt omēs
beſtie ſilue. Catuli leonū rugiētes vt rapiāt
ꝛ q̄rant a deo eſcā ſibi. Ortus ē ſol ꝛ congre
gati ſunt: ꝛ i cubilibus ſuis collocabunt. Exi
bit hō ad op⁹ ſuū: ꝛ ad opationeꝫ ſuam vſqꝫ
ſ.91. ad veſpeꝝ. Quā magnificata ſunt opera tua
dñe: oīa i ſapia feciſti: ipleta ē terra poſſeſſiōe
tua. Hoc mare magnuꝫ ꝛ ſpatioſuꝫ manib⁹:
illic reptilia quoqꝫ nō eſt numer⁹. Animalia
puſilla cū magnis: illic naues pertranſibunt
Draco iſte quē formaſti ad illudendum ei:
oīa a te expectant vt des illis eſcaꝫ in tēpore
Dāte te illis colligēt: apiente te manuꝫ tuā
oīa iplebunt bōitate. Auertente āt te faciem
turbabunt: auferes ſpm̄ eoꝝ ꝛ deficient: ꝛ in
puluerē ſuū ṽuertent. Emitte ſpm̄ tuū ꝛ crea-
bunt: ꝛ ṽnouabis faciē ṽre. Sit glīa dñi i ſclm̄:
letabit dñs i opib⁹ ſuis. Qui ṽſpicit ṽrā ꝛ facit
eā tremere. Qui tāgit mōtes ꝛ fumigāt. Cā- ſ.145.
tabo dño i vita mea: pſallā deo meo q̄diu ſū
Jocūdū ſit ei eloq̄ū meū: ego vō delectabor i
dño: Deficiēt peccōres a ṽra ꝛ iniq̄ ita ut nō
ſint: benedic aīa mea dño. Alla CIIII.
Confitemini dño ꝛ iuocate nomē ei⁹ 1.pa.16.b.
annūciate int gētes opa ei⁹. Cantate Eſa.12.b.
ei ꝛ pſallite ei: narrate oīa mirabilia
eius. Laudamini in nomine ſcō ei⁹: letet cor
q̄rētiū dñz. Querite dñz ꝛ ꝯfirmamini: q̄rite
faciez ei⁹ ſēp. Memētote mirabiliū ei⁹ q̇ fe-
cit: ꝓdigia ei⁹ ꝛ iudicia oris ei⁹. Semē abra-
am ṽui eius: filii iacob electi ei⁹. Ipſe domi-
nus deus nr̄ in vniuerſa ṽra iudicia ei⁹. Me-
mor fui in ſclm̄ teſtamēti ſui: verbi qd̄ māda
uit in mille generationes. Qd̄ diſpoſuit ad
abraā: ꝛ iuramēti ad yſaac. Et ſtatuit illud ia
cob in p̄ceptū: ꝛ iſrl̄ in teſtamentū eťnū. Di-
cēs tibi dabo ṽraꝫ chanaā: funiculū heredita
tis vře. Cū eēnt numero breui: pauciſſimi ꝛ
icole eius. Et ptrāſierūt d gente in gētē: ꝛ de
regno ad ppl̄m alteꝝ. Nō reliq̇t hoīnē noce
re eis: ꝛ corripuit ꝓ eis reges. Nolite tāgere 1.Pa.16.c.
chriſtos meos: ꝛ in ꝓphis meis nolite mali
gnari. Et vocauit famē ſup ṽrā ꝛ omne firma
mētū panis ꝯtriuit. Miſit ante eos viꝝ: in ſer
uuꝫ venūdatus ē ioſeph. Hūiliauerūt in ꝯpe
dibus pedes ei⁹: ferrū ptrāſiit animā ei⁹ do
nec vēiret ṽbū eius. Eloq̄uꝫ domini inflāma
uit eū: miſit rex ꝛ ſoluit eū: princeps ppl̄oruꝫ
ꝛ dimiſit eū. Cōſtituit eū dominū domus ſue
ꝛ pricipē omnis poſſeſſiōis ſue. Ut erudiret
principes ei⁹ ſicut ſemetipſuꝫ: ꝛ ſenes ei⁹ pru
dētiā doceret. Et itrauit iſrl̄ i egyptū ꝛ iacob
accola fuit in ṽra chā. Et auxit ppl̄m ſuū ve-
hemēter ꝛ firmauit eū ſup iīmicos ei⁹. Cōuer
tit cor eoꝝ vt odirēt ppl̄ꝫ eius: ꝛ dolū facerēt
in ṽuos eius. Miſit moyſeꝫ ṽuū ſuuꝫ: aaron
quē elegit ipm̄. Poſuit in eis ṽba ſignoꝝ ſu ſ.77.
orū ꝛ ꝓdigioꝝ: in ṽra chā. Miſit tenebras ꝛ Exo.7.d.
obſcurauit: ꝛ nō exacerbauit ſmones ſuos
Cōuertit aq̄s eoꝝ in ſanguineꝫ: ꝛ occidit pi-
ſces eoꝝ. Et dedit ṽra eoꝝ ranas: in penetrali
bus regū ipſoꝝ. Dixit ꝛ venit cynomia ꝛ cy-
nifes: in omnib⁹ finib⁹ eoꝝ. Poſuit pluuias
eorū grādineꝫ: ignem ꝯburēteꝫ in terra ipoꝝ.
Et pcuſſit vineas eorū ꝛ ficulneas eoruꝫ: ꝛ cō-
triuit lignū finium eorum. Dixit ꝛ vēit locu
ſta ꝛ brucus: cuius nō erat numerus. Et co-
medit omne fenū i ṽra eoꝝ: ꝛ cōedit oēm fru
ctū ṽre eoꝝ. Et pcuſſit oē primogenitū i terra

eoꝝ:ꝑmitias oīs laboris eoꝝ. Et eduxit eos
cum argēto ꝛ auro:ꝛ ñ erat ī tribub⁹ eoꝝ in
firmus. Letata ē egypt⁹ ī ꝓfectione eoꝝ:qꝛ
incubuit timoꝛ eoꝝ sr̄ eos. Expādit nubem ī
ꝓtectionē eoꝝ:ꝛ ignē vt luceret eis ꝑ noctē
Petieꝛt ꝛ vēit coturnix ꝛ pane celi satura
uit eos. Dirupit petram ꝛ fluxeꝛt aq̄:abieꝛt
in sicco flumia. Qm̄ memoꝛ fuit verbi sci sui
qd̄ hūit ad abꝛahā puerum suum. Et eduxit
ppl̄m suū in exultatiōe:ꝛ electos suos in le/
titia. Et ddit illis regiōes gentiū. ꝛ labores
pploꝫ possedeꝛt. Ut custodiant iustificatio
nes eius:ꝛ legē ei⁹ reqrāt. Alla Alla. CV
Judit.13.c. ~~ C~~onfitemini dn̄o qm̄ bon⁹:qm̄ in secl̄z
J.106. mia eius. Quis loqꝛ potentias dn̄i:
auditas faciet oēs laudes eius? Btī
q̄ custodiūt iudicium: ꝛ faciūt iusticiā in oī
tp̄e. Memēto nr̄i dn̄e in bn̄placito ppl̄i tui:
visita nos in saluri tuo. Ad vidēdum in bōi
tate electoꝛum tuoꝝ:ad letādū in letitia gēt̄
Judith.7.d tue:vt lauderis cū heriditate tua. Pecaui/
m⁹ cum pr̄ib⁹ nr̄is:iiuste egim⁹ iiq̄tatē feci
m⁹. Pr̄es nr̄i ī egypto nō ītellexeꝛt mirabi
lia tua:nō fuerunt memoꝛes mlt̄itudīs mīſi/
coꝛdie tue. Et iritaueꝛt ascēdētes ī mari ī mār
rubꝛo:ꝛ saluauit eos pp̄ nomē suum :vt no/
tā faceret potētiā suā. Et increpuit mare ru/
bꝛū:ꝛ exiccatū ē:ꝛ deduxit eos in abyssis si/
cut ī deserto. Et saluauit eos de manu odiēti
Exo.14.g. um:ꝛ redemit eos de māu īimici ꝛ ꝑpuit a/
qua tribulātes eos:vn⁹ ex eis nō remansit. Et
crediderūt v̄bis ei⁹:ꝛ laudauerūt laudē ei⁹.
Cito fecerūt obliti sī operū ei⁹:ꝛ nō sustinue
rūt ꝯsiliū ei⁹. Et ꝯcupierūt ꝯcupiscētiam ī de
serto ꝛ tentauerūt deū in inaquoso. Et dedit
eis petitionē ipsoꝝ:ꝛ misit saturitatē in aīas
eoꝝ. Et irritauerūt moysem in castris aaron
Nu.16.d. sanctū dn̄i. Apta ē terra ꝛ deglutiuit dathan
ꝛ operuit super congregationem abyron. Et
exarsit ignis in synagoga eoꝝ. flāma conbus
sit peccōꝛes. Et fecerūt vitulū ī oꝛeb:ꝛ adoꝛa/
uerunt sculptile. Et mutauerunt gl̄iam suā
in sīitudinē vituli:comedētis fenū. Obliti
sūt deū q̄ saluauit eos:q̄ fecit magnalia in e/
gypto mirabilia ī t̄ra chā t̄ribilia in mari ru
bꝛo. Et dixit vt disꝑderet eos si ñ moyses ele
ctus ei⁹ stetisset ī ꝯfractione in cōspectu ei⁹.
Ut auerteret irā ei⁹ ne disꝑderet eos ꝛ ꝓ ni
hilo habuerūt t̄rā desiderabilē. Nō credide/
rūt. v̄bo ei⁹:ꝛ murmurauerūt ī tabernaculis
suis nō exaudierūt vocē dn̄i. Et eleuauit ma
nū suā sr̄ eos:vt ꝓsterneret eos ī deserto. Et
vt deiiceret semē eoꝝ ī natiōib⁹:ꝛ disꝑgeret
eos ī r̄giōib⁹ ꝛ īitiati sūt beelphegoꝛ: ꝛ come
derūt sacrificia moꝛtuoꝝ. Et irritauerūt eum
in adinuentionib⁹ suis:ꝛ mltiplicata ē ī eis
ruina. Et stetit finees ꝛ placauit:ꝛ cessauit q̄s
satio. Et reputatū ē ei in iustitiā:in genera/
tione ꝛ generationē vsq̄ in sempiternū. Et ir
ritaueꝛt eū ad aquas ꝯdītciōis: ꝛ vexatus ē
moyses pp̄ eos:qꝛ exacerbauerunt spm̄ eius.
Et distixit in labiis suis:nō disꝑdiderūt gen
tes:q̄s dixit dn̄s de⁹ illis. Et ꝯmixti sūt iter gē
tes ꝛ didicerūt opa eoꝝ ꝛ suierūt sculptilib⁹
eoꝝ:ꝛ factū ē illis in scandalū. Et imolaue/
runt filios suos ꝛ filias suas:demōiis. Et ef/
fuderūt sanguinē innocētē:sanguinē filioꝝ
suoꝝ ꝛ filiaꝝ suaꝝ quas sacrificauerūt sculpti
lib⁹ chanaan. Et interfecta ē terra in sangui
nib⁹:ꝛ cōtaminata ē in operibus eoꝝ:ꝛ foꝛni
cati sūt in adinuentionibus suis. Et iratus ē
furoꝛe dn̄s in populū suū:ꝛ abhominatus ē
hereditatē suam. Et tradidit eos in manus
gentiū ꝛ domiati sūt eoꝝ qui oderūt eos. Et
tribulauerūt eos inimici eoꝝ:ꝛ hūiliati sunt
sub manib⁹ eoꝝ:sepe liberauit eos. Ipsi autē
exacerbauerūt eū in cōsilio suo:ꝛ hūiliati sūt
in iniq̄tatibus suis. Et vidit cū tribularētur
ꝛ audiuit oꝛationē eoꝝ. Et memoꝛ fuit testa
menti sui:ꝛ penituit eū ſm multitudinē mi/
sericoꝛdie sue. Et dedit eos in mīſicoꝛdias:ī
cōspectu omniū q̄ ceperāt eos. Saluos fac
nos dn̄e de⁹ noster:ꝛ cōgrega nos d̄ nationi
b⁹. Et ꝯfiteamur nomini scō tuo:ꝛ gloꝛiemur
in laude tua. Benedict⁹ domin⁹ de⁹ isr̄l a
seculo ꝛ vsq̄ in seculū:ꝛ dicet omnis popu/
lus fiat fiat. Alleluia CVI
~~C~~onfitemini dn̄o qm̄ bon⁹:qm̄ ī secu Judit.13.c
lū mīſicoꝛdia eius. Dicāt q̄ redēpti J.117.
sūt a dn̄o:q̄s redemit de manu inimici:de re
giōib⁹ ꝯgr̄ganit eos. A solis oꝛtu ꝛ occasu:ab
aquilone ꝛ mari. Errauerūt in solitudine ꝛ ī
inaq̄so viā ciuitatis hitaculi nō inuenerunt. E
surientes ꝛ sitiētes:aīa eoꝝ in ipsis defecit. Et J.eo.
clamauerunt ad dn̄m cū tribularent ꝛ de ne
cessitatib⁹ eoꝝ eripuit eos. Et deduxit eos in J.eo.
viam rectam vt irēt ī ciuitatē hitationis. Confi
teant dn̄o misericoꝛdie eius ꝛ mirabilia eius
filiis hominum. Qꝛ satiauit animam ianem
ꝛ aīam esurientē satiauit bonis. Sedentes ī
tenebꝛis ꝛ ī vmbꝛa moꝛtis:vinctos in mēdi/
citate ꝛ ferro. Qꝛ exacerbauerūt eloquia dī
ꝛ ꝯsilium altissimi irritauerunt. Et humilia/
tū ē in laboꝛib⁹ coꝛ eoꝝ ꝛ infirmati sūt nec fu/
it q̄ adiuuaret. Et clamauerūt ad dn̄m cum S.eo.ꝛ.J.eo
tribularentur:ꝛ de necessitatibus eoꝝ libera
uit eos. Et eduxit eos de tenebꝛis: ꝛ vmbꝛa
moꝛtis ꝛ vincula eoꝝ dirupuit. Cōfiteant dn̄o
mīſicoꝛdie ei⁹:ꝛ mirabilia eius filiis homi
num. Qꝛ cōtriuit poꝛtas ereas: ꝛ vectes fer

reos cõfregit. Suscepit eos de via iniq̃tatis
eoꝝ ꝓꝑ iniustitias .n. suas hũiliati sũt. Oẽz es-
caz abhoiata ẽ anima eoꝝ: ⁊ appropinq̃uerũt
.J.eo vsq; ad portas mortis. Et clamauerũt ad do
minũ cũ tribularent̃: ⁊ de necessitatib⁹ eorũz
liberauit eos. Misit v̓bũ suũ ⁊ sanauit eos: ⁊
.J.eo eripuit eos de iteritõib⁹ eoꝝ. Cõfiteant̃ dño
misericordie eius ⁊ mirabilia eius filijs ho-
minũ. Et sacrificẽt sacrificiũ laudis: ⁊ ãnunci
ent opa eius i exultatiõe. Qui descẽdũt ma-
re in nauib⁹: faciẽtes opationẽ in aq̃s mul-
tis. Ipsi viderũt opa dñi: ⁊ mirabilia ei⁹ in ꝓ
fundo. Dixit ⁊ stetit spũs ꝓcelle ⁊ exaltati sũt
fluctus eius. Ascẽdũt vsq; ad celos ⁊ descen
dunt vsq; ad abyssos: anima eoꝝ in malis ta
.eo. bescebat. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebri
us: ⁊ omnis sapiẽtia eoꝝ deuorata ẽ. Et cla-
mauerũt ad dominũ cũ tribularent̃: ⁊ de ne-
cessitatib⁹ eoꝝ eduxit eos. Et statuit ꝓcellam
eius i aurã: ⁊ siluerunt fluct⁹ eius. Et letati
.eo. sũt q: siluerũt: ⁊ deduxit eos in portũ volũta
tis eoꝝ. Cõfiteant̃ dño mĩscordie ei⁹: ⁊ mira
bilia ei⁹ filijs hominũ. Et exaltẽt eũ i ecclesia
plebis: ⁊ in cathedra senioꝝ laudẽt eũ. Po-
suit flumina i deserto: ⁊ exit⁹ aq̃ꝝ i siti. Terrã fru
ctiferã i sal suginẽ: a malitia ihabit. tiũ in ea.
Posuit d̓sertũ i stagna aq̃ꝝ: ⁊ t̃rã sine aqua i
exit⁹ aq̃ꝝ. Et collocauit illic esuriẽtes: ⁊ ꝯsti
tuerũt ciuitatẽ habitatiõis. Et seminauerũt
agros ⁊ plãtauerũt vineas: ⁊ fecerũt fructuz
natiuitatis. Et benedixit eis ⁊ multiplicati
sunt nimis: ⁊ iumẽta eoꝝ nõ minorauit. Et
pauci facti sũt: ⁊ vexati sũt a tribulatione ma
loꝝ ⁊ dolore. Effusa ẽ ꝯtẽtio sup principes: ⁊
errare fecit eos i inuio: ⁊ nõ in via. Et adiuuit
paupem de iopia: ⁊ posuit sicut oues famili-
as. videbũt recti ⁊ letabunt̃: ⁊ omnis iniq̃tas
2.e. oppilabit os suũ. Quis sapiens ⁊ custodiet
hec: ⁊ intelliget misericordias domini: Canti
cum psalmi dauid. CVII.
.5.6 P Aratũ cor meũ deus paratũ cor meũ
cantabo ⁊ psallaz in glĩa mea. Exur-
ge psalteriũ ⁊ cithara: exurgã diluculo. Con
fitebor tibi in populis dñe: ⁊ psallã tibi in na
tionib⁹. Q: magna ẽ sup celos mĩa tua: ⁊ vs-
que ad nubes v̓itas tua. Exaltare sup celos
deus: ⁊ sup omnẽ t̃rã gloria tua: vt liberent̃
dilecti tui. Saluũ fac d̓xtera tua ⁊ exaudi me
deus locutus ẽ in scõ suo. Exl̃tabo ⁊ diuidaz
sichimã: ⁊ ꝯuallem tabernaculoꝝ dimetiar:
Me⁹ ẽ galaad ⁊ me⁹ ẽ manasses ⁊ effraim
susceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab
lebes spei mee. In idumeã extẽdaz calciamẽ
tũ meum. mihi alienigene amici facti sunt.
Quis d̓ducet me i ciuitatẽ munitã. quis de-
ducet me vsq; in idumeã? Nõne tu deus qui
repulisti nos: ⁊ nõ exibis de⁹ in v̓tutib⁹ nr̃is
Da nobis auxiliũ d̓ tribulatiõe: q: vana sa-
lus hois. In deo faciem⁹ v̓tutẽ: ⁊ ipse ad ni-
hilũ deducet inimicos nostros. In finem
psalmus dauid. CVIII.
D Eus laudẽ meam ne tacueris: q: os
peccõris ⁊ os dolosi sup me aptum ẽ
Locuti sunt aduersuz me lingua dolosa ⁊ s̃-
monibus odij circũdederũt me ⁊ expugna-
uerũt me gratis. Pro eo vt me diligerẽt de-
trahebãt mihi. ego aũt orabã. Et posuerunt
aduersum me mala ꝓ bonis: ⁊ odiũ ꝓ dile-
ctiõe mea. Cõstitue sup euz peccõrez: ⁊ diabo-
lus stet a dextris eius. Cũ iudicat̃ exeat con-
demnat⁹: ⁊ orõ eius fiat in peccm̃. Fiant dies Ac.t.1.d.
eius pauci: ⁊ episcopatũ ei⁹ accipiat alter. Fi-
ant filij eius orphani: ⁊ vxor eius vidua. Nu-
tantes trãsferant̃ filij eius ⁊ mẽdicẽt: eijciant̃
de hitationib⁹ suis. Scrutet̃ fenerator oẽm
substãtiã ei⁹: ⁊ diripiãt alieni labores eius.
Nõ sit illi adiutor: nec sit q̃ misereat̃ pupill̃
eius. Fiant nati ei⁹ i interitũ: i generatiõe vna
deleat̃ nomẽ eius. In memoriã redeat iniq̃-
tas patꝝ eius in ꝯspectu dñi: ⁊ peccm̃ matris
ei⁹ nõ deleat̃. Fiãt ꝯ dñm sẽp: ⁊ dispeat de ter
ra memoria eoꝝ. ꝓ eo ꝙ nõ ẽ recordatus fa-
cere mĩscordiã. Et ꝑsecutus ẽ hoiem iopez ⁊
mẽdicũ: ⁊ ꝯpũctũ corde mortificare. Et dile-
xit maledictionẽ ⁊ veniet ei: ⁊ noluit benedi
ctionẽ ⁊ elõgabit̃ ab eo. Et induit maledictio
nẽ sicut vestimentũ: ⁊ intrauit sicut aqua in
interiora ei⁹: ⁊ sicut oleũ i ossibus ei⁹. Fiat ei si
cut vestimentũ q̃ opitur: ⁊ sicut zona q̃ semp
p̃cingit̃: Hoc opus eoꝝ qui detrahunt mihi
apud dñz: ⁊ q̃ loquunt̃ mala aduersus aiam
meã. Et tu dñe dñe fac mecũ ꝓꝑ nomẽ tuum
q: suauis ẽ mĩscordia tua. Libera me quia
egenus ⁊ paup ego suz: ⁊ cor meũ ꝯturbatũ
ẽ intra me. Sicut vmbra cũ declinat ablat⁹
suz: ⁊ excussus sum sicut locuste. Genua mea
ifirmata sũt a ieiunio: ⁊ caro mea imutata ẽ
ꝓꝑ oleũ. Et ego factus sũ opprobriũ illis: vi-
derũt me ⁊ mouerũt capita sua. Adiuua me
dñe deus me⁹: saluũ me fac ꝓꝑ mĩscordiaz
tuã. Et sciãt q: man⁹ tua hec: ⁊ tu dñe fecisti
eaz. Maledicẽt illi ⁊ tu bñdices. q̃ isurgunt
in me ꝯfundant̃: seruus aũt tuus letabit̃. In-
duant̃ q̃ detrahunt mihi pudore: ⁊ operiantur
sicut diploide ꝯfusiõe sua. Confitebor dño ni
mis i ore meo: ⁊ i medio mlt̃oꝝ laudabo eũ.
Q: astitit a dextris pauperis: vt saluã face-
ret a persequẽtibus animã meam.
Psalmus dauid. CIX. Math.22.d
D Ixit dñs domino meo: sede a dex- hebre.10.c
1.cor.15.c.

tris meis. Donec ponam inimicos tuos: sca
bellū pedū tuoꝝ. Virgā virtutis tue emit-
tet dn̄s ex syō: dn̄are i medio inimicoꝝ tuoꝝ
Tecū principiū in die virtutis tue in splédo.
ribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui te.
Hebre.7.c. Jurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū: tu es sacerdos
in eternum ſm ordiné melchisedech. Dn̄s a
dextris tuis ꝯfregit in die ire sue reges. Judi
cabit in nationibus implebit ruinas: ꝯquas
sabit capita in terra multoꝝ. De torréte i via
bibit: ꝓpterea exaltauit caput. Alleluia. CX
ſ.9.et.137 C Onfitebor tibi domine in toto cor-
de meo: in consilio iustorum ⁊ con-
gregatione. Magna opera domini:
exquisita in omnes voluntates eius. Confes
sio ⁊ magnificétia opus eius: ⁊ iustitia eius
manet in seculum seculi. Memoriā fecit mi
rabilium suoꝝ misericors ⁊ miserator domi-
nus: escam dedit timétibus se. Memor erit
in seculum testamenti sui: virtutem operum
suorum annunciabit populo suo. Ut det illis
hereditatem gentium: opera manuum eius
veritas ⁊ iudicium. Fidelia omnia mandata
eius: cōfirmata in seculum seculi: facta in ve
ritate ⁊ equitate. Redemptionem misit do-
minus populo suo: mandauit in eternū te-
Job.18.d. stamentum suum. Sanctum ⁊ terribile no-
Pro.1.a.et men eius: initium sapientie timor domini.
9.b.Ecc.1.b Intellectus bonus omnibus facientibus eū
laudatio eius manet in seculū scl̄i. Alleluia
Reuersionis aggei ⁊ zacharie. CXI.
B Eatus vir qui timet dominū: in mā
datis eius volet nimis. Potens in
terra erit semé eius: generatio recto
rum benedicetur. Gloria ⁊ diuitie in domo
eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: miseri
cors ⁊ miserator ⁊ iustus. Iocūdus homo q̇
miseretur ⁊ cōmodat: disponit sermones su
os in iudicio: quia in eternum non cōmoue
bitur. In memoria eterna erit iustus ab au-
ditione mala non timebit. Paratum cor ei⁹
sperare in dn̄o: ꝯfirmatū é cor eius: nō cōmo
2.Cor.9.c. uebit donec despiciat inimicos suos. Dispsit
dedit pauperibus: iustitia eius manet in se-
culum scl̄i: cornu eius exaltabit in gl̄ia: Pec
cator videbit ⁊ irascet: détibus suis fremet ⁊
tabescet: desideriū peccatoꝝ peribit. Alleluia.
ſ.134. L Alleluia. CXII
Job.1.d. Audate pueri dn̄m: laudate nomen
dn̄i. Sit nomen dn̄i benedictum: ex
hoc nunc ⁊ vsq͡ȝ in seculū. A solis ortu vsq͡ȝ
ad occasū: laudabile nomé dn̄i. Excelsus sr̄
oés gétes dn̄s: ⁊ sup celos gl̄ia eius. Quis si
cut dn̄s de⁹ nr̄: q̇ i altis habitat ⁊ humilia re
spicit i celo ⁊ i terra. Suscitās a terra inopē 1.Re.2.b.
⁊ de stercore erigés pauperē. Ut collocet eū
cū ꝓncipibus: cū principibus ppl̄i sui. Qui
habitare facit sterilé in domo: matré filioꝝ
letanté. Alleluia. CXIII.
I N exitu israel d̄ egypto: dom⁹ iacob Exo.13.e.
d̄ ppl̄o barbaro. Fcā é iudea scifica-
tio eius: isrl̄ potestas ei⁹. Mare vidit ⁊ fugit
iordanis cōuersus est retrorsum. Mōtes ex
ultauerūt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū
Quid é tibi mare q̄ fugisti: ⁊ tu iordanis q̄r
ꝯuersus es retrorsum. Mōtes exultastis vt
arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū. A facie do
mini mota est terra: a facie dei iacob. Qui ꝯ
uertit petram in stagna aquarum: ⁊ rupé in
fontes aquarum. Nō nobis dn̄e nō nobis: sȝ
noi tuo da gl̄iam. Sup mia tua ⁊ v̄itate tua: ſ.137
ne qn̄ dicāt gétes vbi é de⁹ eoꝝ. De⁹ aūt nr̄ i
celo: oia q̄cūq͡ȝ voluit fecit. Simulacra gétiū ſ.134.
argétū ⁊ auꝝ: opera manuum hominū. Os Sap.15.b.
hn̄t ⁊ nō loquēt. oculos habét ⁊ nō videbūt
Aures habét ⁊ nō audiāt: nares habét ⁊ nō
odorabūt. Man⁹ hn̄t ⁊ nō palpabūt: pedes
habét ⁊ nō ābulabūt: nō clamabūt in guttu
re suo. Siles illis fiant qui faciunt ea: ⁊ oés ſ.134
qui ꝯfidunt in eis. Dom⁹ isrl̄ spauit i dn̄o ad
iutor ⁊ ꝓtector eoꝝ est. Dom⁹ aarō spauit in
dn̄o adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ é. Qui timét
dn̄m sperauerūt i domio adiutor eoꝝ ⁊ ꝓte-
ctor eoꝝ é. Dn̄s memor fuit nr̄i: ⁊ benedixit
nobis. Bn̄dixit domui isrl̄: benedixit domui
aaron. Benedixit oib⁹ q̇ timét dn̄m pusillis
cū maioribus. Adijciat dn̄s sup vos: sr̄ vos ⁊
sup filios vr̄os: Benedicti vos a dn̄o: q̇ fecit
celū ⁊ t̄rā. Celū celi domio: t̄rā āt dedit filijs
hoiū. Non mortui laudabūt te domie ne
q͡ȝ oés q̇ descédunt i infernū. Sed nos q̇ vi-
uim⁹ benedicim⁹ dn̄o ex hoc nūc ⁊ vsq͡ȝ in se
culum. Alleluia. CXIIII
D Ilexi: qm̄ exaudiet dominus vocem
orōnis mee. Qr inclinauit aurē suā
mihi ⁊ in diebus meis inuocabo. Circunde ſ.17.
derunt me dolores mortis: ⁊ pericula infer-
ni inuenerunt me. Tribulationem: ⁊ doloré
inueni ⁊ nom̄ domini inuocaui. O domine li
bera aiam meā misericors domin⁹ ⁊ iust⁹: ⁊
de⁹ nr̄ miseret. Custodiēs puulos dominus
hūiliat⁹ sū ⁊ liberauit me. cōuertere aiā meā
i reqez tuā: qr dn̄s benefecit tibi. Qr eripuit ſ.55.
aiam meā de morte: ocl̄os meos a lachrymis
pedes meos a lapsu. Placebo domino: i re
gione viuoꝝ. ps CXV
C Redidi pp qd̄ locutus sum ego aūt 2.Cor.4.c
hūiliatus sū nimis. Ego dixi in ex-
cessu meo: ois hō mendax. Quid retribuam roma.3.a
domio ꝓ oib⁹ q̇ retribuit mihi. Calicem salu

.co. taris accipiã:⁊ nomen dñi inuocabo. Uota
mea dño reddam corã oĩ ppl'o eiꝰ: p̃ciosa in
9.a. ↄ̃ſpectu dñi morꝰ ſãctorũ eiꝰ. O dñe qꝛ ego
ſeruꝰ tuꝰ: ego ſuꝰ tuꝰ ⁊ filiꝰ ancille tue. Di
rupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiã
.co. laudis:⁊ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño
reddam in ↄ̃ſpectu oĩs ppl'i eiꝰ: in atrijs do
mꝰ dñi in medio tui ier'l'm. Alla Alla. CXVI
15.c. Laudate dñz oẽs gentes: laudate eũ
oẽs ppl'i. Qm̃ ↄ̃firmata eſt ſup̃ nos
mia eius:⁊ ṽitas dñi manet i eternũ
Alleluia Alleluia. CXVII.
⁊ 105 Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſe
.ſ.135 culũ mia eiꝰ. Dicat nũc iſrl' qm̃ bo
.13.c nus: qm̃ in ſcl'm mia eiꝰ. Dicat nũc
domus aaron qm̃ bonꝰ: qm̃ i ſcl'm mia eius
Dicant nũc q̃ timẽt dñm: qm̃ i ſcl'z mia eius
De tribulatione inuocaui dñm:⁊ exaudiuit
⁊13.c me in latitudie dñs. Dñs mihi adiutor: nõ
timebo q̃d faciat mihi hõ. Dñs mihi adiu
tor:⁊ ego deſpiciam inimicos meos. Bonuz
ẽ ↄ̃fidere i dño q̃ʒ ↄ̃fidere i hoie. Bonũ ẽ ſpa
re in dño: q̃ꝫ ſpare in p̃ncipibus. Oẽs gentes
circundederũt me:⁊ in noie dñi qꝛ vltꝰ ſũ in
eos. Circundantes circũdederũt me:⁊ i noie
dñi qꝛ vltus ſum i eos. Circũdederũt me ſicͭ
apes:⁊ exarſerunt ſicut ignis i ſpinis:⁊ i noie
dñi qꝛ vltus ſũ in eos. Impulſus euerſꝰ ſũ
15.a. vt caderẽ:⁊ dñs ſuſcepit me. Fortitudo mea
a.12 ⁊ laus mea dñs:⁊ factꝰ ẽ mihi i ſalutẽ. Uox
exultationis ⁊ ſalutis: i tabernaculis iuſtoꝝ
Dextera dñi fecit ṽtutem dextera dñi exal-
tauit me: dextera dñi fecit ṽtutem. Non mo
riar ſed viuaz:⁊ narrabo opa dñi. Caſtigans
caſtigauit me dñs:⁊ morti non tradidit me
Aperite mihi portas iuſticie: ingreſſus i eaſ
ↄ̃fitebor dño: hec porta dñi iuſti intrabunt
in ea. Confitebor tibi: qm̃ exaudiſti me:⁊ fa-
.21.d ctus es mihi in ſalutẽ. Lapidẽ quẽ reproba
uerunt edificãtes: hic factꝰ ẽ i caput anguli.
A dño fcm̃ eſt iſtud:⁊ ẽ mirabile in ocul'no
ſtris. Hec ẽ dies quam fecit dñs: exultemus
.21.a ⁊ letemur in ea. O dñe ſaluuz me fac: o dñe
bñ p̃ſperare: benedictꝰ q̃ venit i nomie dñi.
Benediximꝰ vobis de domo dñi deꝰ dñs ⁊
illuxit nobis. Conſtituit diem ſolẽnẽ in ↄ̃dẽ
ſis: vſq; ad cornu altaris. Deus meꝰ es tu ⁊
ↄ̃fitebor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te.
Confitebor tibi: qm̃ exaudiſti me:⁊ factus
.co. es mihi in ſalutẽ. Cõfitemini dño qm̃ bonus
qm̃ in ſeculum miſericordia eiꝰ. Alleluia
Aleph: doctrina. CXVIII.
Beati immaculati in via: q̃ ambulãt i
lege dñi. Beati qui ſcrutant teſtio
nia eius: in toto corde exq̃rũt eum
Non.n: q̃ operant iniq̃tutẽ: in vijs eiꝰ ãbula
uerunt. Tu mandaſti: mandata tua cuſtodi-
ri nimis. Utinam dirigant vie mee: ad cu-
ſtodiendas iuſtificationes tuas. Tũc ñ ↄ̃fun
dar: cũ p̃ſpexero in oibꝰ mandatiſ tuis. Cõfi-
tebor tibi in directiõe cordis: in eo q̃ didi-
ci iudicia iuſticie tue. Juſtificationes tuas
cuſtodiaz: ñ me ↄ̃relinq̃s vſq;quaq;
In q̃ corrigit adoleſcentior viã ſuaz
i cuſtodiẽdo ſmones tuos. In toto
corde meo exq̃ſiui te: ne repellas me a man
datis tuis. In corde meo abſcõdi eloq̃a tua
vt non peccẽ tibi. Bñdictꝰ es dñe: doce me
iuſtificationes tuas. In labijs meis: p̃nũci-
aui oia iudicia oris tui. In via teſtimonioꝝ
tuorũ delectatꝰ ſũ: ſicut i oibꝰ diuitijs. In mã
datis tuis exercebor:⁊ conſiderabo vias tu
as. In iuſtificationibus tuis meditabor: non
obliuiſcar ſermones tuos.
Retribue ſeruo: tuo viuifica me ⁊ cu-
ſtodiã ſmones tuos. Reuela ocu-
los meos:⁊ cõſiderabo mirabilia ð lege tua
Incola ego ſuz in terra: non abſcõdas a me
mãdata tua. Concupiuit anima mea deſide
rare iuſtificationes tuas: in omni tempore.
Increpaſti ſuperbos: maledicti qui decli-
nant a mandatis tuis. Aufer a me opprobri
um ⁊ contemptum quia teſtimonia tua ex
quiſiui Etenim ſederunt principes ⁊ aduer
ſum me loquebantur. ſeruus autem tuus ex
ercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam
⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt:⁊ con-
ſilium meum iuſtificationes tue.
Adheſit pauimento anima mea: viui
fica me ſm ṽbũ tuũ. Uias meas enũ
ciaui ⁊ exaudiſti me: doce me iuſtifi
cationes tuas. Uiam iuſtificationũ tuaꝝ in
ſtrue me:⁊ exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit aia mea pre tedio: confirma me
in verbis tuis. Uiã iniq̃tatis amoue a me:
⁊ de lege tua miſerere mei: Uiã ṽitatis elegi
iudicia tua ñ ſũ oblitus. Adheſi teſtimonijs
tuis dñe. noli me ↄ̃fũdere. Uiã mãdatorum
tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.
Legem pone mihi dñe viam iuſtifica
tionuz tuaꝝ:⁊ exq̃rã eã ſp. Da mihi
intellectũ ⁊ ſcrutabor legẽ tuã:⁊ cu
ſtodiam illã in toto corde meo. Deduc me i
ſemitam mãdatoruz tuoꝝ: q̃a ipſã volui. In
clina cor meum in teſtimonia tua:⁊ nõ i aua
ritiam. Auerte oculos meos ne videant va
nitatem: i via tua viuifica me. Statue ſeruo
tuo eloquiũ tuũ: i timore tuo: Amputa op-
probrium meũ qð ſuſpicatus ſum: qꝛ iudicia
tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua

in equitate tua viuifica me.

ET veniat ſuꝑ me mia tua dñe ſaluta
re tuum ſcḋm eloquiū tuū. Et rñdebo
exprobrātibus mihi ṽbum: qꝛ ſperaui in ſer-
monibus tuis. Et ne auferas de oꝛe meo ver-
bū ṽitatis vſqꝫquaqꝫ: qꝛ i iudicijs tuis ſſ ſpa
ui: Et cuſtodiam legē tuā ſemꝑ i ſcl'm ꝛ in
ſeculū ſcl'i. Et ambulabā in latitudie: qꝛ man
data tua exquiſiui. Et loquebar in teſtimōijs
tuis in ꝯſpectu regum ꝛ nō ꝯfundebar. Et
meditabar in mādatis tuis que dilexi. Et le-
uaui manus meas ad mandata tua que dile
xi: ꝛ exercebor in iuſtificationibus tuis.

MEmor eſto ṽbi tui ſuo tuo: in q̊ mi-
hi ſpem dediſti. Hec me ꝯſolata ē in
humilitate mea: qꝛ eloquium tuum
viuificauit me. Supbi iniq̄ agebāt vſqꝫquaqꝫ
a lege āt tua nō ḋcliaui. Memor fui iudicio
rum tuoꝝ a ſeculo dñe: ꝛ ꝯſolatus ſum. De-
fectio tenuit me ꝓ peccatoribus derelinquē
tibus legem tuā. Cātabiles mihi erant iuſti
ficatiōes tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nōis tui dñe: ꝛ cuſtodiui
legē tuā. Hec facta eſt mihi quia iuſtificatio
nes tuas exquiſiui.

POrtio mea dñe: dixi cuſtodire legeꝫ
tuam. Depcatus ſum faciē tuā in to
to corde meo: miſerere mei ſcḋm eloquiū tuuꝫ
Cogitaui vias meas ꝛ ꝯuerti pedes meos in
teſtimonia tua. Paratus ſum ꝛ nō ſum tur-
batus vt cuſtodiam mādata tua. Funes pec
catoꝝ circūplexi ſunt me: ꝛ legē tuā nō ſum
oblitus. Media nocte ſurgebam ad ꝯfitēdū
tibi: ſuꝑ iudicia iuſtificatōis tue: Particeps
ego ſum omnium timentiū te: ꝛ cuſtodiētiū
ſ.32. mandata tua. Mia tua dñe plena eſt terra:
iuſtificationes tuas doce me.

BOnitatē feciſti cum ſuo tuo dñe: ſcḋꝫ
ṽbum tuū. Bonitatē ꝛ diſciplinā ꝛ
ſcientiā doce me: qꝛ in mādatis tuis
credidi. Priuſqꝫ humiliarer ego deliqui ꝓ
pterea eloquiū tuū cuſtodiui. Bonus es tu
ꝛ in bonitate tua doce me iuſtificationes tu-
as. Multiplicata eſt ſuꝑ me iniquitas ſuper
boꝝ: ego aūt i toto corde meo ſcrutabor mā
data tua. Coagulatum eſt ſicut lac cor eoꝛuꝫ
ego vero legē tuā meditatus ſum. Bonum
mihi: qꝛ humiliaſti me: vt diſcam iuſtificatio
nes tuas. Bonum mihi lex oris tui: ſuꝑ mi-
lia auri ꝛ argenti.

Job.10.b. MAnus tue fecerūt me ꝛ plaſmauerūt
me: da mihi intellectum vt diſcā mā
data tua. Qui timent te videbunt me ꝛ leta
buntur: qꝛ in ṽba tua ſupſperaui. Cognoui
dñe qꝛ equitas iudicia tua: ꝛ in veritate tua
humiliaſti me. Fiat miſericordia tua vt cōſo
letur me: ſcḋm eloquiū tuū ſeruo tuo. Veniāt
mihi miſerationes tue ꝛ viuam quia lex tua
meditatio mea eſt. Confundant ſuperbi: qꝛ
iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autē
exercebor in mandatis tuis. Conuertāt mi-
hi timentes te: ꝛ qui nouerūt teſtimonia tua
Fiat cor meuꝫ immaculatuꝫ in iuſtificationi
bus tuis: vt non confundar.

DEfecit i ſalutare tuuꝫ aīa mea: ꝛ i ver
bum tuū ſuperſperaui. Defecerunt
oculi mei in eloquiū tuū: dicētes qñ
cōſolaberis me. Qꝛ factus ſum ſicut vter in
pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblit⁹.
Quot ſūt dies ſerui tui: quando facies de ꝑ
ſequentib⁹ me iudiciū. Narrauerūt mihi ini
q̄ fabulationes: ſed non vt lex tua. Omnia
mandata tua veritas: iniq̄ perſecuti ſūt me:
Adiuua me. Paulominꝰ cōſumauerūt me
in terra: ego aūt nō dereliq̄ mādata tua. Se
cūdū miam tuā viuifica me: ꝛ cuſtodiam te-
ſtimonia oris tui.

IN eternū dñe: verbū tuū permanet
in celo. In generatione ꝛ generatio
nem ṽitas tua: fundaſti terrā ꝛ ꝑmanet. Or
dinatione tua ꝑſeuerat dies qm̄ oīa ſeruiunt
tibi. Niſi ꝙ lex tua meditatio mea ē tē forte
periſſē in hūilitate mea. In eternum nō obli
uiſcar iuſtificationes tuas: qꝛ in ipſis viuifi-
caſti me. Tu⁹ ſū ego ſaluū me fac: qm̄ iuſtifi-
catiōes tuas exq̄ſiui. Me expectauerūt pec
catores vt perderent me: teſtimonia tua itel
lexi. Omnis conſūmationis vidi finem: la-
tū mandatū tuū nimis.

QUomodo dilexi legeꝫ tuaꝫ domine
tota die meditatio mea eſt. Suꝑ ini
micos meos prudenteꝫ me feciſti mandato
tuo: qꝛ in eternū mihi eſt. Super oēs docen
tes me intellexi: qꝛ teſtimonia tua medita-
tio mea ē. Suꝑ ſenes itellexi: qꝛ mādata tua
q̄ſiui. Ab oī via mala ꝓhibui pedes meos: vt
cuſtodiā ṽba tua. A iudicijs tuis non decli-
naui: qꝛ tu legem poſuiſti mihi. Quā dulcia
faucibus meis eloquia tua: ſuꝑ mel ori meo
A mandatis tuis intellexi: ꝓpterea audiui
om nem viam iniquitatis.

LUcerna pedibus meis verbū tuum
ꝛ lumē ſemitꝭ meis. Juraui ꝛ ſtatui
cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Humiliat⁹ ſuꝫ
vſqꝫ quaqꝫ: dñe viuifica me ſcḋm verbum tuū.
Volūtaria oris mei beneplacita fac dñe: ꝛ iu
dicia tua doce me. Anima mea in manibus
meis ſemꝑ ꝛ legē tuā nō ſū oblit⁹. Poſuerūt
peccatores laqueū mihi: ꝛ de mandatis tuis
non erraui. Hereditate acq̄ſiui teſtimonia

tua i eternum quia exultatio cordis mei ſ̄t
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtifica-
tiones tuas in eternum: ꝓpter retributioneꝫ
Iniquos odio habui: ⁊ legē tuā dilexi
Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es tu ⁊ in
verbum tuū ſupſpaui. Declinātes a
me maligni: ⁊ ſcrutabor mādata dī mei. Suſ
cipe me ſm eloquium tuū ⁊ viuā: ⁊ ñ ꝯfūdas
me ab expectatione mea. Adiuua me ⁊ ſaluꝰ
ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſp
Spreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis
qa iniuſtia cogitatio eorum. Preuaricantes
reputaui omnes peccatores terre: iō dilexi
teſtimonia tua. Confige timore tuo carnes me
as: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudiciuꝫ ⁊ iuſticiam ñ tradas me
calumniantibꝰ me. Suſcipe ſuū tu-
uꝫ in bonū: ñ calumniēt me ſupbi. Ocl̄i mei
defecerunt i ſalutare tuū. ⁊ i eloquiū iuſticie
tue. Fac cum ſeruo tuo ſm miſicordiā tuā ⁊
iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus
ſum ego: da mihi intellectū vt ſciā teſtimōia
tua. Tps faciendi dñe diſſipauerūt legē tuam
Iō dilexi mandata tua: ſup aurū ⁊ topaziō
Propterea ad oīa mandata tua dirigebar
omnem viam iniquam odio habui.
Mirabilia teſtimonia tua: iō ſcrutata ē
anima mea: Declaratio ſermonum
tuorum illuminat ⁊ intellectum dat
paruulis. Os meū apui ⁊ attraxi ſpm̄ quia
mandata tua deſiderabam. Aſpice i me ⁊ mi
ſerere mei: ſm iudicium diligentium nomē
tuum. Greſſus meos dirige ſm eloquiū tu-
um: ⁊ non dñet mei oīs iniuſticia: Redime
me a calumnijs hoīm: vt cuſtodiā mandata
tua. Faciem tuā illūina ſup ſuū tuum: ⁊ do-
ce me iuſtificationes tuas. Exitꝰ aquaꝝ dedu
xerunt ocl̄i mei. qꝛ ñ cuſtodierunt legē tuaꝫ
Iuſtus es dñe: ⁊ rectū iudicium tuū
Mandaſti iuſticiā teſtīonia tua: ⁊
veritatē tuā nimis Tabeſcere me fe
cit zelus meus qꝛ obliti ſ̄t vba tua iīmici mei
Ignitū eloquꝫ tuū vehementer: ſuꝰ tuꝰ di
lexit illud. Adoleſcētulus ſū ego ⁊ ꝯtēptus:
iuſtificationes tuas non ſuꝫ oblitus. Iuſticia
tua iuſtia in eternū ⁊ lex tua veritas. Tribu
latio ⁊ anguſtia inuenerūt me: mandata tua
meditatio mea eſt. Equitas teſtimonia tua
in eternum: intellectum da mihi ⁊ viuam.
Clamaui in toto corde exaudi me do
mine: iuſtificationes tuas requiram
Clamaui ad te ⁊ ſaluum me fac: vt
cuſtodiam mandata tua. Preueni i maturi
tate ⁊ clamaui: qꝛ in verba tua ſuperſperaui
Preuenerunt oculi mei ad te diluculo vt
meditarer eloquia tua. Vocē meā audi ſm
miſericordiā tuā dñe: ⁊ ſm iudiciū tuum vi-
uifica me. Appropinquauerūt pſeqn̄tes me
iniquitati: a lege āt tua longe facti ſ̄t. Pro-
pe es tu dñe ⁊ omnes vie tue vitas. Initio co
gnoui de teſtimonijs tuis: quia in eternum
fundaſti ea.
Vide humilitatem meā ⁊ eripe me qꝛ
legem tuā non ſum oblitꝰ. iudica iu
dicium meū ⁊ redime me: pp eloqum tuum
viuifica me. Longe a pccōribꝰ ſalus quia iu
ſtificationes tuas non exq̄ſierūt. Miſericor-
die tue multe dñe: ſecūdū iudiciū tuū viuifi-
ca me. Multi qui perſequunt me ⁊ tribulāt
me: a teſtimonijs tuis ñ declinaui. Vidi pre-
uaricantes ⁊ tabeſcebā: qꝛ eloquia tua ñ cu-
ſtodierunt. Vide qm̄ mādata tua dilexi dñe
in miſericordia tua viuifica me. Pricipium
verborum tuorum veritas: in eternum om-
nia iudicia iuſticie tue
Principes perſecuti ſ̄t me gratis: ⁊ a v
bis tuis formidauit cor meum. Leta
bor ego ſup eloquia tua: ſicut q̄ inuēit ſpolia
multa. Iniq̄tateꝫ odio habui ⁊ abhoīatus
ſū: legem āt tuā dilexi. Septies i die laudem
dixi tibi: ſuper iudicia iuſticie tue. Pax mlˀ
ta diligentibꝰ legē tuā: ⁊ ñ ē illˀ ſcādaluꝫ. Ex
pectabam ſalutare tuum dñe: ⁊ mādata tua
dilexi. Cuſtodiuit aīa mea teſtimōia tua: ⁊ di
lexit ea vehementer. Seruaui mandata tua
⁊ teſtimonia tua: qꝛ omnes vie mee in con-
ſpectu tuo.
Appropinquet depcatio mea i ꝯſpe-
ctu tuo dñe iuxta eloquꝫ tuū da mi-
hi itellectū. Intret poſtulatio mea i ꝯſpectu
tuo: ſm eloquīn tuū eripe me. Eructabūt la-
bia mea hymnū: cū docueris me iuſtificatio-
nes tuas. Pronunciabit lingua mea eloqū
tuum: qꝛ omnia mandata tua equitas. Fiat
manus tua vt ſaluet me qm̄ mandata tua e-
legi. Cōcupiui ſalutare tuū domīe: ⁊ lex tua
meditatio mea ē. Viuet anima mea: ⁊ lau-
dabit te ⁊ iudicia tua adiuuabūt me. Eraui
ſicut ouis q̄ periit: q̄re ſeruū tuū qꝛ mandata
tua non ſum oblitus. Alleluia. Canticū gra
duum. CXIX
Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ ex-
audiuit me. Dñe libera aīam meā a ſ:117
labijs iniq̄s ⁊ a ligua doloſa. Quid detur ti Jone.2.a
bi aut quid apponat tibi ad linguaꝫ doloſā
Sagitte potētis acute: cū carbonibus deſo-
latorijs. Heu mihi qꝛ incolatꝰ meus ꝓlōga-
tus ē hitaui cū hitantibꝰ cedar multū icola
fuit aīa mea. Cū his q̄ oderunt paceꝫ erā pa
cificus: cū loq̄bar illis īpugnabāt me gratis

Canticum graduum. CXX

LEuaui oculos meos in mōtes:vnde
veniet auxiliū mihi. Auxilium meū
a dño ꝙ fecit celum ⁊ trā. Nō det i ꝯmotiōē
Esa.5.8 pedem tuū:neq̧ dormitet ꝙ custodit te. Ecce
non dormitabit neq̧ dormiet:qui custodit if
rahel. Dñs custodit te:dñs protetio tua sup
manum dexterā tuā. Per diē sol nō vret te
neq̧ lunam ꝑ noctē. Dñs custodit te ab oī
malo custodiat aiam tuā dñs. Dñs custodi-
at introitū tuū ⁊ exitū tuū ex hoc nūc ⁊ vsq̧
in seculū. Cāticū graduū. CXXI

LEtatus sum i his ꝙ dicta sūt mihi in
domum dñi ibimꝰ. Stātes erant
pedes nři i atrijs tui ierusalē. Irlz
que edificat vt ciuitas: cuius ꝑtici
patio in idipm. Illuc.n.ascēderūt tribus tri
bus dñi testimoniū isrł ad cōfitendū noi dñi
Qr illic sederunt sedes in iudicio:sedes sup
domū dauid. Rogate ꝙ ad pacē sūt irlm:⁊
abūdantia diligētibus te. Fiat pax in virtu-
te tua:⁊ abūdantia i turribꝰ tuis. Propter
fres meos ⁊ ꝓximos meos: loquebar pacē
de te. Propter domū dñi dei nři ꝗsiui bona
tibi. Canticum graduum. CXXII

ADte leuaui oculos meos:ꝙ hitas i
celis. Ecce sicut ocłi seruoꝝ i māibꝰ
dñoꝝ suoꝝ:Sicut oculi ācille i māi
bꝰ dñe sue:ita oculi nři ad dñm deū nřm do
nec misereaꝛ nři. Miserere nři dñe miserere
nři:qr multū repleti sumꝰ despectōe. Qr mł
tū repleta ē aia nřa:opprobriū abundantibꝰ
⁊ despectio supbis. Canticum. graduū.

NIsi qr dñs erat i nobis · CXXIII
dicat nūc isrł nisi qr dñs erat in no-
bis. Cū exurgerēt hoies in nos: for
te viuos deglutissent nos. Cū irasceretur furor
eoꝝ i nos forsitan aq̄ absorbuisset nos. tor
rentē ꝑtransiuit aia nřa forsitā ꝑtrāsisset aia
nřa aquā intollerabilē. Benedictꝰ dñs: ꝙ
nō dedit nos in captionē dentibꝰ coꝝ. Ania
nřa sicut passer erepta ē de laqueo venanti-
um. Laqueus cōtritꝰ ē ⁊ nos liberati sumus
Adiutoriū nřm in noie dñi:ꝙ fecit celū ⁊ ter
ram. Canticum graduum. CXXIIII

QUi confidunt in domino sicut mōs
syon nō ꝯmouebitur in eternū ꝙ hi-
tat in irlm. Montes in circuitu eiꝰ
⁊ dñs i circuitu ppli sui ex hoc nūc ⁊ vsq̧ in se
culū. Qr nō relinqt dñs virgā pccōꝝ sup sor
tē iustoꝝ.vt nō extēdāt iusti ad iniqtatē ma
nus suas. Bñfac dñe bonis ⁊ rectis corde.
Declinātes aūt i obligationes adducet dñs
cū opantibꝰ iniqtatē:pax sup isrł. Canticum
graduum. CXXV

IN cōuertēdo dñs captiuitatē syon
facti sumꝰ sicut ꝯsolati. Tūc repletū
ē gaudio os nřm:⁊ lingua nřa i ex-
ultatiōe. Tūc dicēt int gentes magnificauit
dñs facere cū eis. Magnificauit dñs facere
nobiscū facti sumꝰ letātes. Cōuerte dñe ca
ptiuitatē nřam sicꝰ torrēs i austro. Qui semi
nāt i lachrymis i exultatiōe metent. Euntes
ibāt ⁊ flebāt mittētes semia sua. Uenientes aūt
venient cū exultatiōe portantes manipulos
suos. Canticū grad salomonis. CXXVI

NIsi dñs edificauerit domū:in vanū
laborauerūt ꝙ edificant eā. nisi dñs
costodierit citatē:frustra vigilat qui
custodit eā. Uanū ē vobis an lucem surgere
surgite postq̧ sederitis ꝙ māducatis panē
doloris. Cū dederit dilectis suis sōnum ecce
hereditas dñi:filij merces fructꝰ vētris. Si-
cut sagitte in māu potētis:ita filij excussoꝝ.
Btūs vir ꝙ impleuit desideriū suū ex ipsis:
nō ꝯfundet cū loquet inimicis suis i porta.
Canticum graduum. CXXVII

BEati oēs ꝙ timēt dñm ꝙ ambulāt i
vijs eis. Labores manuū tuarum qr
māducabis:btūs es ⁊ bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abūdās:i lateribꝰ domꝰ
tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū: i circuitu
mēse tue. Ecce sic bñdicet hō:ꝙ timet dñm.
Benedicat tibi dñs ex syon ⁊ videas bona J.113.
irlm oibus diebꝰ vite tue. Et videas filios fi-
lioꝝ tuoꝝ pacē sup isrł. Canticū graduum.

SEpe expugnauerūt me CXXVIII
a iuuētute mea:dicat nūc isrł. Sepe
expugnauerunt me a iuuētute mea
etenim nō potuerūt mihi. Supra dorsū me-
um fabricauerunt peccatores ꝓlongauerūt
iniquitatem suā. Dominꝰ iustꝰ concidet cer
uices peccatoꝝ: cōfundantur ⁊ conuertantur
retrorsum oēs qui oderunt syon. Fiant sicut
fenū tectoꝝ:qd priusq̧ euellaꝛ exaruit. De
quo nō iplebit manum suam qui metet:⁊ si
num suum qui manipulos colliget. Et non
dixerūt ꝙ preteribant benedictio domini sup
vos:benediximꝰ vobis i noie domini. Can
ticum graduū.

DEprofundis clamaui CXXIX
ad te dñe:dñe exaudi vocē meā. Fi
ant aures tue intendētes:in vocē de
precatiōis mee. Si iniqtates obseruaueris
dñe:dñe ꝗs sustinebit: Qnia apud te ꝓpitia
tio ē:⁊ ꝑꝑ legem tuā sustinui te domie. Su
stinuit aia mea i verbo eius sperauit anima
mea in domino. A custodia matutina vsq̧
ad noctem speret israel in domino. Quia
apd dñm misericordia:⁊ copiosa apd eū rdēptō

Et ipse redimet isrl': ex oib⁹ iniqtatibus eius.
Cãticũ graduum. CXXX.
DOmie nõ ẽ exaltatũ cor meũ: neq̃ e-
lati sũt ocli mei: neq̃ ãbulaui in ma
gnis: neq̃ i mirabilib⁹ sr me. Si nõ hũiliter
sentiebã: sʒ exaltaui aĩaʒ meã. Sicut ablacta
tus ẽ sup mr̃eʒ suaʒ: ita retributio i aĩaʒ meã.
Spet isrl'i dño: ex hoc nũc ⁊ vsq̃ i seculum.
Canticũ graduũ. CXXXI.
MEmẽto dñe dauid: ⁊ oĩs mãsuetudĩs
eius. Sicut iurauit dño: votũ vouit
deo iacob. Si itroiero i tabernaculũ domus
mee: si ascendero i lectũ strati mei. Si dede-
ro sõnũ ocul' meis: ⁊ palpebris meis dormi-
tationẽ. Et reqeʒ tpribus meis: donec inueni
am locũ dño: tabernaculum deo iacob. Ecce
audiuimus eã in effrata: iuenimus eã i cam
pis silue. Introibim⁹ i tabernaculũ ei⁹: ado-
rabimus i loco vbi steterũt pedes eius. Sur
.6.g. ge dñe i reqeʒ tuaʒ: tu ⁊ archa scificatiõis tue
Sacerdotes tui iduant iusticiã: ⁊ sancti tui
exultẽt. Propter dauid seruũ tuũ nõ auer-
tas faciẽ christi tui. Jurauit dñs dd̃ vitatem
⁊ nõ frustrabit eũ: de fructu ventris tui ponã
sup sedem tuaʒ. Si custodierit filij tui testa-
mẽtũ meũ: ⁊ testimonia mea h̃ q̃ docebo eos
Et filij eor̃ vsq̃ in seculũ: sedebũt sup sedem
tuã. Qm̃ elegit dñs syõ: elegit eã in habita-
tioneʒ sibi. Hec reqes mea i seculũ seculi: hic
habitabo qm̃ elegi eaʒ. Viduã ei⁹ benedicẽs
bñdicã: pauperes ei⁹ saturabo panibus. Sa
cerdotes ei⁹ induaʒ salutari: ⁊ sancti eius ex
ultatiõe exultabũt. Jlluc pducã cornu dd̃:
paraui lucernã xpo meo. Jnimicos ei⁹ iduã
ɔfusione: sup ipsuʒ ãt efflorebit sanctificatio
mea. Canticũ graduũ. CXXXII.
ECce q̃ʒ bonũ ⁊ q̃ʒ iocũdũ: hĩtare frẽs
i vnũ. Sicut vnguẽtũ i capite: qd̃ de-
scẽdit i barbã barbaʒ aarõ. Qd̃ dscẽ
dit in orã vestimẽti ei⁹: sicut ros hermon q̃
descẽdit i mõtẽ syon. Qm̃ illic mãdauit dñs
bñdictionẽ: ⁊ vitã vsq̃ in seculum. Canti
cum grad̃. CXXXIII.
ECce nũc benedicite dño: oẽs s̃ui dñi.
f.34. Qui stat̃ i domo dñi: in atrijs dom⁹
dei nr̃i. Jn noctibus extollite man⁹ vr̃as in
ŝ.127. scã: ⁊ benedicite dñʒ. Bñdicat te dñs ex syõ:
qui fecit celũ ⁊ t̃rã Allĩa CXXXIIII.
ŝ.112. LAudate nomẽ dñi: laudate s̃ui dñm
ŝ.133. Qui statis i domo dñi: in atrijs do-
m⁹ dei nr̃i. Laudate dñm q̃r bonus
dñs: psallite noi eius qm̃ suaue. Qm̃ iacob
elegit sibi dñs. isrl' in possessionẽ sibi. Q̃r ego
cognoui q̃ magnus ẽ dñs: ⁊ deus nr̃ p̃ oib⁹
dijs. Oĩa q̃cũq̃ voluit dñs fecit in celo ⁊ in
terra: in mari ⁊ in oibus abyssis. Educẽs nu- hiere.10.c.
bes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fe
cit. Qui producit ventos de thesauris suis: ŝ.77.ŝ.104
qui pcussit priogenita egypti ab hoie vsq̃ ad
pec⁹. Et misit signa ⁊ prodigia in medio tui Exo.12.d.
egypte: in pharaonem ⁊ in oẽs seruos eius.
Qui pcussit gentes multas: ⁊ occidit reges
fortes: Seon regem ãmorreorũ: ⁊ og regem
basan: ⁊ oĩa regna chanaan. Et dedit terram
eorum hereditatem: hereditatẽ isrl' populo
suo. Dñe nomẽ tuũ in eternũ: domie memo
riale tuum in generatione ⁊ generationem.
Q̃r iudicabit dñs pplm̃ suũ: ⁊ in seruis suis
depcabit. Simulacra gentiũ argentuʒ ⁊ aur̃ ŝ.113.
opera manuũ hominum. Os hñt ⁊ non lo- Sap.15.d.
q̃nt: oclos hñt ⁊ nõ videbũt. Aures hñt ⁊ nõ
audiẽt: neq̃ .n. est spũs in ore ipsor̃. Similes ŝ.113.
illis fiant q̃ faciũt ea: ⁊ oẽs q̃ cõfidũt in eis.
Domus isrl' benedicite dño: dom⁹ aaron: be
nedicite dño. Dom⁹ leui bñdicite dño: qui
timetis dñm bñdicite dño. Benedictus dñs
ex syon: q̃ habitat in irlm̃. Alleluia.
COnfitemini domino CXXXV. ŝ.140.⁊.105
qm̃ bon⁹: qm̃ i seculũ mĩsicordia ei⁹ et.106.
Cõfitemini deo deor̃: qm̃. Cõfitemi-
ni dño dñor̃. qm̃. Qui facit mirabilia magna
solus: qm̃. Qui fecit celos in intellectu: qm̃.
Qui firmauit terrã sup aquas: qm̃. Qui fe-
cit luminaria magna: qm̃. Solem in ptãte
diei: qm̃. Lunam ⁊ stellas in potestatẽ noct̃
qm̃. Qui percussit egyptũ cũ priogenitis eo-
rũ: qm̃. Qui eduxit isrl' de medio eorum: qm̃
Jn manu potẽti ⁊ brachio excelso: quoniaʒ
Qui diuisit mare rubr̃ in diuisiones: qm̃. Et
eduxit isrl' p mediũ ei⁹: qm̃. Et excussit phara
onẽ ⁊ v̓tuteʒ eius in mari rubro: quoniam.
Qui transduxit pplm̃ suum per desertum:
qm̃. Qui percussit reges magnos: quoniam
Et occidit reges fortes: quoniam. Seon re-
gem ammorreorum: quoniaʒ. Et og regem
basan: quoniam. Et dedit terrã eorum here-
ditatẽ: qm̃. Hereditatem isrl' seruo suo: qm̃.
Quia in humilitate nostra memor fuit nr̃i.
quoniã. Et redemit nos ab inimicis nostris.
quoniam. Qui dat escam omni carni: quo-
niam. Confitemini deo celi: quoniam. Con-
fitemini domino dominorum: qm̃ in eternũ
misericordia eius. ps. CXXXVI.
SUp flũia babylonis illic sedim⁹ ⁊ fle
uim⁹, dũ r̃cordaremur tui syõ. Jn sa
licib⁹ i medio eius: suspendimus or
gana nostra. Quia illic interrogauerũt nos
qui captiuos duxerunt nos verba cãtionuʒ
Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate
nobis de canticis syon. Quõ cãtabimus cã-

ticū dñi: ī t̄ra aliena? Si oblit⁹ fuero tui iƚm
obliuiōi det̄ dextera mea. Adhereat lingua
mea faucibus meis: si nō meminero tui. Si
nō ꝓposuero tui iƚm: in ꝓncipio letitie mee
Memor esto dñe filioꝝ edom: ī die iƚz. Qui
dicūt exinanite exinanite: vsqꝫ ad fundamē
tum in ea. Filia babylonis misera: beatus q̄
retribuet tibi benedictionē tuā quā retribui
sti nobis. Btūs qui tenebit ⁊ allidet paruu
los suos ad petram. Psalmus ipsi dauid.
CXXXVII
P.t.s. 110 Confitebor tibi do-
mine in toto corde meo: qm̄ audisti
v̄ba oris mei. In ꝯspectu angeloꝝ
psallaꝫ tibi: adorabo ad tēplum sanctuꝫ tuū
s.113. ⁊ ꝯfitebor nomini tuo. Super misericordia
tua ⁊ veritate tua: qm̄ magnificasti sup oē
s.101. nomē scm̄ tuū. In quacūqꝫ die inuocauero te
exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutē
Cōfiteant̄ tibi dñe oēs reges terre: q2 audie
runt oīa v̄ba oris tui. Et cantent in vijs dñi:
qm̄ magna ē gl'ia dñi. Qm̄ excelsus dñs ⁊ hu
milia respicit: ⁊ alta a lōge cognoscit. Si am
bulauero in medio tribulatiōis viuificabis
me: ⁊ sup irā inimicoꝝ tuoꝝ extēdisti manū
tuā: ⁊ saluū me fecit dextera tua. Dñs retri-
buet ꝓ me: dñe mīa tua in seculū opera ma
nuū tuaꝝ ne despicias. In finem psalm⁹
dauid. CXXXVIII
Domine ꝓbasti me ⁊ cognouisti me
tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurre
ctionē meā. Intellexisti cogitatiōes meas d̄
lōge: semitā meā ⁊ funiculū meū inuestiga-
sti. Et oēs vias meas ꝓuidisti: q2 n̄ est sermo i
lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti oīa no-
uissima ⁊ antiqua: tu formasti me: ⁊ posuisti
sup me manū tuā. Mirabilis facta est sciētia
tua ex me: confortata ē ⁊ nō potero ad eam.
Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugi
am? Si ascēdero in celū tu illic es: si descēde
ro ad infernū addes. Si sūpsero pēnas me-
as diluculo: ⁊ habitauero i extremis maris.
Eteni illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit
me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre ꝯcul
cabūt me: ⁊ nox illuminatio mea in delitijs
meis. Q2 tenebre nō obscurabūt̄ p te: ⁊ nox
sicut dies illuminabit̄: sicut tenebre eius: ita
⁊ lumē eius. Q2 tu possedisti renes meos: su
scepisti me de vtero m̄ris mee. Cōfitebor ti-
bi q2 terribiliter magnificatus es: mirabilia
opera tua: ⁊ aīa mea cognoscet nimis. Non
est occultatum os meū a te quod fecisti i oc
culto: ⁊ substātia mea i iferiorib⁹ t̄re. Impfe
ctū meū viderunt oculi tui: ⁊ i libro tuo oēs
scribentur: dies formabuntur ⁊ nemo in eis
Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui
deus: nimis ꝯfortat⁹ ē principatus eoꝝ. Di-
numerabo eos ⁊ sup arenā multiplicabunt̄
exurrexi ⁊ adhuc sū tecū. Si occideris deus
peccatores viri sanguinū declinate a me. Q2
dicitis in cogitatione: accipiāt i vanitate ci-
uitates suas. Nōne q̄ oderūt te dñe oderā ⁊
sup inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio
oderā illos: inimici facti sunt mihi. Proba s.25.
me deus ⁊ scito cor meū: interroga me ⁊ co-
gnosce semitas meas. Et vide si via iniquita
tis in me ē: ⁊ deduc me in via eterna. In fi-
nem. ꝓs dauid. CXXXIX
ERipe me dñe ab oī malo: a viro ini
quo eripe me. Qui cogitauerūt ini-
quitates in corde: tota die ꝯstituebāt prelia.
acuerūt linguas suas sicut serpētes: venenū
aspidū sub labijs eoꝝ. Custodi me dñe d̄ ma
nu peccatoris: ⁊ ab hoīb⁹ iq̄s eripe me. Qui
cogitauerūt supplātare gressus meos: abscō
derūt sup̄bi laqueū mihi. Et funes extēderūt
in laqueū: iuxta iter scandalū posuerūt mihi
Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi dñe vocē
deprecationis mee. Dñe dñe virtus salutis
mee: obumbrasti sup caput meū in die belli.
Nō tradas me dñe a desiderio meo peccato
ri: cogitauerunt ꝯ me: ne derelinquas me ne
forte exaltentur. Caput circuitus eorum: la-
bor labioꝝ ipsoꝝ operit eos. Cadent sr̄ eos
carbones: in ignē deijcies eos in miserijs non
subsistēt. Vir linguosus non dirigetur i t̄ra: viꝝ
iniustuꝫ mala capiēt i interitu. Cognoui q2 faci
et dñs iudicium inopis: ⁊ vindictā pauꝑꝝ
Veꝝtū iusti cōfitebunt̄ noī tuo: ⁊ hītabunt
recti cum vultu tuo. ꝓs dd̄. CXL
Domine clamaui ad te exaudi me:
intēde uoci mee cū clamauero ad te
dirigat̄ ōro mea sicut icēsū i ꝯspectu
tuo eleuatio manuum meaꝝ sacrificium ve-
spertinum. Pōe dñe custodiā ori meo: ⁊ ostiū Ecci. 22.d.
circūstātie labijs meis. Non declines cor
meum in v̄ba malicie: ad excusandas excu-
satiōes in pcc̄is. Cū hoīb⁹ opantib⁹ iniq̄tatē
⁊ nō cōibabo cum electis eoꝝ. Corripiet me
iustus in mīa ⁊ icrepabit me: oleū āt pcc̄oris
n̄ inpinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ ōro
mea in bn̄placitꝭ eoꝝ: absorti sūt iuncti petre
iudices eoꝝ. Audiēt v̄ba mea qm̄ potuerunt
sicut crassitudo t̄re: erupta est sup t̄rā. Dissi-
pata sūt ossa n̄ra secus infernum: q2 ad te dñe
dñe ocl'i mei: in te sꝑaui n̄ auferas aīaꝫ meā
Custodi me a laq̄o quē statuerunt mihi: ⁊ a
scādalis opantium iniq̄tatē. Cadēt i retiaculo
ei⁹ pcc̄ōres singularit̄ sū ego donec trā
(scā) Intellectus dd̄ cū eēt i spelunca. Ōro.
Voce mea ad dominū clamaui CXLI

s.76. voce mea ad dominum deprecatus sum. Ef
fundo in conspectu eius orationem meam
⁊ tribulationē meā añ ipsum pnuncio. In
deficiendo ex me spūm meum: ⁊ tu cognoui
sti semitas meas. In via hac q̄ ambulabā: ab
sconderūt laqueū mihi. Cōsiderabam ad dex
teram ⁊ videbā: ⁊ n̄ erat q̄ cognosceret me.
Perijt fuga a me ⁊ nō ē q̄ reqrat aīaz meā
Clamaui ad te domine: dixi tu es spes mea
portio mea in terra viuētiū. Intēde ad dep
cationez meā: qr humiliat⁹ sū nimis. Libera
me a persequētib⁹ me: qr pfortati sūt super me.
Educ de custodia aīam meā ad cōfitenduz
nomi tuo: me expectāt iusti donec retribuas
mihi. ps dd q̄n psequebatur eū filius suus
absalon. CXLII.
s.101 DOmine exaudi orōnez meā aurib⁹
percipe obsecrationē meaz: in veritate
tua exaudi me in tua iusticia Et non intres
in iudicium cū seruo tuo qr nō iustificabit in
conspectu tuo ois viuens. Qr psecut⁹ est ini
mic⁹ animā meā: humiliauit in terra vitam
meaz. Collocauit me in obscuris sicut mor
tuos seculi: anxiatus ē super me spūs meus
in me turbatū est cor meuz Memor fui die
rum antiquoꝝ. meditat⁹ sum in oib⁹ opibus
tuis: in factis manuū tuaꝝ meditabar. Expā
di manus meas ad te: aīa mea sicut terra sine
s.101 aq̄ tibi. Velociter exaudi me domie: defecit
spūs meus. Nō auertas faciē tuam a me: ⁊ si
milis ero descendentibus in lacū. Auditam
fac mihi mane miam tuam: qr in te spera
ui Notā fac mihi viam in q̄ ambulē: qr ad te
leuaui animam meā: Eripe me de inimicis
meis dñe ad te confugi: doce me facere vo
luntatem tuam qr deus me⁹ es tu. Spūs tu
us bonus deducet me in terrā rectā pp no
mē tuum dñe viuificabis me in equitate tua
Educes de tribulatione animā meam: ⁊ in
misericordia tua disperdes inimicos meos
Et perdes omnes qui tribulant aīaz meam
quoniam ego seruus tuus sum. ps dauid
aduersus goliam. CXLIII.
s.17. BEnedictus dñs deus me⁹ qui do
cet manus meas ad prelium ⁊ di
gitos meos ad bellum. Mia mea
refugium meū: susceptor meus ⁊ liberator
meus: Protector me⁹ ⁊ in ipso speraui: qui
s.8. subdit ppl'm meum sub me. Dñe qd est hō
qr innotuisti ei: aut filius hominis quia repu
tas eū? Hō vanitati similis factus est: dies
Job.8. eius sicut vmbra pretereunt. Dñe inclina ce
los tuos ⁊ descende: tange montes ⁊ fumi
gabunt. Fulgura coruscationē. ⁊ dissipabis
eos: emitte sagitas tuas ⁊ conturbabis eos

Emitte manum tuam de alto: ⁊ libera me
de aquis multis: ⁊ de manu filiorum alieno
rum. Quorum os locutum est vanitatem
⁊ dextera eorum dextera iniq̄tatis. Deus cā
ticum nouū cantabo tibi: in psalterio deca
chordo psallam tibi. Qui das salutē regib⁹
qui redemisti dauid seruum tuū: de gladio
maligno eripe me. Et erue me de manu fi
liorum alienorum quoꝝ os locutū ē vanita
tem ⁊ dextera eoꝝ dextera iniq̄tatis. Quoꝝ
filij sicut nouelle plātatiōes: in iuuētute sua
Filie eorum ɔposite: circūornate vt simili
preuenire ſolem ad bn̄dictionēꝫ tuā: ⁊ ad or
tum lucis te adorare. Jngrati.n. ſpes tāq̄ꝫ hy
bernalis glaties tabeſcet: ⁊ diſperiet tanquā
aqua ſuperuacua. XVII

A Magna ſunt.n. iudicia tua dn̄e: ⁊ in
enarrabilia verba tua: ꝓp hꝰ indiſci
plinate aīe errauerūt. Dū.n. perſua
Exo.10.f. ſum habent iniqui poſſe dn̄ari natōi ſcē: vin
culis tenebrarum ⁊ longe noctꝭ ꝯpediti iclu
ſi ſub tectiſ fugitiui: perpetue ꝓuidētie iacue
runt: ⁊ dū putāt ſe latere i obſcuriſ pccīs tene
broſo obliuionis velamēto diſpſi ſunt: pauen
tes horrende: ⁊ cum āmiratōe nimia ꝑturba
ti. Neq̄ꝫ.n. que continebat illos ſpelunca ſiñ
timore cuſtodiebat: q̄m ſōitꝰ deſcendēs ꝑtur
B babat illos: ⁊ perſone triſtes illis apparētes
pauorem illꝭ ꝑſtabant. Et ignis q̇dē nulla vis
poterat illꝭ lumen ꝑbere: nec ſiderꝝ lipide flā
me illuminare poterant illā noctē horrēdāꝫ
Apparebat āt illꝭ ſubitaneus ignis: timore
plenus ⁊ timore ꝑcuſſi illiꝰ q̄ ñ videbatur fa
ciei eſtimabant deteriora eē q̄ videbātur: ⁊
magice artis appoſiti erant deriſus: ⁊ ſapie
glorie correptio cum ꝯtūelia. Jlli.n. q̇ ꝓmit
tebant timores: ⁊ perturbatiōes expellere ſe
ab aīa languente: hi cū deriſu pleni timore lā
guebant. Nā ⁊ ſi nihil eos ex mōſtris ꝑturba
bat: tranſitu aīalū ⁊ ſerpētium ſibilatōe com
moti: tremebūdi peribant. ⁊ aerē quē nulla
rōe q̇s effugere poſſet: negātes ſe videre. Fre C
quenꝛ.n. preoccupāt peſſima: redarguēte cō
ſcientia. Cū ſit.n. timida nequitia: data ē i oī
um ꝯdenatōēꝫ. Sp.n. ꝑſumit ſeua: pertur
bata ꝯſcia. Nihil.n. eſt timor niſi ꝑſūptōis
adiutoriū: prodicio cogitatiōis auxilioꝝ. Et
dū ab intro minor eſt expectatio: maiorē pu
tat potentiam eiꝰ cāe d̄ qua tormētū preſtat
Jlli āt qui in potētē venere noctē: ⁊ ab īfimiſ
⁊ ab altiſſimis ſuperuenictē: eūdē ſomnum
dormientes aliq̄n monſtroꝝ exagitabanꝛ ti
more: aliq̄n aīe deficiebant traductione. Su
bitaneus.n. illꝭ ⁊ inſperatꝰ timor ſuperuene
rat. Deinde ſi quiſq̄ꝫ ex illis decidiſſet: cuſto B
diebatur in carcere ſine ferro recluſus. Si.n
ruſticus q̇s erat: aut paſtor: aut agri laborūꝫ
operariꝰ ꝑoccupatus eſſet: īeſugibilē ſuſtie
bat neceſſitatē. Una enim cathena tenebrarum
omnes erāt colligati. Siue ſpūs ſibilāſ: aut i
ter ſpiſſos arborū ramos auiū ſonus ſuauis
aut viſ aque decurrētꝭ nimiū. aut ſonꝰ validꝰ
precipitaꝝ petraꝝ aut ludētiū aīaliū curſus
inuiſus. aut mugientiū valida beſtiarūꝫ vox
aut reſonans de altiſſimis mōtibꝰ echo: defi
cientes faciebat illos ꝑ timore. Oīs.n. orbis
terraꝝ lipido illuminabatur lumine ⁊ non i
peditis opibus ꝯtinebaꝛ. Solis āt illis ſuꝑ
poſita erat grauis nox: imago tenebrarum
que ſuperuentura illis erat. Jpſi ergo ſibi
erant grauiores tenebre. XVIII.

Sanctis aūt tuis maxima erat lux. ⁊ A
horum q̇dē vocē inimici audiebāt: ſꝫ Exo
figuram nō videbāt. Et q̇a nō ⁊ ipſi
eadē paſſi erant. magnificabant te. ⁊ q̇ añ le
ſi erant. quia ñ ledebāꝛ. grāſ agebāt tibi. ⁊ vt
eſſet diia: te deum petebāt. Propꝛ qḋ ignis
ardentem colūnā ducē hābuerūt ignote vie
⁊ ſolem ſiñ leſura boni hoſpitij ꝑſtitiſti. Di
gniꝰ quidē illi careꝛ luce ⁊ pati carcerē tene
braꝝ q̇ iclusos cuſtodiebāt filios tuos. ꝑ q̄s
incipiebat incorruptū legis lumē ſclo dari Ex
Cum cogitarēt iuſtoꝝ occideꝛ ifantes. ⁊ vno exo.
expoſito filio ſed liberato in traductionē il Ex
lorum mlꝭtitudiem filioꝝ abſtuliſti. ⁊ pariter
illos perdidiſti in aq̄ valida. Jlla.n. nox añ
cognita ē a pr̄ibus nr̄is: vt vere ſciētes q̇bus

ĩsramentis crediderũt: aieq̃ores essent. Su
scepta ẽ ãt a populo tuo sanitas q̃dẽ iustoꝝ
iniustorum aũt exterminatõ. Sicut.n. lesisti
aduersarios nr̃os. sic ꝛ nos ꝓuocãs magnifi
casti. Absconse.n. sacrificabant iusti pueri
bonorum. ꝛ iusticie legẽ in ꝯcordiã disposue
runt silr̃ bona ꝛ mala percepturos iustos:
pr̃i omniũ ꝯcantãtes laudes. Resonabat
aũt icõueiẽs inimicoꝝ vox. ꝛ flebilis audiebat
.e. plãctus ploratoꝝ ĩfãtiũ. Silr̃ aũt pena suus
cum dño afflict⁹ ẽ. ꝛ pplr̃is hõ regi silr̃a pas
sus. Silr̃ter ergo oẽs vno noie mortis. mor
tuos hẽbãt innumerabiles. Nec.n. ad sepeliẽ
dum viui sufficiebant: qñ vno momento que
C erat preclarior natio illoꝝ exterminata ẽ. De
oibus.n. nõ credẽtes ꝓpt̃ bñficia: tũc cũ p̃miũ
fuit exterminiũ p̃mogenitoꝝ spoponderunt
populum dĩ se eẽ. Cũ.n. q̃etũ silẽtiũ ꝯtineret
oia ꝛ nox in suo cursu medium iter haberet
omnipotẽs sermo tu⁹ dñe exiliẽs de celo a
regalibus sedib⁹. durus debellator in medi
am extermini t̃rã ꝓsilnit: gladius acutus in
simulatum imperium tuũ portãs: ꝛ stãs reple
uit oia morte: ꝛ vsq̃ ad celũ attingebat stãs i
terra. Tũc continuo vis⁹ sõnioꝝ maloꝝ turba
uer̃t illos. ꝛ timores supuener̃t ĩspati. Et alius
alibi ꝓiectus semiuiu⁹ ꝓpt̃ quã moriebat eã
demõstrabat mortis. Visiões.n. q̃ illos turba
uerunt hec p̃mõebant. ne ĩsciĩ q̃re mala pati
ebantur perirẽt. Tetigit aũt tunc ꝛ iustos tẽ
D tatõ mortis: ꝛ commotio in heremo facta ẽ
.g. mlr̃titudinis. sed nõ diu pmãsit ira tua. Pro
perans.n. hõ sine q̃rela depcari pro pplr̃is ꝓ
ferens seruitutĩ sue scutũ orõnẽ. ꝛ p incẽsũ de
precationem allegans. restitit ire ꝛ finẽ ipo
suit necessitati: ostẽdẽs qm̃ tu⁹ ẽ famlr̃s. Vi
cit ãt turbas ñ i v̓tute corpis nec armatura
potentie: s; v̓bo illũ q̃ se vexabat subiecit iu
ramenta parentũ ꝛ testamẽtuz cõmemorãs
Cum.n. iam aceruati cecidissẽt sup alterutrũ
mortui: interstitit ꝛ ãputauit impetũ ꝛ diui
.b sit illam q̃ ad viuos ducebat viam. In veste
enim põderis quã hẽbat: tot⁹ erat orbis t̃raꝝ
ꝛ lparentũ magnalia in q̃tuor ordinib⁹ lapi
dum erãt sculpta. ꝛ magnificẽtia tua in dia
demate capitis illius scripta erat: his ãt ces
sit qui exterminabat. ꝛ h̃ extimuit. Erat enĩ
sola tentatio ire sufficiens. XIX

A IMpiĩs aũt vsq̃ in nouissimum sine
misericordia ira supuenit. Prescie
bat.n. ꝛ futura illoꝝ: qñ cũ ipsi pmi
sissent vt se educerẽt. ꝛ cum magna solicitu
dine premisissẽt illos ꝓseq̃bãt illos pẽitẽtie
actus. Adhuc.n. inter mãus hñtes luctũ: ꝛ d
plorantes ad monumẽta mortuoꝝ. aliam si
bi assũpser̃t cogitatiõnẽ insciẽtie ꝛ q̃s regnã
tes ꝓiecerant: hos tãq̃ fugitiuos ꝓseq̃bant
Ducebat.n. illos ad hũc finẽ digna necitas
ꝛ hoꝝ q̃ acciderant cõmemoratõez amitte
bãt: vt q̃ deerant tormẽtĩ repleret punitio:
ꝛ pplr̃s q̃dez tu⁹ mirabilr̃ transiret: illi autẽ
nouam mortẽ inueñret. Ois eñi creatura ad B
suũ gẽus ab inicio refigurabatur deseruiẽs tu
is p̃ceptis: vt pueri tui custodirent̃ illesi. Nã
nubes castra eoꝝ obũbrabat. ꝛ ex aqua que
añ erat. terra arida apparuit. ꝛ in mari rubro
via sine impedimẽto. ꝛ cãp⁹ germinãs de ꝓ
fũdo nimio p quẽ ois natõ transiuit q̃ tege
batur tua manu videntes tua mirabilia ꝛ
monstra. tãq̃.n. eq̃ depauerunt escam ꝛ tãq̃
agni exultauerunt magnificantes te dñe q̃ li
berasti illos. Memores.n. erant adhuc eo
rũ q̃ in incolatu illoꝝ facta fuerãt quẽadmo
dum ꝓ natõne aialiũ eduxit t̃ra muscas. ꝛ
ꝓ piscibus eructauit fluuius mlr̃titudinẽ ra
naꝝ. Nouissime ãt viderant nouã creaturã C
auium: cum abducti ꝯcupia postulauerũt es
cas epulatõis. In allocutionne.n. desideriĩ
ascendit illis de mari ortigometra. ꝛ vexati
ones peccõrib⁹ superuenerunt non sine illis
que ante facta erant argumentis per vim
fluminum. Iuste.n. patiebãtur secundum su
as neq̃tias. Eteni detestabiliorẽ inhospitalita
tem istituerũt. Aliĩ q̃dem ignotos nõ recipi
ebãt aduenas: aliĩ aũt bonos hospites in ser
uitutẽ redigebãt. Et nõ solũ h̃: sed ꝛ alius q̃
dem respectus illoꝝ erat qm̃ iuiti recipiebãt
extraneos. Qui aũt cũ leticia receperũt hos
qui eisdẽ vsi erãt institutĩ: seuissimis afflixe
rũt dolorib⁹. Percussi sũt aũt cecitate: sicut Geñ.19.c
illi i foribus iusti: cũ subitaneis coopti essent
tenebris. Vnusquisq̃ trãsitũ ostiĩ sui q̃rebat
In se.n. elementa dũ ꝯuertunt̃: sic in orga D
no q̃litas sonus imutat̃ ꝛ oia suũ sonũ custo
diũt. Vñ estiari ex ipo visu certo põt. Agre
stia.n. i aq̃tica ꝯuertebãt̃ ꝛ q̃cũq̃ erãt natãtia
transibant. Ignis in aqua valebat supra suã Exo.9.e.
v̓tutem: ꝛ aqua extinguentis nature obliui
scebatur. Flãme econtrario corruptibilium
animalium nõ vexauerunt carnes coambu
lantiũ: nec dissoluebãt illã q̃ facile dissolue
bat̃ sicut glacies bonã escã. In oib⁹.n. magni
ficasti pplm̃ tuũ dñe: ꝛ honorasti: ꝛ nõ despe
xisti in omni tpe ꝛ in oi loco assistẽs eis.

Explicit liber Sapientie.

Incipit prologus libri Iesu filiĩ sy
drach q̃ ecclr̃iasticus appellatur.

MVltorum nobis ꝛ magnoꝝ p le A
gẽ ꝛ ꝓphetas aliosq̃ qui secuti

sunt illos: sapia demonstrata est i q̇bus opor
tet laudare israel: doctrine ⁊ sapie causa: qr
non solum ipsos loquentes necesse est esse
peritos: sed ēt extraneos posse ⁊ discentes ⁊
scribentes doctissimos fieri. Auus meus ihe
sus postq̈ se dedit ad diligentiam lectionis
legis ⁊ prophetarum ⁊ aliorum librorum q̊
nobis a parentibus nostris traditi sunt: volu
it ⁊ ipse scribere aliquid horum que ad do
ctrinam ⁊ sapientiam pertinēt: vt desideran
tes discere: ⁊ illorum periti fieri magis ma
gisq̈ attēdāt aīo: ⁊ ꝯfirment ad legitimā vi
tā. Hortor itaq̈ venire vos cū beniuolētia ⁊
attentiore studio lectionē facere ⁊ veniā ha
bere in illis i q̇bus videmur sequētes imagi
nem sapiētie: ⁊ deficere i v̇bor̄ cōpositione.
Nā deficiēt v̇ba hebraica qñ fuerit trāslata
ad alteram linguā. Non aūt solū hec: sed ⁊
ipsa lex ⁊ prophete: ceteraq̈ alior̄ librorꝫ nō
paruā hñt dr̃iam qñ inter se dicūt. Nā i octa
uo ⁊ tricesimo anno tp̄ibus Ptolemei euer
getꝭ regis postq̈ perueni i egyptum: ⁊ cū mlt̃
tū tp̄is ibi fuissē iueni ibi libros relictos non
parue neq̈ contēnende doctrīe. Itaq̈ bonū
⁊ necc̄ium putaui: ⁊ ipse aliquam addere dili
gentiam ⁊ laborē iterpretandi librum istum
⁊ multa vigilia attuli doctrinā i spatō tp̄is
ad illa q̄ ad finem ducūt libꝛ istum dare: ⁊ il
lis q̊ volūt aīum itēdere: ⁊ discere quēadmo
dum oporteat istituere mores q̊ sm̄ legē dñi
ꝓposuerit vitam agere.

Explicit prologus. Incipit liber eccle
siasticus. Caplm̄. I

Omnis sapia a dño deo: ⁊ cū
A illo fuit semper ⁊ est añ euū.
Arenā maris ⁊ pluuie gut
tas ⁊ dies seculi q̇s dinume
rauit. Altitudinem celi ⁊ la
titudinem terre ⁊ ꝓfundum
abyssi q̇s dimensus est. Sapiam dei precedē
tem oia q̇s iuestigauit. Prior oium creata ē
sapia: ⁊ itellectus prudentie ab euo. Fons sa
pientie verbum dei i excelsis: ⁊ igressus illi9
mandata eterna. Radix sapie cui reuelata
ē ⁊ astutias illi9 q̇s agnouit. disciplina sapie
cui reuelata ē ⁊ māifestata ⁊ mlt̃iplicationē i
gressus illi9 q̇s itellexit. Un9 est altissimus
creator oium oīpotens: ⁊ rex potens ⁊ metuē
dus nimis: sedēs super thronum illius: ⁊ do
B minans deus. Ipse creauit illam in spū san
cto: ⁊ vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mensus est. Et ef
fudit illam super oia opera sua: ⁊ super om
nem carnem: sm̄ datum suum ⁊ prebet illā
diligentibus se. Timor dñi glia ⁊ gloriatio ⁊
letitia ⁊ corona exultatōis. Timor dñi dele

ctabit cor: ⁊ dabit letitiam ⁊ gaudium i lon
gitudinem dierum. Timenti dñm bene erit i
extremis: ⁊ i die defunctōis sue benedicetur.
Dilectō dei honorabil' sapia: q̇bus autē ap
paruerit i visu: diligunt eā i visione: ⁊ i agni
tione magnalium suorum. Initium sapie ti Ps.110.
mor dñi: ⁊ cum fidelibus i vulua concreatus Pro.1.
est: ⁊ cum electꝭ feminis graditur. ⁊ cum iu ⁊9.b
stis ⁊ fidelibus agnoscitur. Timor dñi scie re
ligiositas. Religiositas custodiet ⁊ iustifica
bit cor: iocunditatem atq̈ gaudium dabit.
Timenti deum bene erit: ⁊ i diebus consola C
tionis illius benedicetur. Plenitudo sapie
timere deum: ⁊ plenitudo a fructibus illius.
Omnem domum illius iplebit a generatōi
bus: ⁊ receptacula a thesauris illius. Coro
na sapie timor dñi: replens pacem ⁊ salutꝭ fru
ctum: ⁊ vidit ⁊ dinumerauit eā. Utraq̈ .n.
sunt dona dei. Sciam ⁊ itellectum pruden
tie: sapia compartietur: ⁊ gloriā tenentium
se exaltat: Radix sapie est timere deum: ⁊ ra
mi illius longeui. In thesauris sapie itelle
ctus ⁊ scie religiositas: exacratio autem pec
catoribus sapia. Timor dñi expellit pecc̄m. nā
q̊ sine timore ē: non poterit iustificari: iracū
dia enim: aiositatꝭ illius subuersio illius est.
Usq̈ in tempus sustinebit patiens ⁊ postea
redditio iocūditatꝭ. Bonus sensus vsq̈ i tē B
pus abscōdet verba illius: ⁊ labia multorū
enarrabunt sensum illius. In thesauris sapi
entie significatio discipline execratio autem
peccatori cultura dei. Fili concupiscens sa
pientiā cōserua iusticiā: ⁊ deus ꝓbebit illam
tibi. Sapia .n. ⁊ disciplina timor dñi ⁊ q̇d bñ
placitū est illi: fides ⁊ mansuetudo ⁊ adim
plebit thesauros illi9. Nō sis incredulus tio
ri dei: ⁊ ne accesseris ad illum duplici corde.
Ne fueris hypochrita in conspectu hoium ⁊
nō scādalizeris in labijs tuis. Attēde in illis
ne forte cadas ⁊ adducas aie tue ihonoratio
nē ⁊ reuelet deus absconsa tua ⁊ i medio sy
nagoge elidat te. qm̄ accessisti maligne ad
dñm ⁊ cor tuū plenum ē dolo ⁊ fallacia. II.

Fili accedens ad seruitutem dei sta i A
iusticia ⁊ in timore prepara animā
tuam ⁊ ad tentationem. Deprime
cor tuum ⁊ sustine ⁊ inclina aurem tuam. ⁊
suscipe verba intellectus ⁊ ne festines in tp̄e
obductionis. Sustine sustentationes dei cō
iungere deo ⁊ sustine: vt crescat i nouissimo
vita tua. Omne quod tibi applicitum fue
rit accipe: ⁊ in dolore sustine. ⁊ in humilita
te tua patientiam habe. quoniam in igne ꝓ
batur aurum ⁊ argentum. homines vero re
ceptibiles i camio humiliatōis. Crede deo A

⁊ recuperabit te. ⁊ dirige viã tuã ⁊ spera in
illũ. Serua timorẽ illius: ⁊ in illo veterasce
Metuentes dñm sustinete misericordiã eius
⁊ non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui tie
tis dñm credite illi: ⁊ non euacuabitur mer
ces vestra. Qui timetis dominũ spate in illũ
⁊ in oblectationem veniet vobis misericor
dia. Qui timetis dñm diligite illum. ⁊ illu
minabuntur corda vestra. Respicite filij na
C tiones hominum. ⁊ scitote qꝛ nullus spera
uit in domino ⁊ confusus est. Quis. n. pmã
sit in mandatis eius: ⁊ derelictus est. Aut qͥs
inuocauit eum: ⁊ despexit illuz. Qm̃ pius ⁊
misericors est deus ⁊ remittit in die tribula
tionis peccata: ⁊ protector est omnib⁹ exqui
rentibus se in veritate. Ue duplici corde ⁊ la
bijs scelestis ⁊ manibus malefacientibus ⁊
peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Ue
dissolutis corde: qui nõ credunt deo: ⁊ idõ nõ
ptegentur ab eo. Ue his qui perdiderũt su
stinentiam: ⁊ qui dereliquerunt vias rectas:
⁊ diuerterunt in vias prauas. Et quid faciẽt
B cum inspicere ceperit dñs. Qui timent dñm
non erunt incredibiles verbo illius: ⁊ q̇ dili
gunt illũ conseruabunt verbũ illius. Qui ti
ment dñz inquirent que beneplacita sunt ei
⁊ qui diligunt eũ replebũtur lege ipsi⁹. Qui
timent dñm preparabunt corda sua. ⁊ in cõ
spectu illius santificabunt aĩas suas. Qui ti
ment dñm custodiunt mandata eius. ⁊ pati
entiam habebunt vsq; ad inspectionẽ illius
dicentes. Si penitentiã non egerimus inci
demus in manus dñi: ⁊ non i man⁹ hoium.
Secundũ. n. magnitudinem illius sic ⁊ mi
sericordia illius cum ipso est. III

A Filij sapientie ecclesia iustorum. ⁊ na
tio illoꝝ obedientia ⁊ dilectio. Iudi
B cium patris audite filij: ⁊ sic facite vt
salui sitis. Deus. n. honorauit pr̃em in filijs:
⁊ iudiciũ matris exquirẽs firmauit in filios
Qui diligit deũ exorabit pro peccatis. ⁊ cõ
tinebit se ab illis. ⁊ in orõe dieꝝ exaudietur
⁊ sicut qui thesaurizat: ita ⁊ qui honorificat
mr̃em suam. Qui honorat pr̃em suũ iocun
dabitur i filijs: ⁊ in die orationis sue exaudie
tur. Qui honorat pr̃em suũ vita viuet longi
ore: ⁊ qui obedit pr̃i refrigerabit mr̃ez qui ti
met dñm honorat parentes: ⁊ quasi dominis
seruiet his qui se genuerunt: in opere ⁊ i ser
.20.b mone ⁊ oĩ patientia. Honora pr̃em tuum vt
ath. superueniat tibi benedictio a dõ. ⁊ bñdictio
15.b illius in nouissimo manet. Benedictio pr̃is
j.7.c firmat domosślioꝝ. maledictio autem mr̃is
eradicat fundamenta. Ne glorieris in cõtu
melia pr̃is tui. nõ. n. est tibi gloria sed confu
sio. Gloria. n. hoīs ex honore pr̃is sui: ⁊ dede
cus filij pr̃ sine honore. Fili suscipe senectaz
pr̃is tui: ⁊ nõ contristes eũ in vita illius ⁊ si
defecerit sensu veniã da: ⁊ ne spernas euz in
tua virtute. Elemosyna. n. pr̃is non erit i ob
liuione. Nã pro peccato mr̃is restituet tibi
bonũ. ⁊ in iusticia edificabit tibi: ⁊ in die tri
bulationis ꝯmẽorabit tui. ⁊ sicut i serẽo gla
cies soluentur peccata tua. Quã male fame C
est q̇ derelinquit pr̃em ⁊ est maledict⁹ a deo
qui exasperat mr̃em. Fili i mansuetudine o
pera tua perfice. ⁊ sup hoium gloriã dilige
ris. Quãto magn⁹ es humilia te in oibus. ⁊
corã deo inuenies gr̃am. qm̃ magna poten
tia dei solius: ⁊ ab humilibus honoratur. Al Prob.25.d
tiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutat⁹
fueris: sed q̃ pcepit tibi de⁹ illa cogita semp
⁊ in plurib⁹ opibus eius ne fueris curiosus
Nõ ẽ eim tibi necessariũ ea q̃ abscõdita sunt
videre oculis tuis. In supuacuis rebus noli
scrutari multipliciter. ⁊ i plib⁹ ei⁹ operib⁹ nõ
eris curiosus. Plurima. n. sup sensũ hoium
oñsa sũt tibi. Multos. n. supplantauit suspi B
tio illoꝝ. ⁊ in vanitate detinuit sensus illoꝝ.
Cor duꝝ habebit male i nouissimo: ⁊ q̇ amat
piculũ i illo peribit. Cor ingrediens duas vi
as nõ habebit successus: ⁊ prauum cor i illis
scandalizabitur. Cor neq̃ grauabitur i dolo
ribus: ⁊ peccator adijciet ad peccandũ. Sy
nagoge superboꝝ non erit sanitas. frutex. n.
peccati eradicabitur in illis: ⁊ non itelliget.
Cor sapientis intelligetur in sapientia: ⁊ au
ris bona audiet cũ oĩ ꝯcupiscentia sapientiã
Sapiens cor ⁊ itelligibile abstinebit se a pec
catis: ⁊ i operibus iusticie successus habebit
Ignem ardentem extinguit aqua. ⁊ elemosy
na resistit peccatis. ⁊ deus prospector est ei⁹
q̇ reddit gratiam. Meminit in posteꝝ: ⁊ in
tp̃e casus sui inueniet firmamentũ. IIII.

Fili elemosynaz paupis ne dfraudes A
⁊ oculos tuos ne transuertas a pau
pere. Aiam esurientem ne despexe
ris. ⁊ non exasperes pauperẽ i iopia sua. Cor
iopis ne afflixeris: ⁊ non protrahas datum
angustianti. Rogationẽ cõtribulati ne abij
cias: ⁊ non auertas faciem tuam ab egeno:
Ab iope ne auertas oculos tuos propter irã
⁊ non relinquas q̃rẽtib⁹ tibi retro maledicere.
Maledicentis eim tibi i amaritudie aĩe ex
audietur deprecatio illius: exaudiet aũt euz
q̇ fecit illum. Congregatõi paupeꝝ affabilẽ
te facito: ⁊ presbytero hũilia aiam tuã. ⁊ ma
gnato humilia caput tuũ. Declia pauperi si
ne tristitia aurẽ tuam. ⁊ redde debitum tuũ B
⁊ rñde illi pacifice i mansuetudie. Libera cũ

q̄ iniuriam patitur de manu superbi: ⁊ nō aci
de feras in aīa tua. In iudicando esto pupil
lis misericors vt pater: ⁊ pro viro mr̄i illoꝝ
⁊ eris tu velut filius altissimi obediens. ⁊ mi
serebitur tui magis q̄ȝ mr̄: sapia filiis suis vi/
taȝ inspirat: ⁊ suscipit īq̄rētes se: ⁊ preibit i via
iusticie. Et q̄ illam diligit: diligit vitam. ⁊
q̄ vigilauerint ad illam complectentur pla
corē eius. Qui tenuerit illam: vitā heredita/
bunt. ⁊ quo itroibit bn̄dicet deus. Qui serui
unt ei obsequentes erunt scō. ⁊ eos q̄ diligūt
illā diligit deus. Qui audit illā iudicabit gē
tes: ⁊ q̄ ītuetur illam pmanebit confidēs. Si
crediderit ei hereditabit illam. ⁊ erunt i con
firmatione creature illoꝝ. qm̄ i tētatione am
C bulat cuȝ eo. ⁊ i pmis elegit eum. Timorem
⁊ metū ⁊ probationē iducet sup illum. ⁊ cru
ciabit illū i tribulatione doctrine sue: donec
tentet eū i cogitationibus suis. ⁊ credat aie
illius. Et firmabit illū ⁊ iter adducet directū
ad illum. ⁊ letificabit illum. ⁊ denudabit ab
scōsa sua illi. ⁊ thesaurizabit super illū sciaȝ
⁊ itellectum iusticie. Si aūt oberrauerit de/
relinquet eum. ⁊ tradet eum in manus inimici
sui. Fili ꝯserua tēpus. ⁊ deuita a malo. Pro
aīa tua ne confundaris dicere veꝝ. Est eni
confusio adducens peccatū. ⁊ ē confusio ad
ducens gl̄iam ⁊ gr̄iam. Ne accipias faciem
aduersus faciem tuam. nec aduersus aiam
tuam mendacium. Ne reuerearis proximuȝ
tuum in casu suo. nec retineas verbum i tem
pore salutis. Non abscundas sapiam tuam
D i decore suo. In lingua eni sapientia digno
scitur. ⁊ sensus ⁊ scia ⁊ doctria i verbo sensati
⁊ firmamentum in operibus iusticie. Non
contradicas verbo veritatis ullo modo. ⁊ d̄
mendacio ineruditionis tue ꝯfundere. Nō
ꝯfundaris cōfiteri peccata tua. ⁊ ne subiicias
te omni homini ꝓ pccō. Noli resistere con/
tra faciem potentꝭ: nec coneris ꝯ ictum fulmi
nis. Pro iusticia agonizare ꝓ anima tua. ⁊
vsq̄ȝ ad mortem certa pro iusticia. ⁊ deus ex
pugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus
esse i ligua tua: ⁊ inutilis ⁊ remissus i operibꝰ
tuis. Noli esse sicut leo i domo tua euertens
domesticos tuos: ⁊ opprimens subiectos tibi
Non sit porrecta manus tua ad accipiendū
⁊ ad dandum collecta. V
A Noli attendere ad possessiōes iniquas
⁊ ne dixeris. est mihi sufficiens vita
Nihil. n. proderit i tpe vidicte ⁊ obductōis.
Ne seqˀris i fortitudie tua concupiscentiā
cordis tui. ⁊ ne dixeris. quō potui aut q̄s me
subiiciet propter facta mea? Deus. n. vidicās
vindicabit. Ne dixeris peccaui ⁊ q̄d mihi ac
cidit triste? Altissimus est. n. pātiēs redditor B
De propitiato pccō noli esse sine metu: neq̄ȝ j.21.a
adiicias peccatū super pccūȝ ⁊ ne dicas: Mi
seratio dn̄i magna est multitudis peccatoꝝ
meoꝝ miserebitur. Misericordia. n. ⁊ ira ab
illo cito proximāt. ⁊ i peccatores respicit ira j.26.b
illius. Non tardes conuerti ad dominum. ⁊ Deu.23.
ne differas de die in diem. Subito enim ve/ C
niet ira illius: ⁊ in tempore vindicte disper/
det te. Noli anxius esse i diuitiis iniustis non
enim proderunt tibi in die obductionis ⁊ vi Pro.10.
dicte. Non ventiles te in omnem ventum. ⁊ ⁊.11.a
non eas in omnem viam. Sic enim omnis
peccator probaꝶ i duplici ligua. Esto firmus
i via domini ⁊ i veritate sensus tui ⁊ scientia
⁊ prosequaꝶ te verbum pacis ⁊ iusticie. Esto
mansuetus ad audiendū verbū dei: vt itelli
gas ⁊ cum sapia ꝓferes responsū veꝝ. Si ē ti D
bi itellectus rn̄de proximo. sin aūt: sit manꝰ
tua sup os tuū: ne capiaris i verbo indiscipli
nato. ⁊ confundaris. Honor ⁊ gl̄ia i sermōe
sensati lingua vero iprudentꝭ subuersio ē ipsi
us. Non appelleris susurro i vita tua. ⁊ lin/
gua tua ne capiaris. ⁊ confundaris. Super
furē. n. est confusio ⁊ penitentia ⁊ denotatio
pessima sup bilinguē. Susuratori aūt odiuȝ ⁊
inimicitia ⁊ contumelia. Iustifica pusilluȝ
⁊ magnum similiter. VI.
Noli fieri pro amico inimicus proxi A
mo. Improperium. n. ⁊ contumeliā
malus hereditabit. ⁊ omnis peccator iniuidꝰ
⁊ bilinguis. Non te extollas i cogitatione aie
tue velut taurus: ne forte elidaꝶ virtus tua ꝑ
stultitiam. ⁊ folia tua comedat ⁊ fructus tu/
os pdat. ⁊ relinquaris velut lignum ariduȝ
in heremo. Aia. n. nequā disꝑdet q̄ se hȝ. ⁊ i
gaudiū inimicis dat illū. ⁊ deducet in sorteȝ
impioꝝ. Verbū dulce mr̄tiplicat aicos ⁊ mi
tigat inimicos ⁊ ligua eucharis i bono hoīe
abūdabit. Mr̄ti pacifici sint tibi ⁊ ꝯsiliariꝰ sit
tibi vnꝰ de mille. Si possides amicū in tenta
tiōe posside eū. ⁊ ne facile credas ei te ipsum
Est. n. amicus ꝭm tēpus suū. ⁊ nō pmanebit
in die tribulationis. Et est amicꝰ q̄ conuertiꝶ B j.3
ad inimicitiā. ⁊ ē amicꝰ q̄ odiū ⁊ rixā ⁊ ꝯuitia
denudabit. Est āt amicus sociꝰ mense. ⁊ non
pmanebit in die necessitatꝭ. Amicꝰ si pman
serit fixꝰ erit tibi q̄i coequalꝭ. ⁊ in dōesticis tu
is fiducialiꝶ aget. Si hūiliauerit se ꝯ te ⁊ a fa
cie tua abscōderit se: vnaīmē hēbis amiciciā
bonaȝ. Ab inimicis tuis sepa te. ⁊ ab amicis
tuis attēde. Amicꝰ fidelꝭ ꝓtectō fortꝭ: q̄ auteȝ
inuenit illū iuenit thesauꝝ. Amico fideli nl̄/
la est cōparatō. ⁊ nō ē digna pōderatō auri ⁊
argēti ꝯ bōitatem fidei illius. Amicus fidelꝭ

medicamentũ vite:⁊ ĩmortalitatꝭ. ⁊ q̄ metu/
unt dñz.inueniẽt illũ.Qui timet deũ eque ha/
bebit amicitiã bonã:qm̃ ƀm illũ erit amicus il
lius.Fili a iuuentute tua excipe doctrinaz:⁊
vsq ad canos inuenies sapiẽtiã. Quasi is qui
arat ⁊ qui seminat accede ad eã.⁊ sustine bo
nos fructus illius. In ope.n.ipsius exiguũ
laborabis.⁊ cito edes de generationib⁹ illi⁹
Quã aspa ẽ nimiũ sapia indoctis hoibus:⁊
C nõ pmanebit in illa excors.Quasi lapidis ṽ
tus pbatio erit ĩ illis.⁊ nõ demorabunt pij/
cere illã.Sapia.n.doctrine ƀm nomẽ ẽ eius
⁊ nõ est mltis manifesta.Quibus aũt agnita
ẽ pmanet vsq ad cõspectũ dei. Audi fili ⁊ ac
cipe cõsiliũ itellectus:⁊ ne abijcias cõsilium
meũ.Inijce pedẽ tuũ in cõpedes illius ⁊ in
torques illius collũ tuũ. Subijce hũerũ tuũ
⁊ porta illã:⁊ ne accidieris vincul' ei⁹.In oi
animo tuo accede ad illam. ⁊ omni virtute
tua cõƀua vias eius.Inuestiga illam ⁊ mani
festabit tibi:⁊ cõtinens factus ne derelinquas
eã.In nouissimis.n.inuenies reqez in ea: ⁊ cõ
B uertet tibi ĩ oblectationẽ.Et erũt tibi cõpe/
des ei⁹ in ptectionẽ fortitudinis ⁊ bases vir
tutꝭ ⁊ torques illi⁹ in stolã glorie.Decor enĩ
vite ẽ in illa:⁊ vincula illius alligatura salu/
tis.Stola glĩe indues eã:⁊ coronã gratula/
tiõis ipones tibi.Fili si attẽderis mihi:disces
eã ⁊ si accomodaueris aĩuz tuũ sapiens eris.
In mltitudine pſbyterorũ prudẽtiũ sta:⁊ sa/
piẽtie illorũ ex corde piũgere:vt oẽz narratõ
nẽ dei possis audire:⁊ puerbia laudis nõ ef
fugiãt a te.Et si videris sensatũ euigila ad eũ
⁊ gradus ostiorũ illius exterat pes tu⁹. Cogi
tatũ tuuz habe in pceptis dei:⁊ i mandatis il
lius maxime assidu⁹ esto:⁊ ipe dabit tibi cor
⁊ cõcupiscẽtia sapie dabit tibi.. VII.

A Noli facere mala.⁊ nõ te apphendẽt
discede ab iniquo ⁊ deficient mala
abs te.Fili nõ semines mala i sulcis
iniusticie.⁊ nõ metes ea in septuplũ.Noli q̃re
re ab hoie ducatũ:neq a rege cathedrã ho/
noris.Nõ te iustifices ante deuz qm̃ agnitor
cordis ipse est:⁊ penes regẽ noli velle videri
sapiens.Noli querere fieri iudex nisi valeas
virtute irrũpere iniq̃tates:ne forte extimescas
faciem potẽtis:⁊ ponas scandalũ in agilita/
te tua.Non pecces in mltitudine ciuitatis.
nec te imittas i pplm : neq alliges duplicia
peccata.Nec enĩ in vno eris imunis.Noli eẽ
pusillanimis in animo tuo.Exorare ⁊ facere
elemosynã ne despicias.Ne dicas in mltitu/
dine munerũ meorũ respiciet deus ⁊ offerente
me deo altissimo munera mea suscipiet. Nõ
B irrideas hoiez in amaritudine anime. est.n.

qui humiliat ⁊ exaltat circunspectio deus.
Noli amare mendacium aduersus fratrẽ tu
uz:neq in amicũ silr̃ facias.Noli velle men/
tiri oẽ mẽdaciũ:assiduitas.n.illi⁹ nõ ẽ bona
Noli verbosus eẽ in mltitudine pſbyterozuz
⁊ nõ iteres ṽbũ i oratione tua.Nõ oderis la/
boriosa opa ⁊ rusticationẽ creataz ab altissi/
mo.Nõ te reputes in mltitudine indisciplina
torũ.Memento ire qm̃ nõ tardabit.Humilia
valde spm̃ tuũ:qm̃ vindicta carnis impij ignis
⁊ vermis.Noli preuaricari in amicum pecu
niã differentem:neq fratrez carissimũ auro
spreueris.Noli discedere a muliere sensata ⁊
bona quã sortitus es in timore dñi:grã eniz
verecũdie illi⁹ sup aurũ.Non ledas seruum C
i veritate opantẽ:neq mercenariũ dãtẽ aiaz
suã.Seruus sensatus sit tibi dilectus q̃si aia j.33.d.
tua:nõ defraudes illũ libertate.neq inopez
derelinquas illũ.Pecora tibi sũt:attende il
lis:⁊ si sunt vtilia.pseuerẽt apud te. Filij tibi j.30.b.
sunt erudi illos ⁊ curua illos a pueritia eorũ
Filie tibi sunt:ƀua corpus illarũ:⁊ nõ ostẽdas
hillarẽ faciem tuã ad illas.Trade filiã ⁊ grã
de op⁹ feceris:⁊ hoi sensato da illã. Mulier
si ẽ tibi scdm aiaz tuã non pijcias illã ⁊ odibi
li nõ credas te ĩ toto corde tuo. Honora pa
trẽ tuũ ⁊ gemitus matris tue ne obliuiscaris
Memento quoniã nisi p illos natus nõ fuis s.3.b
ses:⁊ retribue illꝭ quomodo ⁊ illi tibi.In tota B
aia tua time dñm:⁊ sacerdotes illi⁹ sanctifi/
ca.In oi ṽtute dilige euz qui te fecit.⁊ mini/
stros ei⁹ ne derelinq̃s. Honora deũ ex tota
anima tua:⁊ honorifica sacerdotes:⁊ propur
ga tecũ brachijs.Da illis ptem sicut manda
tũ est tibi primitiarũ ⁊ purgationis: ⁊ de ne/
gligentia tua purga te cum paucis.Datum
brachiorũ tuorũ:⁊ sacrificiũ sanctificationis of
feres domino:⁊ initia sanctorum:⁊ pauperi
porrige manũ tuam vt perficiatur ppitiatio
⁊ benedictio tua.gratia dat i pspectu omnis
viuentis:⁊ mortuo nõ phibeas gratiaz.Nõ
desis plorantibus in cõsolatione:⁊ cũ lugen
tib⁹ ãbula.Nõ te pigeat visitarꝫ ifirmũ:ex his
enĩ in dilectiõe firmaberis. In omnib⁹ operi
bus tuis memorare nouissima tua:⁊ in eter/
num non peccabis. VIII.

Non litiges cũ hoie potẽte ne forte i A
cidas in man⁹ illi⁹.Nõ cõtendas cũ
viro locuplete:ne forte cõtra te cõsti/
tuat litẽ tibi.Mltos.n.pdidit aurũ ⁊ argen j.31.a
tũ:⁊ vsq ad cor regũ extẽdit ⁊ cõuertit.Non
litiges cũ homine linguato:⁊ nõ strues i ignẽ
illius ligna.Nõ cõmunices homini indocto
ne male d pgenie tua loq̃t.Ne despicias ho
minẽ auertẽtem se a peccõ:neq iproperes ei.

Memēto qm̄ oēs in corruptiōe ſumus. Ne
B spernas hoīez in ſua ſenectute: etenī ex no-
bis ſeneſcunt. Noli de mortuo inimico tuo
ſ.25.d. gaudere ſciens qm̄ oēs morimur. ⁊ in gaudi
um nolumꝰ venire. Ne deſpicias narrationē
ꝓſbyteroꝝ ſapientiū. ⁊ in ꝓuerbijs eoꝝ con-
uerſare. Ab ipſis.n. diſces ſapiaꝫ ⁊ doctrinā
intellectꝰ. ⁊ ſuire magnatis ſine q̄rela. Non
te ꝑtereat narratio ſēioꝝ: ipſi.n. didicerūt a
pr̄ibus ſuis. Qm̄ ab ipſis diſces itellectū. ⁊
C i tpe neceſſitatꝪ dabis rn̄ſuꝫ. Nō icendas car
bones pccōꝝ arguēs eos. ⁊ ne icendaris flā-
ma ignis pccōꝝ illoꝝ. Ne ꝯ faciē ſtes contu-
melioſi: ne ſedeat quaſi iſidiator ori tuo. No
li fenerari hoī fortiori te: ꝙ ſi feneraueris q̄ſi
ꝑditū habe. Non ſpondeas ſup ṽtutē tuam
ꝙ ſi ſpopōderis q̄ſi reſtituens cogita. Nō iu
dices ꝯ iudicē. qm̄ ſꝫ ꝙ iuſtū ē iudicat. Cum
D audace non eas in via: ne forte grauet mala
ſua in te. Ipſe.n. ſm̄ voluntatē ſuā vadit ⁊ ſi
mul cū ſtulticia ipſius peries: Cum iracun-
do non facies rixam. ⁊ cum audace non eas
in deſertum: qm̄ q̄ſi nihil ē ante illū ſanguis
⁊ vbi nō eſt adiutoriū elidet te. Cum fatuis
ꝯſiliū nō habeas: nō.n. poterūt niſi diligere q̄
eis placent. Coram extraneo ne facies conſi-
lium: neſcis enim q̇d pariet. Non oi hoī cor
tuū manifeſtes: ne forte inferat tibi gratiam
falſam ⁊ cōuitiet tibi. IX.

A Non zeles mulierē ſinus tui: ne oſtē-
dat ſup te maliciam doctrine nequā
Non des mulieri ptātez aīe tue ne i
grediat in ṽtute tua: ⁊ cōfundaris. Ne reſpi
cias mulierē multiuolam: ne forte icidas i la
queos illiꝰ. Cum ſaltatrice ne aſſiduꝰ ſis nec
audias illā: ne forte ꝑeas in efficacia illius:
Virginē ne cōſpicias: ne forte ſcādeliꝫeris i
decore illius: Ne des fornicarijs aīam tuaꝫ
in vllo: ne ꝑdas te ⁊ hereditatē tuā: Noli cir
B cunſpicere i vicis ciuitatis: ne oberraueris i
plateis illius. Auerte faciē tuā a muliere cō-
pta: ⁊ ne circūſpicias ſpeciē alienaꝫ. Propt
ſpeciē mulieris multi ꝑierūt ⁊ ex hoc cōcupi
ſcētia q̄ſi ignis exardeſcit. Ois mulier q̄ eſt
ꝓuer.11.e fornicaria q̄ſi ſtercus i via cōculcabit. Speci
em mulieris aliene multi admirati. reprobi
facti ſunt. colloq̄uꝫ.n. illius q̄ſi ignis exarde
ſcit. Cū aliena muliere: ne ſedeas oio nec acū
bas cū ea ſup cubitū. ⁊ nō alterceris cuꝫ illa i
vino: ne forte declinet cor tuū i illā ⁊ ſangui
ne tuo labaris i ꝑditionē. Ne derelinq̄s ami
C cū āt iquū: nouꝰ.n. nō erit ſimil̕ illi. Vinū no
uuꝫ: aicꝰ nouus veteraſcat. ⁊ cū ſuauitate bi
bes illud. Nō zeles gloriaꝫ ⁊ opes pccōris
nō.n. ſcis q̄ futura ſit illiꝰ ſubuerſio. Non pla
ceat tibi iiuria iniuſtorū: ſciens qm̄ vſq̄ ad i-
feros nō placebit ipius. Longe abeſto ab ho
mine ptātez hn̄te occidēdi. ⁊ nō ſuſpicaberiſ
timorē mortꝪ. Et ſi acceſſeris ad illū noli ali-
q̇d cōmittere: ne forte auferat vitā tuā. Coio D
nē mortis ſcito qm̄ in medio laq̄orū ingredi
eris. ⁊ ſup dolētiū arma ābulabis. Scd̄m vir
tutē tuā caue te a proximo tuo. ⁊ cū ſapiēti-
bus ⁊ prudentibus tracta. Viri iuſti ſint tibi
ꝯuiue: ⁊ i timore dei ſit tibi gl̕iatio: ⁊ i ſenſu
ſit tibi cogitatus dei. ⁊ ois enarratio tua in
ꝑceptis altiſſimi. In manu artificū opa lau- 3.Re.3
dabitur: ⁊ principes ppl̕i in ſapiētia ſmonis
ſui: i ſenſu ṽo ſenioꝝ verbuꝫ. Terribil̕ eſt in ci
uitate ſua homo linguoſus. ⁊ temerarius in
verbo ſuo odil̕ erit. X

A Iudex ſapiēs iudicabit ppl̕m ſuuꝫ ⁊
ꝑncipatꝰ ſenſati ſtabil̕ erit Scd̄ꝫ iu-
dicez ppl̕i: ſic ⁊ miniſtri eiꝰ: ⁊ q̄lis re
ctor ē ciuitatis: tales ⁊ ihītātes i ea. Rex iſi-
piens ꝑdet ppl̕ꝫ ſuuꝫ: ⁊ ciuitates ihitabūt ꝑ
ſenſuꝫ prudentiū. In manu dei poteſtas tre
⁊ execrabil̕ ois iūq̄tas gētiū. ⁊ vtilē rectorem
ſuſcitabit i tp̄s ſup illā. In manu dꝭi poteſtas
hoīs. ⁊ ſup faciē ſcribe iponet honorez ſuum
Ois iiurie ꝓximi ne memineris ⁊ nihil agaſ leuit.19
i opibꝰ iiurie. Odibil̕ corā deo ē ⁊ hoībꝰ ſup
bia ⁊ execrabil̕ ois iniq̄tas gētiū. Regnū a
gēte i gentē trāſfert ꝑꝑ iiuſticias ⁊ iiurias: ⁊
ꝯtumelias: ac diuerſos dolos. Auaro aūt ni-
B hil eſt ſceleſtius. Quid ſupbis terra ⁊ cinis?
Nihil ē iniq̄us q̄ꝫ amare pecuniā. Hic enim
⁊ animam ſuam venalem habet. qm̄ in vita
ſua ꝓiecit intima ſua. Omnis potētatus bre
uis vita: langor prolixior grauat medicum
Breuem languorem ꝑcidit medicus ſicut
⁊ rex hodie eſt ⁊ cras morietur. Cum enim
moriet homo: hereditabit ſpentes ⁊ beſtias
⁊ vermes. Initium ſuperbie hominis apoſta
tare a deo qm̄ ab eo q̇ fecit illum receſſit cor
eius: qm̄ iitium ois peccati eſt ſuperbia. Qui
tenuerit illam adiplebit maledictꝪ. ⁊ ſubuer
tet eū i finez. Propterea exhonorauit dn̄s cō
uentꝰ maloꝝ ⁊ deſtruxit eos vſq̄ in finē. Se
C des ducū ſupborū deſtruxit deꝰ. ⁊ ſedeꝛ fecit
mites pro eis. Radices gentium ſuperbarū
arefecit deus: ⁊ plantauit humiles ex ipſis
gentibus. Terras gentium euertit dominus
⁊ perdidit eas vſq̄ ad fundamentum. Arefe
cit deus ex ipſis ⁊ diſperdidit eos. ⁊ ceſſare
fecit memoriam eorum a terra. Memoriam
ſuperborum ꝑdidit deus: ⁊ reliquit memori
am hūiliū ſenſu. Non ē creata hominibus ſu
perbia. nꝫ iracūdia natōi mulieꝝ. Semen ho
minum honorabit hoc. qđ timet deū. ſemē āt

hoc exhonorabit qđ ꝑterit mādata domini
In medio fratrū rectoꝛ illoꝝ in honoꝛe: ⁊ q̄
timēt dn̄z erūt in ocul' illi⁹. Gloꝛia diuitū ho
noꝛatoꝝ ⁊ pauperꝝ timoꝛ dei ē. Nō deſpicere
hominē iuſtū pauperē. ⁊ nō magnificare vi/
B rū peccatoꝛē diuitē. Magn⁹ eſt iudex ⁊ po/
tens ē in honoꝛe. ⁊ nō eſt maioꝛ illo. q̄ timet
7.a. deū Seruo ſenſato liberi ſuiēt. ⁊ vir pꝛudēs
⁊ diſciplinat⁹ nō murmurabit coꝛrept⁹: ⁊ in
ſcius nō honoꝛabit. Noli extollere te in faci
endo opere tuo: ⁊ noli cūctari i tēpoꝛe angu
1.b. ſtie. Melioꝛ ē q̄ opatur ⁊ abūdat in omnib⁹
q̄ꝫ q̄ gl'iat ⁊ eget pane. Fili in māſuctudine
ſua animā tuā: ⁊ da illi honoꝛē ſꝫ meritū ſuū
.b Peccantē animā ſuā q̄s iuſtificabit? Et quis
honoꝛificabit exhonoꝛantē animā ſuā? Pau
per gl'iabit ꝑ diſciplinā ⁊ timoꝛē ſuū: ⁊ ē hō
q̄ honoꝛificatur ꝓpter ſubſtantiā ſuā. Qui
aūt gl'iat in pauꝑtate: quanto magis in ſub/
ſtantia? Et q̄ gloꝛiat i ſubſtantia paupertatē
vereatur. XI.

A SApiētia hūiliati exaltabit caput illi
us: ⁊ i medio magnatoꝝ ꝯſedere illū
faciet. Non laudes viꝝ i ſpecie ſua: neq̄ ſper
nas hoīez in viſu ſuo. Breuis in volatilib⁹
apis: ⁊ īitium dulcoꝛis habet fructus illius.
In veſtitu ne gloꝛieris vnq̄ꝫ: nec in die hono
ris tui extollaris. Qm̄ mirabilia oꝑa altiſſi/
mi ſoli⁹. ⁊ glorioſa ⁊ abſconſa ⁊ inuiſa oꝑa
illius. Multi tyrāni ſederūt i thꝛono: ⁊ inſuſ
picabilis poꝛtauit diadema. Multi potētes
opꝑſſi ſunt valide: ⁊ glorioſi traditi ſūt i ma/
18.e. nus alteroꝝ. Pꝛi⁹ q̄ꝫ interroges ne vitupes
quē q̄ꝫ: ⁊ cū iterrogaueris. coꝛripe iuſte. Pꝛi
us q̄ꝫ audias ne reſpōdeas v̄bum: ⁊ in me/
dio ſenioꝛū ne adijcias loqui. De ea re qua
te nō moleſtat. ne certeris: ⁊ i iudicio peccā/
B tiū ne ꝯſiſtas. Fili ne i multis ſint act⁹ tui: ⁊ ſi
diues fueris nō eris imunis a delicto. Si. n.
ſecutus fueris nō apꝑhendēs. ⁊ nō effugies
ſi ꝑcurreris. Eſt homo laboꝛās ⁊ feſtinans ⁊
dolens ipius: ⁊ tāto magis nō abūdabit. Eſt
hō marcidus egens recuꝑatiōe. plus defici/
ens v̄tute: ⁊ abundās pauꝑtate: ⁊ ocl's dei re
ſpexit illū in bono: ⁊ erexit eū ab humilitate
ipſius ⁊ exaltauit caput eius: ⁊ mirati ſunt i
illo m'lti ⁊ honorauerūt deū. Bona ⁊ mala
vita ⁊ moꝛs: pauꝑtas ⁊ honeſtas a deo ſunt.
Sapientia diſciplina ⁊ ſcientia legis apud
dn̄z: dilectio ⁊ vie bonoꝝ apud ipſum. erroꝛ
⁊ tenebꝛe pccōꝛib⁹ cōcreata ſunt: qui autem
exultāt i mal'. cōſeneſcūt i malo. Datio dei ꝑ
manet illi ⁊ ꝓfectus illius ſuceēſus hēbunt
C i eternū. Eſt q̄ locupletat ꝑce agēdo: ⁊ hec ē
ꝑs mercedis illius i eo q͏ dicit iueni reqē mi

hi: ⁊ nunc mādūcabo de bonis meis ſolus: ⁊
neſcit q͏ tēpus pꝛeterea illū ⁊ moꝛs appꝛo/
pinquet: ⁊ relinquat omnia alijs: ⁊ moꝛiatur
ſta in teſtamento tuo: ⁊ in illo colloquere: ⁊
in opere mandatoꝛum tuoꝛuz veteraſce. Ne
manſeris in operibus peccatoꝛum. Confide
autem in deo: ⁊ mane in loco tuo. Facile eſt
enim in oculis dei ſubito honeſtare paupe/
rem. Benedictio dei in mereedē iuſti feſti/
nat. ⁊ in honoꝛe veloci proceſſus illius fructi
ficat. Ne dicas. quid eſt mihi oꝑ⁹: ⁊ que erūt
mihi ex hoc bona? Ne dicas. Sufficiens ſum
⁊ quid ex hoc peſſimaboꝛ? In die bonoꝛum ſ.18.c.
ne immemoꝛ ſis maloꝛum: ⁊ in die maloꝛuz
ne imemoꝛ ſis bonoꝛum: quoniam facile eſt
coꝛam deo in die obitus retribuere vnicuiq̄ꝫ
ſecundum vias ſuas. Malitia hoꝛe obliuio/ D
nem facit luxurie magne ⁊ in fine hoīs denu
datio operum illius. Ante moꝛtem ne lau/
des hominem quemq̄ꝫ: quoniam i filijs ſuis
agnoſcitur vir. Non omnem hominem idu/
cas in domū tuā: multi. n. ſunt inſidie doloſi
Sicut. n. eructuāt ꝑcoꝛdia fetētiū: ⁊ ſicut per
dix iducit i caueā ⁊ vt capꝛea i laq̄uz: ſic ⁊ coꝛ
ſuꝑboꝝ: ⁊ ſicut ꝓſpectoꝛ vidēs caſum ꝓximi
ſui. Bona. n. in mala cōuertens inſidiat ⁊ i
electis imponet maculā. Ab ſcintilla. n. vna
auget ignis ⁊ ab vno doloſo auget ſanguis
hō v̄o pccōꝛ ſanguini īſidiat. Attende ergo
tibi a peſtifero: fabꝛicat. n. mala: ne forte indu
cat ſuꝑ te ſubſanationē i ꝑpetuū. Admitte
ad te alienigenā: ⁊ ſubuertet te in turbine. ⁊
abalienabit te a vijs pꝛopꝛijs. XII.

SI bn̄ feceris ſcito cui feceris: ⁊ erit A
gr̄a i bonis tuis m'ta. Bn̄fac iuſto ⁊
inuenies retributionē magnā: ⁊ ſi n̄
ab ipſo: certe a dn̄o. Nō ē. n. ei bn̄ q̄ aſſiduus
eſt in malis: ⁊ elemoſynas nō dāti. qm̄ ⁊ altiſ
ſimus odio hēt pccōꝛes: ⁊ miſert⁹ ē penitēti
bus. Da miſericoꝛdi: ⁊ ne ſuſcipias pccōꝛem
⁊ ipijs ⁊ pccōꝛib⁹ reddet vindictā cuſtodiēs
eos in diē vidicte. Da bono ⁊ non receperis B
pccōꝛē: Bn̄fac hūili: ⁊ nō d̄deris ipio. Pꝛo
hibe panes illi dare ne in ipſis potentioꝛ te
ſit. Nā duplicia mala inenies in oīb⁹ bonis
q̄cūq̄ꝫ feceris illi: qm̄ ⁊ altiſſim⁹ odio habet
pccōꝛes: ⁊ ipijs reddet vidictā. Nō agnoſcet
i bonis amicus: ⁊ nō abſcōdet i malis inimi/
cus. In bonis viri inimici illi⁹: i triſticia ⁊ in
malitia illius amicus agnit⁹ ē. Non credas
inimico tuo in eternū. Sicut. n. eramentū. eru C
ginat neq̄tia illi⁹. Et ſi hūiliatus vadat curu⁹ ſ22.b.
abijce animū tuum: ⁊ cuſtodi te ab illo. Non
ſtatuas illum penes te nec ſedeat ad dexte/
ram tuam. nec conuerſus ſtet in loco tuo. ne

forte ꝯuersus i locū tuū inq̄rat cathedrā tuā
⁊ i nouissimo cognoscas ꝟba mea. ⁊ i sermo-
nibꝰ meis stimuleris. Quis medebit incan-
tatori a serpente ꝑcusso. ⁊ oibus q̄ appropiāt
bestijs? Sic ⁊ q̄ coītat cū viro iniquo ⁊ obuo
B lutus ē i pccis eius. Una hora tecum perma
nebit. Si āt declinaueris nō sopoꝛbit. In la-
bijs suis idulcat inimicus. ⁊ i corde suo isidi
atur vt subuertat te i foueā. In oculis suis la
chrymat inimicꝰ. ⁊ si iuenerit tp̄s nō satiabi-
tur sanguine. ⁊ si icurrerit tibi mala: iuenies
eum illic priorem. ⁊ quasi adiuuans suffodi
et plantas tuas. Caput suū mouebit. ⁊ plau
debit ⁊ manu multa susurrans commutabit
vultum suum. XIII

A Qui tetigerit picem: iq̄nabitur ab ea
⁊ q̄ communicauerit superbo iduet su
perbiam. Pondus super se tollit q̄
honestiori se coicat. Et ditiori te ne sociꝰ fue
ris. Quid cōmunicabit cacabus ad ollam:
Qn̄. n. se colliserint ꝯfringet. Diues iniuste
egit ⁊ fremebit. paup āt iesus tacebit. Si lar
gitus fueris: assumet te. ⁊ si nō habueris de-
relinquet te. Si habes ꝯuiuet tecū ⁊ euacua
bit te. ⁊ ipse nō dolebit sup te. Si necessariu
illi fueris: supplantabit te. ⁊ subridens spem
dabit narrans tibi oīa bona. ⁊ dicet: q̄d opꝰ
est tibi. ⁊ ꝯfundet te in cibis suis: donec te exi
naniat bis ⁊ ter. ⁊ in nouissimo deridebit te.
B Postea videns derelinq̄t te. ⁊ caput suum
mouebit ad te. Hūiliare dō ⁊ expecta manꝰ
eius. Attende ne seductus in stultitia humi-
lieris. Noli esse humil in sapiā tua ne hūilia
tus in stultitiā seducaris. Aduocatus a potē
tiore discede: ex hoc. n. magis te aduocabit.
Ne iprobꝰ sis: ne ipiguaris. ⁊ ne longe sis ab
eo: ne eas i obliuionē. Ne retieas ex equo lo
qui cū illo: nec credas multis verbis illiꝰ. Ex
multa. n. loquela tētabit te. ⁊ subridens: int
rogabit te de absconditis tuis. imitis animus il
lius conseruabit verba tua. ⁊ non ꝑcet dō ma
C litia ⁊ de vincul. Caue tibi ⁊ attende diligen
ter auditui tuo: qm̄ cum subuersione tua am
bulas. Audiens vero verba illa quasi in som
nis vide. ⁊ vigilabis. Oi vita tua dilige deū.
j.17.b ⁊ inuoca illum in salute tua. Oē animal di-
ligit simile sibi: sic ⁊ omnis homo proximū sibi
Ois caro ad similē sibi ꝯiungetur. ⁊ ois homo
simili sui sociabit. Sicut cōmunicabit lupus
2.Cori.6.c agno aliq̄n: sic pccōr iusto. Que cōmunica-
tio scō hoi ad canē: aut que pars bona diuiti
ad pauperē? Uenatō leōis onager i heremo
sic ⁊ pascua sunt diuitū pauperes. Et sicut ab
hoiatio est supbo humilitas sic ⁊ execratō di
D uitis paup. diues cōmotus ꝯfirmat ab amicis

suis: humil āt cū ceciderit expellet ⁊ a notis
Diuiti decepto multi recuperatores. Locutꝰ ē
supba ⁊ iustificauerunt illū. Humil deceptꝰ
est isup ⁊ arguit. Locutꝰ est sēsate: ⁊ nō ē da-
tus ei locus. Diues locutꝰ ē. ⁊ oēs tacuerūt j.22.a.⁊
⁊ ꝟbū illiꝰ vsq ad nubes ꝑducent. Pauper j.31.a
locutus ē. ⁊ dicunt q̄s ē hic. Et si offenderit:
subuertēt illū. Bona ē substantia cui non ē
pccūz i ꝯscia. ⁊ neq̄ssima paupertas in ore ipij
Cor his imutat faciem illiꝰ siue ibona siue i
mala. Uestigiū cordis boni ⁊ faciē bonā dif-
ficile inuenies. ⁊ cum labore. XIIII A Mt.15.

Beatus vir q̄ non ē lapsus ꝟbo ex ore
suo. ⁊ nō est stimulatꝰ in tristicia de
licti. Felix q̄ nō habuit ai sui tristiciā
⁊ non excidit ab spe sua. Uiro cupido ⁊ te-
naci sine rōne est substantia. ⁊ hoi liuido ad
q̄d aurū? Qui aceruat ex animo iniuste: alijs
congregat ⁊ in bonis illius alius luxuriabi-
tur. Qui sibi nequā est: cui alij bonꝰ erit: Et
non iocundabit in bonis suis. Qui sibi inui
det: nihil est illo neq̄us. ⁊ hec redditō ē ma-
litie illius. Et si benefecerit: ignorāter ⁊ non
volēs fecit. ⁊ in nouissimo manifestat maliti B
am suā. Nequā est oculus liuidi. ⁊ auertens Pro.27
faciē suā. ⁊ despiciens aiam suā. Insatiabilis Eccle.1.
oculus cupidi in ꝑte iniq̄tatis: nō satiabit do-
nec ꝯsumat arefaciens aiam suā. Oculꝰ ma
lus ad mala. ⁊ non satiabit pane: indigens. ⁊
in tristicia erit sup mensā suā. Fili si hēs bū-
fac tecū. ⁊ deo dignas oblationes offer. Me
mor esto qm̄ mors non tardat. ⁊ testamentū
inferorū: q2 demonstratū ē tibi. Testamentū
n. huius mundi morte morietur ante mortem
bn̄fac amico tuo. ⁊ ꝛm vires tuas exporrigēs
da pauperi. Non defrauderis a die bono. ⁊ C
ꝑticula bone diei non te ꝓtereat. Nōne alijs
relinques dolores ⁊ labores tuos: In diuisi
one sortis da ⁊ accipe ⁊ iustifica animā tuam.
Ante obitū tuū opare iusticiam: qm̄ non est Esa.40.
apud inferos inuenire cibū. Ois caro sicut Jaco.1.
fenū veterascet. ⁊ sicut foliū fructificans in ar 1. Pe.
bore viridi. Alia generant ⁊ alia deijciūtur
sic generatio carnis ⁊ sanguinis alia finitur
⁊ alia nascit. Omne opꝰ corruptibile in fine
deficiet. ⁊ q̄ illud operat ibit cū illo. Et om-
ne opꝰ electū iustificabit. ⁊ q̄ opat illud ho-
norabit in illo. Beatus vir qui in sapientia D
morabit. ⁊ q̄ in iusticia sua meditabitur ⁊ in
sensu cogitabit circunspectionem dei. Qui
cogitat vias illius in corde suo. ⁊ in abscon
sis suis intelligens: vadens post illam quasi
inuestigator ⁊ in vijs illius consistens. Qui
respicit ꝑ fenestras illius. ⁊ in in ianuis illiꝰ
audiēs. Qui req̄escit iuxta domū illius. ⁊ in

parietibus illius figens palū. Statuet casu/
lā suā ad man⁹ illius: ꝛ requiescēt in casula il
lius bona p euū. Statuet filios suos sub teg
mine illius ꝛ sub ramis ei⁹ morabit̄. Prote
getur sub tegmine illius a feruore: ꝛ in glīa
eius requiescet. XV.

A Qui timet deū: faciet illud: ꝛ q̄ conti/
nēs ē iusticie apprehēdet illaꝫ: ꝛ ob
uiabit illi q̄si mater honorificata: ꝛ
q̄si mulier a vginitate suscipiet illū. Cibabit
illū pane vite ꝛ intellectus: ꝛ aqua sapie salu
taris potabit illū. Et firmabitur in illo ꝛ non
flectet̄: ꝛ cōtinebit illū ꝛ nō ꝯfundet̄. ꝛ exalta
bit illū apud ꝓximos suos. Et i medio eccle
sie apiet os eius: ꝛ adiplebit eū spū sapiētie ꝛ
B itellectus. ꝛ stola glīe vestiet illū. Jocūditatē
ꝛ exultationem thesaurizabit super illum. ꝛ
noie eterno hereditabit illum. Hoies stulti
nō apphēdēt illam. ꝛ hoīes sensati obuia
bunt illi. Homines stulti nō videbūt eā: lon
ge. n. abest a superbia ꝛ dolo. Uiri mēdaces
nō erunt illius memores: ꝛ viri veraces inue/
nient i illa: ꝛ successum habebunt vsq₃ ad in/
spectionē dei. Non est speciosa laus in ore
peccōris q̄a nō est a dn̄o missus: q̄m a deo pro
C fecta est sapiētia. Sapie. n. dī astabit laus: ꝛ i
ore fideli abūdabit: ꝛ dn̄ator dabit eam illi.
Nō dixeris: p deū abest: que. n. odit ne fece/
ris. Non dicas: ille me iplanauit: nō. n. neces
sarij sunt ei homines impij. Oē execramētū
erroris odit dn̄s: ꝛ nō erit amabile timētib⁹
eū. Deus ab initio cōstituit hominē: ꝛ reliq̄t
illū i manu cōsilij sui. Adiecit mandata ꝛ p/
.19.c cepta sua. Si volueris mandata ꝯseruare
ꝯseruabūt te: ꝛ in perpetuū fidem placitam
D seruar̄. Apposuit tibi aquā ꝛ ignē: ad q̄d volue
eris porrige manū tuam. Ante hoiem vita ꝛ
mors: bonū ꝛ malū. Quod placuerit ei dabi
tur illi: q̄m multa sapia dei: ꝛ fortis i potētia
videns oēs sine itermissione. Oculi dn̄i ad ti/
mentes eū: ꝛ ipe agnoscit oēꝫ opaꝫ hois. Ne
mini mādauit ipie agere ꝛ nemini dedit spa
tiū peccādi. Nō. n. cōcupiscit multitudinem
filioꝝ infideliū ꝛ inutilium. XVI.

A Ne iocūderis i filijs impijs si m̄ltiplicē
tur: nec oblecteris sup ipsos si nō est
timor dei in ill'. Non credas vite il/
loꝝ: ꝛ ne respexeris in labores eoꝝ. Meli
or est eni. vnus timēs deū: q̄ʒ mille filij impij
Et vtile est mori sine filijs q̄ʒ relinquere filios
impios. Ab vno sensato inhabitabit̄ patria:
ꝛ a tribus ipijs deseretur. Multa talia vidit
oculus meus ꝛ fortiora horuꝫ audiuit auris
mea. Jn synagoga peccātiū exardebit ignis
ꝛ i gente icredibili exardescet ira. Non exo/
rauerūt p peccis suis antiq̄ gigantes qui de/
structi sunt ꝯfidentes sue vtuti: ꝛ non pepcit
peregrinatiōi illoꝝ: sꝫ pcussit eos ꝛ execratus ē
eos p̄ supbia vbi illoꝝ. Nō misert⁹ est ill' gē/ B
tem totā pdens ꝛ extollentē se i peccis suis.
Et sicut sexcenta milia peditum q̄ ꝯgregati
sunt in duritia cordis sui: ꝛ si vnus fuisset cer
uicatus mirū si fuisset imunis. Misericordia ē.5.b.
eni ꝛ ira ē cū illo: potēs exoratio ꝛ effundēs
irā. Scd̄m miam suā: sic correctio illius: homi
nē s₃ opera sua iudicat. Nō effugiet in rapi/
na peccōr: ꝛ non retardabit sufferentia miam
facientis. Ois mīsericordia faciet locum vni/
cuiq₃ s̄m meritū operū suoꝝ: ꝛ s̄m intellectū
peregrinationis ipsi⁹. Nō dicas. A deo abscon
dar: ꝛ ex sūmo q̄s mei memorabit̄: Jn pplo
magno nō agnoscar. Que ē. n. anima mea i C
tā imensa creatura: Ecce celū ꝛ celi celorum
abyssus ꝛ vniuersa terra ꝛ q̄ i eis sunt i ꝯspe/
ctu illius cōmouebunt̄: montes simul ꝛ col
les ꝛ fundamēta terre: ꝛ cū cōspexerit illa de
us tremore cōcutient̄. Et in oibus his isensa
tū ē cor: ꝛ oē cor itelligit̄ ab illo: ꝛ vias illius
q̄s intelligit: Et ꝓcella quā nec oculus vidit
hois: Nam plurima illius opa sunt in abscō
sis: sed opa iusticie ei⁹ q̄s enunciabit: aut q̄s
sustinebit: Lōge. n. ē testamentū a q̄busdam
ꝛ interrogatio hominū in ꝯsūmatiōe ē. Qui
minorat̄ corde cogitat inania: ꝛ vir imprū/
dens ꝛ errans cogitat stulta. Audi me fili ꝛ D
disce disciplinā sensus: ꝛ in verbis meis at/
tende in corde tuo: ꝛ dicā in eq̄tate discipli/
nā ꝛ scrutabor enarrare sapiētiā: ꝛ in verbis
meis attēde in corde tuo: ꝛ dico i eq̄tate spūs
vtutes quas posuit de⁹ in opera sua ab ini/
tio: ꝛ in vitate enūcio sciam eius. Jn iudicio
dī opa ipsi⁹ ab initio: ꝛ ab institutōe hominū
ipioꝝ distinxi ptes illoꝝ: ꝛ initia eoꝝ in genti
bus suis. Ornauit in eternū opera illoꝝ: nec
esurierūt nec laborauerūt: ꝛ nō destiterūt ab
operibus suis. Unusq̄sq₃ proximū sibi nō an
gustiabit vsq₃ in eternū. Non sis incredibil'
vbo illius. Post hec de⁹ in terrā respexit: ꝛ
impleuit illā bōis suis. Anima autē omnis
vitalis denunciauit ante faciē ipsi⁹: ꝛ in ipsa
iterum reuersio illorum. XVII.

Deus creauit d̄ terra hominem ꝛ s̄m A
imaginē suam fecit illū. Et iteꝝ ꝯuer Gen.1.d.
tit illū i ipsaꝫ: ꝛ s̄m se vestiuit illū vir
tute. Numeꝝ dieꝝ ꝛ tp̄s dedit illi: ꝛ dedit illi
ptātē eoꝝ que sunt sup terram. Posuit timo
rem illius sup omnem carnē: ꝛ dominatus ē
bestiaruꝫ ꝛ volatiliū. Creauit ex ipso adiuto Gen.2.c
riū simile sibi: cōsilium ꝛ linguā ꝛ oculos ꝛ
aures ꝛ coꝝ dedit ill' excogitandi: ꝛ discipli/

na intellect⁹ repleuit illos. Creauit illꝭ sciaꝫ
spūs sensu impleuit cor illoꝝ:⁊ mala ⁊ bona
ondit illis. Posuit oculuꝫ ipsoꝝ super corda
illorum ostendere illis magnalia opeꝝ suoꝝ
vt nomē sanctificatiōis collaudēt:⁊ gl'iari in
mirabilibus illi⁹:vt magnalia enarrent ope
B rum ei⁹. Addidit illis disciplinā. ⁊ legē vite
hereditauit illos. Testamētū eternū ꝯstitu-
it cum illis.⁊ iusticiā ⁊ iudicia sua ondit illꝭ.
Et magnalia honoris ei⁹ vidit oculus illoꝝ
⁊ honorem vocis audierunt aures illoꝝ:⁊ di
xit illis. Attēdite ab omni iniquo. Et māda
uit illis vnicuiqꝫ de proximo suo. Vie illo
rū corā illo sūt:sp.n.sunt absconse ab oculis
ipsi⁹. In vnāquāqꝫ gentez ꝓposuit rectorē:⁊
ps dei israhel facta est manifesta. Et oia opa
illoruꝫ velut sol in ꝯspectu dei:⁊ oculi ei⁹ sinē
intermissione inspiciētes in vijs coꝝ. Nō sūt
absconsa testamēta pp iniquitatē illoꝝ:⁊ oēs
j.29.c. C iiquitates coꝝ in cōspectu dei. Elemosyna vi
ri q̄si sacculus cū ipso ⁊ gratiam hois q̄si pu-
pillam cōseruabit ⁊ postea resurget ⁊ retri-
buet illis retributionem vnicuiqꝫ in caput
ipsorum:⁊ ꝯuertet in iferiores ptes t're. Pe
Act.3..d. nitentibus aūt dedit viā iusticie. ⁊ cōfirma
uit deficientes sustinerē:⁊ destinauit illis sor
tez vitatis. Cōuertere ad dnm ⁊ relinq̄ pccā
tua: ꝓcare añ faciem dni: ⁊ minue offēdicu-
la. Reuertere ad dnm:⁊ auertere ab iiusticia
tua:⁊ nimis odito execrationē:⁊ cognosce iu
sticias ⁊ iudicia dei ⁊ sta in sorte propositio
nis ⁊ orationis altissimi dei. In partes vade
seculi sancti:cū viuis ⁊ dātibus confessionē
deo. Non demoreris in errore ipioꝝ:añ mor
D tez cōfitere. A mortuo q̄si nihil perit cōfessio
Cōfiteberis viuens:viu⁹ ⁊ san⁹ confiteberis
⁊ laudabis deum:⁊ gloriaberis i miſatiōib⁹
eius. Quā magna misericordia dni:⁊ ꝓpitia
tio illius ꝯuertētib⁹ ad se. Nec.n.oia pnt eē
in hoibus:qm n̄ est immortalis filius hois ⁊
in vaninate malicie placuerunt. Quid luci-
dius sole:⁊ hic deficiet. Aut quid nequs q̄ꝫ
quod excogitauit caro ⁊ sanguis:⁊ h⁹ arguet
Virtutem altitudinis celi ipse cōspicit:⁊ oēs
homines terra ⁊ cinis. XVIII.

A Qui viuit in eternū:creauit oia simul
Deus solus iustificabitur:⁊ manet i
uictus rex in eternuꝫ. Quis sufficiet
enarrare opera illi⁹? Quis.n.iuestigabit ma
gnalia eius? Virtutē autē magnitudīs eius
Lu.9.f. clamauit ⁊ ait. Gabriel fac itelligere istum
visionem. Et venit ⁊ stetit iuxta vbi ego stabā
Cunq̧ venisset pauens corrui in faciē meā. ⁊
ait ad me. Intellige fili hois: quoniā i tpe fi-
nis ꝯplebit visio. Cunq̧ loqueret ad me: col-
lapsus sum pn⁹ i terrā. Et tetigit me ⁊ statuit
me i gradu meo. dixitq̧ mihi. Ego ōndaz ti
bi q̄ futura sunt in nouissimo maledictōis. q̄
F niam hz tps finem suū. Aries quē vidisti hr̄e
cornua rex medoꝝ est atq̧ psaꝝ. Porro hir
cus capraꝝ rex grecoꝝ ē ⁊ cornu grande qō
erat int̄ oculos eius ip̄e ē rex prim⁹. Qō aūt
fracto illo surrexerūt q̄tuor pro eo: quatuor re
ges de gēte eius ꝯsurgent: sz nō i fortitudine
eius. Et p⁹ regnum eoꝝ cū creuerit iniq̄tates
ꝯsurget rex ipudens facie ⁊ intelligens ꝓpo
sitiones. ⁊ roborabit fortitudo eius. sz nō i vi-
ribus suis. ⁊ supra q̄ꝫ credi pōt vniuersa va
G stabit ⁊ ꝓspabitur ⁊ faciet. Et interficiet ro
bustos ⁊ pplm̄ scōꝝ scđz volūtatē suā ⁊ diri
getur dol⁹ i manu ei⁹ ⁊ cor suum magnifica
bit: ⁊ in copia reꝝ oium occidet plimos. Et
ꝯ principē principū ꝯsurget ⁊ sine manu ꝯte
ret. Et visio vespe ⁊ mane q̄ dcā est vā ē. Tu
ergo visionem signa. q2 p⁹ mlt̄os dies erit. Et
ego daniel langui ⁊ egrotaui p dies plimos
Cunq̧ surrexissem faciebam opa regis ⁊ stu
pebam ad visionē. ⁊ nō erat q̄ iterp̄taretur.

A In āno prio darij filij assueri de IX
semine medoꝝ q̄ ipauit sr̄ r̄gnuz cal
deoꝝ āno vno regni eius. ego dāiel
itellexi i libris nūeꝝ ānoꝝ de quo fact⁹ ē s̄mo
dn̄i ad hieremiam ꝓpham: vt ꝯplerentur de
solationis irl̄z septuaginta anni. Et posui fa
ciem meā ad dn̄m deū meū rogare ⁊ dep̄ca
ri in ieiunijs sacco ⁊ cinere ⁊ oraui dn̄m deuz

⁊ ꝯfessus sum. ⁊ dixi. Obsecro dn̄e deus ma 2.Esdr.1.b
gne ⁊ terribil' custodiēs pactū ⁊ miam dili-
gentibus te ⁊ custodiētib⁹ mandata tua. pec Ju.co.
cauimus iniq̄tatem fecim⁹. impie egim⁹ ⁊ re
cessimus ⁊ declinauim⁹ a mandatis tuis ac
B iudicijs. Non obediuimus s̄uis tuis ꝓphis
q̄ locuti sūt i noīe tuo regibus nr̄is pncipib⁹
nr̄is pr̄ibus nr̄is oiq̧ pplo terre. Tibi dn̄e iu
sticia: nobis āt ꝯfusio faciei sicut ē hodie viro
iuda ⁊ habitatoribus irl̄m ⁊ oi isrl̄. his qui ꝓ
pe sunt ⁊ his q̄ ꝓcul in vniuersis t̄ris ad q̄s
eiecisti eos ꝓpter iniq̄tates eoꝝ in q̄bus pec
cauerūt in te dn̄e. Nobis ꝯfusio faciei: regibus
nr̄is pncipibus nr̄is ⁊ pr̄ib⁹ nr̄is q̄ peccaue
runt. Tibi āt dn̄o deo nostro mia ⁊ ꝓpitiatio
q2 recessimus a te. ⁊ nō audiuim⁹ vocem dn̄i
dei nostri vt ambularemus in lege eius quā
C posuit nobis per seruos suos prophetas ⁊
omnis israel preuaricati sunt legem tuam. ⁊
declinauerūt ne audirēt vocem tuam ⁊ stilla
uit sup nos maledictio ⁊ detestatio q̄ scripta
ta est in libro moysi s̄ui dei. q2 peccauimus ei
Et statuit sermones suos q̄s locut⁹ ē sr̄ nos
⁊ sr̄ pncipes nr̄os q̄ iudicauerunt nos: vt su
pinduceret in nos magnū malū q̄le nunq̄
fuit sub oi celo: scđm q̄ fcm̄ est in irl̄m. sicut
scriptum est i lege moysi. Oē malū hoc vēit
sr̄ nos. Et non rogauimus faciē tuam dn̄e ds
nr̄ vt reuerteremur ab iniquitatibus nr̄is. ⁊
cogitaremus vitatem tuaz Et vigilauit dn̄s
sr̄ malitiam. ⁊ adduxit eā sr̄ nos. Iustus dn̄s
D ds nr̄ i oibus opib⁹ suis q̄ fecit. Non. n. audi Ba.2.d.
uim⁹ vocē ei⁹. Et nūc dn̄e de⁹ nr̄ q̄ eduxisti
pplm̄ tuū de t̄ra egypti i māu forti. ⁊ fecisti
tibi nomē s̄m diē hāc. peccauim⁹ iniq̄tat ez 8.co.
fecim⁹ dn̄e in oēz iusticiā tuam. Auertat ob
secro ira tua ⁊ furor tuus a ciuitate tua irl̄m
⁊ a mōte scō tuo. Propt̄ pccā. n. nr̄a ⁊ iiq̄-
tates patꝝ nr̄oꝝ irl̄m ⁊ ppl̄s tu⁹ in opprobri
uz sr̄ oib⁹ p circuitū nr̄z. Nūc ergo exaudi ds
nr̄ oronē serui tui ⁊ p̄ces ei⁹: ⁊ ostēde faciem
E tuā sup scūariū tuū qō desertū ē. Propt̄ te-
metipsū iclina de⁹ me⁹ aurē tuā ⁊ audi aꝑi
oculos tuos ⁊ vide ōsolationē nr̄az ⁊ citatē
sup quā iuocatū ē nomē tuū. Neq̧. n. i iusti-
ficationib⁹ nr̄is ꝓsternim⁹ p̄ces an̄ faciē tu
am. sed i mis̄atiōibus tuis mult̄. exaudi dn̄e
placare dn̄e: attēde ⁊ fac. Ne moreris pp te-
metipsū de⁹ me⁹: q2 nomē tuū iuocatū ē sr̄ ci-
tatē ⁊ sr̄ pplz tuū. Cūq̧ adhuc loq̄rer ⁊ ora-
rē ⁊ ꝯfiterer pccā mea ⁊ pccā ppl̄i mei israel
vt ꝓsternerē p̄ces meas i ꝯspcū dei mei pro
monte scō di mei. adhuc me loq̄nte i orone
F mea ecce vir gabriel quē videraz in visione
a pncipio cito volās tetigit me i tpe sacrificij 3.8.e.

veſpertini ⁊ docuit me ⁊ locutus ē mihi. dixit
q́ꝫ. Daniel nūc egreſſus ſum vt docerē te ⁊ i-
telligeres. Ab exordio p̄cū tuaꝝ egreſſus ē ſer
.b. mo. Ego aūt veni vt indicarem tibi. q2 vir dſi
derioꝝ es. Tu aūt animaduerte ſmonē: ⁊ itel
lige viſionē. Septuaginta ebdomades abbre
uiate ſūt ſuper pplꝫ tuū: ⁊ ſup vrbē ſcāꝫ tuam
vt ꝯſumeꝫ preuaricatō: ⁊ finē accipiat pcc̄ꝫ: ⁊
deleaꝫ iniq̄tas: ⁊ adducaꝫ iuſticia ſēpiterna: ⁊
impleaꝫ viſio ⁊ ꝓphia. ⁊ vngaꝫ ſcūs ſcōꝝum
B Scito ergo ⁊ aiaduerte ab exitu ſmōis vt ite
rum edificeꝫ irlm vſqꝫ ad xp̄ꝫ ducē. ebdoma-
des ſeptē: ⁊ ebdomades ſexagintadue erūt ⁊
rurſum edificabiꝫ platea ⁊ muri in anguſtia
tp̄oꝝ. Et p⁹ ebdomades ſexagintaduas occi-
detur xp̄s ⁊ nō erit ei⁹ ppl's q̄ eū negaturus ē
⁊ ciuitateꝫ ⁊ ſcūariū diſſipabit ppl's cuꝫ duce
venturo: ⁊ finis eius vaſtitas: ⁊ p⁹ finem belli
ſtatuta deſolatio. Cōfirmabit aūt pactuꝫ mul
tis ebdomada vna. ⁊ in dimidio ebdomadis
24.b deficiet hoſtia ⁊ ſacrificium. Et erit in templo
abhominatio deſolationis: ⁊ vſqꝫ ad ꝯſūma-
tionem ⁊ finem pſeuerabit deſolatio. X
A Anno tertio cyri regis pſaꝝ verbū re-
uelatū ē danieli cognomēto baltha
ſar. ⁊ v̄bū veꝝ ⁊ fortitudo magna itel
lexitqꝫ ſmonē. Intelligentia. n. eſt op⁹ i viſio
ne. In dieb⁹ ill' ego daniel lugebā triū ebdo
madaꝝ dieb⁹ panē deſiderabilē n̄ comedi: ⁊
caro ⁊ vinū nō introierūt i os meū ſꝫ neqꝫ vn
guēto vnct⁹ ſum. donec ꝯplereꝫ triū ebdoma
darū dies. Die āt viceſſima ⁊ q̄rta mēſis p̄mi
eram iuxta fluuiū magnū q̄ ē tigris ⁊ leuaui
oculos meos ⁊ vidi. Et ecce vir vnus veſtit⁹
lineis ⁊ renes eius accincti auro obrizo ⁊ cor
B pus ei⁹ q̄ſi chryſolit⁹: ⁊ facies eius velut ſpēs
fulguris ⁊ ocl'i eis vt lāpas ardēs ⁊ brachia
eius: ⁊ q̄ deorſū ſꝫ vſqꝫ ad pedes q̄ſi ſpēs eris
cādēꝫ ⁊ vox ſmonū ei⁹ ut vox mltitudis: Vidi
āt ego dāiel ſol⁹ viſiōeꝫ: porro viri q̄ erāt me
cū n̄ videꝫt: ſꝫ ṫror nimis irruit ſꝫ eos ⁊ fugeꝫt
co. in abſconditū. Ego autem relictus ſolus vidi
viſionem grandem hāc: ⁊ nō remanſit in me
fortitudo ſed ⁊ ſpēs mea immutata ē in me ⁊
emarcui nec habui q̄cq̄ virium. ⁊ audiui vo-
cē ſermonum ei⁹. ⁊ audiēs iacebā ꝯſternat⁹
ſup faciem meā. ⁊ vultus me⁹ herebat ṫre. Et
ecce man⁹ tetigit me: ⁊ erexit me ſꝫ gēua mea
⁊ ſup articulos manuuꝫ meaꝝ: ⁊ dixit ad me
r. Daniel vir deſiderioꝝ intellige v̄ba que ego
C loq2 ad te ⁊ ſta in gradu tuo. Nunc. n. ſū miſ
ſus ad te. Cumqꝫ dixiſſet mihi ſermonē iſtum
ſteti tremens ⁊ ait ad me. Noli metuere dāi
el: quia ex die p⁹ q̄ poſuiſti coꝛ tuū ad intelli
gendum vt te affligeres i ꝯſpectu dī tui exau
dita ſꝫ v̄ba tua ⁊ ego veni pꝑ ſermones tuos

Princeps āt regni pſaꝝ reſtitit mihi viginti ⁊
vno diebus: ⁊ ecce michael vn⁹ d̄ p̄ricipibus
primis: venit i adiutoriū meū ⁊ ego remanſi
ibi iuxta regē pſaꝝ. Ueni āt vt docerē te q̄ vē
tura ſunt pplo tuo in nouiſſimis dieb⁹: qm̄ ad
huc viſio in dies. Cumqꝫ lo q̄reꝫ mihi huiuſce
mōi v̄bis. deieci vultū meū ad terrā. ⁊ tacui ⁊
ecce quaſi ſil'itudo fili hoīs tetigit labia mea
⁊ apiens os meū locut⁹ ſū ⁊ dixi ad eum qui
ſtabat ꝯ me. dn̄e mi in viſione tua diſſolute D
ſunt ꝯpages mee: ⁊ nihil in me remāſit viriū
Et quō poterit ſu⁹ dn̄i mei loqui cū dn̄o meo
Nihil. n. in me remanſit viriū: ſꝫ ⁊ halit⁹ me⁹ ſ.co.
intercludiꝫ. Rurſum ergo tetigit me q̄ſi viſio
⁊ confortauit me ⁊ dixit. Noli timere vir deſi ſ.9.f.r.ſ.co
derioꝝ pax tibi: confortare ⁊ eſto robuſt⁹. Cū
qꝫ loqueretur mecum ꝯualui ⁊ dixi. Loqueꝫ
dn̄e mi quia ꝯfortaſti me. ⁊ ait. Nunq̄d ſcis
quare venerīꝫ ad te; Et nūc reuertar vt p̄lier
aduerſum p̄ricipē pſaꝝ. Cū. n. egrederer ap-
paruit princepſ grecoꝝ veniēs. Uerūtn̄ n̄ an
nunciabo tibi quod exp̄ſſū ē in ſcriptura v̄ita
tis ⁊ nemo ē adiutoꝛ meus in oib⁹ his niſi mi
uhael princeps veſter. XI.
Ego āt a primo āno darij medi ſtabā A
vt ꝯfortareꝫ ⁊ roboꝛareꝫ. Et nunc veri
tatem annunciabo tibi. Ecce adhuc
tres reges ſtabunt i perſide: ⁊ q̄rt⁹ ditabiꝫ opi
bus nimijs ſup oēs ⁊ cū inualuerit diuitijs ſu
is ꝯcitabit oēs aduerſum regnū grecie. Sur
get vero rex fortis ⁊ dn̄abitur p̄tāte mlta ⁊ fa
ciet quod placuerit ei. Et cū ſteterit ꝯtereꝫ re
gnum eius: ⁊ diuideꝫ i q̄tuor vētos celi: ſꝫ nō
in poſteros eius neqꝫ ſꝫ potentiā illi⁹ q̄ dn̄at⁹
eſt. Lacerabiꝫ. n. regnum eius ēt i extremos
exceptis his. Et ꝯfortabiꝫ rex auſtri: ⁊ de prin
cipibus ei⁹ p̄ualebit ſꝫ eū. Et dn̄abitur ditio
ne. Multa. n. dn̄atio eius. Et p⁹ finē annoꝛū
federabuntur. Filiaqꝫ regis auſtri veniet ad
regem aq̄lonis facere amicitiā: ⁊ n̄ obtinebit
fortitudinem brachij. nec ſtabit ſemen eius. ⁊
tradetur ip̄a. ⁊ q̄ adduxerunt eam adoleſcē B
tes eius. ⁊ q̄ ꝯfortabāt eam i tp̄ib⁹. Et ſtabit
de germine radicū eius plantatio. Et veniet
cum exercitu ⁊ ingredieꝫ ꝓuinciā regis aqui
lonis ⁊ abuteꝫ eis ⁊ obtinebit. Inſuper ⁊ dōs
deoꝛum ⁊ ſculptilia. vaſa quoqꝫ p̄cioſa auri ⁊
argēti captiua ducet i egyptū. Ipe p̄ualebit ad
uerſus regē aquilonis. Et intrabit i regnum
rex auſtri. ⁊ reuertetur ad ṫrā ſuam. Fili aūt
ei⁹ prouocabūꝫ ⁊ ꝯgregabūt multitudinem
exercituum p̄limoꝝ. Et veniet ꝓperans ⁊ in
undās ⁊ reuerteꝫ ⁊ ꝯcitabitur ⁊ ꝯgredictur
cum roboꝛe ei⁹. Et ꝓuocatus rex auſtri egre
dietur ⁊ pugnabit aduerſus regē aq̄lōis ⁊ p̄
parabit multitudinē nimiā: ⁊ dabitur multi-

tudo in manus ei⁹ ⁊ capiet multitudinē.⁊ ex
altabitur cor eius:⁊ deijciet multa milia:ſꝫ ñ
ꝓualebit.Conuertetur.n.rex aq̄lōis ⁊ ꝓpara
C bit multitudinē mlt̄o maiorē q̄ꝫ ꝓus.Et in fi/
ne tēporum annoꝝq̄ꝫ veniet ꝓperās cū exer
citu magno ⁊ operibus nimijs.In tp̄ibus ill̄
multi ꝯſurgent aduerſus regem auſtri. Filij
quoq̄ꝫ ꝓuaricatoꝝ ppl̄i tui extollēt vt ipleant
viſionem ⁊ corruent.Et veniet rex aq̄lonis:⁊
ꝯportabit aggerē ⁊ capiet vrbes munitiſſi/
mas ⁊ brachia auſtri non ſuſtinebunt.Et cō
ſurgent electi eiuſ ad reſiſtendum:⁊ non erit
fortitudo.Et faciet veniens ſuper eum iuxta
placitum ſuū:⁊ non erit q̄ ſtet ꝯ faciē eius.Et
ſtabit in terra inclyta:⁊ ꝯſumet in manu eius
⁊ ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum
vniuerſum regnum ei⁹ ⁊ recta faciet cum eo
Et filiam feiarum dabit ei vt euertat illum ⁊
non ſtabit:nec illius erit.Et conuertet faciem
D ſuā ad inſulas:⁊ capiet multas ⁊ ceſſare faciet
principes opprobrij ſui:Et opprobrium eius
cōuertetur in eum:⁊ conuertet faciē ſuā ad i/
perium terre ſue:⁊ ipinget ⁊ corruet:⁊ ñ inue
nietur.Et ſtabit in loco ei⁹ viliſſimus ⁊ indi/
gnus decore regio ⁊ in paucis diebus ꝯteret
ñ in furore nec in prelio:Et ſtabit i loco ei⁹ dſ
pectus.⁊ non tribuet ei honor regius.Et ve/
niet clā ⁊ obtinebit regnū in fraudulētia.Et
brachia pugnant̄ expugnabūtur a facie ei⁹ ⁊
ꝯterentur.inſuper et dux federis.et poſt ami
citias cum eo faciet dolū:⁊ aſcēdet ⁊ ſupabit
in modico ppl̄o:⁊ abundantes ⁊ vberes vr/
bes ingredietur:⁊ faciet q̄ nō fecerūt p̄res ei⁹
⁊ p̄res patrum ei⁹.Rapinas ⁊ ꝓdāt diuitiaſ
coꝝ diſſipabit:⁊ ꝯ firmiſſimas cogitationes
inibit:⁊ hoc vſq̄ꝫ ad tp̄s.⁊ concitabitur forti/
tudo eius:⁊ cor eius aduerſū regem auſtri in
exercitu magno:⁊ rex auſtri prouocabitur ad
E bellū multis auxilijs ⁊ fortibus nimis ⁊ non
ſtabunt:quia inibūt aduerſus eū ꝯſilia:⁊ co/
medentes panem cum eo cōterēt illū exerci/
tuſq̄ꝫ eius opprimet̄ et cadēt interfecti plīmi
Duoꝝ q̄ꝫ regū cor erit vt male faciāt: et ad
mēſā vnā mēdaciū loq̄nt̄ et ñ ꝓficiēt: q̄a ad/
huc finis i aliō tp̄s.Et reuertet̄ i t̄rā ſuā cum
opibus multis:⁊ cor ei⁹ aduerſus teſtm̄ ſcm̄
faciet ⁊ reuertet̄ in terrā ſuam.Statuto tem
pore reuertetur:⁊ veniet ad auſtrum:⁊ ñ erit
priori ſil̄e nouiſſimum.Et veniēt ſ̄r eū trieres
⁊ romani:⁊ percutiet̄ ⁊ reuertetur.Et idigna
bit̄ ꝯ teſtm̄ ſcīarij:⁊ faciet reuerteturq̄ꝫ ⁊ co/
gitabit aduerſum eos qui dereliquerunt te/
ſtm̄ ſanctuarij.Et brachia ex eo ſtabunt:⁊ pol
luent ſcīarium fortitudis:⁊ auferent iuge ſa/
crificiū.⁊ dabunt abhominatiōeꝫ in deſolatio

nem.Et ipij in teſtm̄ ſimulabūt fraudulenter
Populus āt ſciēs deū ſuūꝫ obtinebit ⁊ faci/
et.Et docti i ppl̄o docebunt plīmos ⁊ ruent F
in gladio ⁊ in flamma ⁊ i captiuitate ⁊ in rap
na dieꝝ.Cumq̄ꝫ corruerint ſubleuabūt̄ auxilio
paruulo:⁊ applicabunt̄ eis plīmi fraudu/
lenter.Et de eruditis ruēt vt ꝯflentur ⁊ eligā j.12.e
tur ⁊ dealbent̄ vſq̄ꝫ ad tp̄s ꝓfinitū. q̄a adhuc
aliud tp̄s erit.Et faciet iuxta volūtatē ſuā rex
Et eleuabitur ⁊ magnificabit̄ aduerſus oēm
deum.Et aduerſus deū deoꝝ loquet̄ magnifi
ca ⁊ dirigetur:donec ꝯpleat̄ iracūdia. Per
petrata q̄ppe ē definitio.Et deum patꝝ ſuoꝝ
non reputabit:⁊ erit in ꝯcupiſcētijs feiaꝝ:nec
quēq̄ꝫ deoꝝ curabit:quia aduerſum vniuerſa
conſurget.Dū āt maozi i loco ſuo venerabit̄
⁊ deum quē ignorauerūt p̄res ei⁹ colet auro
⁊ argento ⁊ lapide ꝓcioſo:rebuſq̄ꝫ precioſis
Et faciet vt muniat maozi cum dō alieno quē G
cognouit: ⁊ multiplicabit gloriam: ⁊ dabit
eis ptātē in multiſ ⁊ t̄rā diuidet gratuito.Et in
tp̄e prefinito ꝓliabit̄ aduerſus eū rex auſtri:⁊
q̄ſi tempeſtas veniet ꝯ illū rex aquilonis i cur
ribuſ.⁊ in eq̄tibus ⁊ in claſſe magna ⁊ ingre/
diet̄ t̄ras ⁊ cōteret ⁊ ꝑtranſiet.Et introibit in
terrramglorioſam ⁊ multi corruent. He aūt
ſole ſaluabuntur dō manu eius edom ⁊ moab
⁊ principes filioꝝ ammon.Et mittet manū
ſuam in terras:⁊ terra egypti non effugiet ⁊
dominabitur theſauroꝝ auri ⁊ argenti et in
omnibus precioſis egypti.Per libyaꝫ q̄ꝫ et
ethiopiam trāſibit:⁊ fama turbabit eū ab ori
ente ⁊ ab aquilone:⁊ vēiet in mlt̄itudine ma
gna:vt conterrat ⁊ interficiat plīmos.Et fi/
get tabernaculum ſuum apedno iter duo ma
ria ſuper montem inclytū ⁊ ſcm̄:⁊ veniet vſq̄ꝫ
ad ſummitatem eius:⁊ nemo auxiliabit̄ ei.

In tp̄e āt illo conſurget mi/ XII A
chael princeps magn⁹ q̄ ſtat ꝓ filijs
populi tui:⁊ veniet tp̄s q̄le nō fuit ab
eo ex q̄ gentes eē ceperūt vſq̄ꝫ ad tp̄us illud
Et in tp̄e illo ſaluabitur ppl̄s tuus:oīs q̄ iuē
tus fuerit ſcript⁹ i libro.Et multi dō his q̄ dor
miūt in t̄re puluere:euigilabūt:alij i vitā eter
nam: alij in opprobriū vt videāt ſp.Qui aūt B
docti fuerint fulgebūt q̄ſi ſplēdor firmamen
ti: ⁊ q̄ ad iuſticiam erudiunt mlt̄os q̄ſi ſtelle
perpetuas eternitates.Tu aūt daniel claude
ſermones ⁊ ſigna librū vſq̄ꝫ ad tp̄s ſtatutum
Plīmi pertranſibūt ⁊ multiplex erit ſcia.Et
vidi ego daniel:⁊ ecce quaſi duo alij ſtabant:
vnus hic ſup ripā flūinis:⁊ alius inde ex alte
ra ripa flūius.Et dixi viro q̄ erat indut⁹ lineis
qui ſtabat ſup aq̄s fluminis.Vſq̄ꝫ q̄ finis hoꝝ C
mirabilium?Et audiui virum q̄ indut⁹ erat li

neis q̄ stabat sup̄ aquas fluminis: cū eleuasset
dexterā ꝛ sinistrā suā in celū ꝛ iurasset p̄ viuē
tē i eternū: q2 in tp̄s ꝛ tp̄a ꝛ dimidiū tp̄is. Et
cū cōpleta fuerit dispersio man⁹ ppl'i sci: cō-
plebunt vniuersa hec: ꝛ ego audiui ꝛ nō itel
lexi. Et dixi. Dn̄e mi quid erit post h̄. ꝛ ait:
Uade daniel: q2 clausi sūt signatiq3 sermōes
II.f. vsq3 ad p2efinitū tp̄s. eligentur ꝛ dealbabun
tur ꝛ q̄si ignis p̄babunt multi. ꝛ impie agēt
D impij neq3 itelligēt oēs ipij. Porro docti itel
ligēt ꝛ a tp̄e cū ablatū fuerit iuge sacrificiū ꝛ
posita fuerit abhominatio i desolationē: dies
mille ducēti nonagīta. Beat⁹ q̄ expectat ꝛ
puenit vsq3 ad dies mille trecētos trigīta q̄n
q3. Tu aūt daniel vade ad p̄finitū: ꝛ requie-
sces ꝛ stabis in sorte tua i fine dierū. Hucus
q3 daniel ē in hebraico volumine legimus ce
teraq3 sequunt vsq3 ad finē libri: de theodoti
onis editione translata sūt. XIII.
A Et erat vir hitās i babylone: ꝛ nomē
ei⁹ ioachi: ꝛ accepit vxorē noīe susan
nā filiā helchie pulchrā nimis ꝛ ti-
mentē deū. Parentes. n. illius cū essent iusti
erudierūt filiā suā s̄m legē moysi. Erat autē
ioachin diues valde: ꝛ erat ei pomeriū vici-
nū domui sui: ꝛ ad ipsū ꝯfluebāt iudei: eo q̄
eēt honorabilior oīum. ꝛ ꝯstituti sunt duo se
nes iudices in illo anno: de quibus locutus
est dn̄s: q2 egressa est iniquitas de babylone
a senioribus iudicibus qui videbantur rege
re populū. Isti frequentabāt domū ioachin.
ꝛ veniebāt ad eos oēs qui habebāt iudicia.
Cū aūt ppl's reuertisset p̄ meridiē: igrediebā
tur susāna ꝛ deambulabat i pomerio viri sui
ꝛ videbāt eā senes quotidie igredientē ꝛ dam
bulantē: ꝛ exarserūt i ꝯcupiscentiā eius. Et
euerterūt sensū suū: ꝛ declinauerūt oculos su
os: vt nō viderēt celū: neq3 recordarent iudi
B cio2 iusto2. erāt ergo ambo vulnerati amore
ei⁹: nec idicauerūt sibi vicissim dolorem suū.
Erubescebāt. n. idicare sibi ꝯcupiscētiā suam
volētes ꝯcubere cū ea. Et obseruabāt q̄tidie
sollicitius videre eā. Dixitq3 alter ad alterū:
eam⁹ domū q2 hora prādij ē. ꝛ egressi reces-
serūt a se. Cūq3 reuertissent: venerūt i vnū: ꝛ
sciscitātes ab iuicē cāz ꝯfessi sūt ꝯcupiscētiā
suā: ꝛ tūc i cōe statuerūt tp̄s: qn̄ eā possēt iue
nire solā. Factū ē āt cū obseruarēt diē aptū i
gressa ē aliqn̄ sicut heri ꝛ nudiustertiū⁹ cū dua
bus solis puellis: voluitq3 lauari i pomerio.
estus q̄ppe erat: ꝛ nō erat ibi q̄sq3 p̄ter duos
senes abscōditos: ꝛ ꝯtēplātes eā. Dixit ergo
puellis. Afferte mihi oleum ꝛ smigmata: ꝛ
ostia pomerij claudite vt lauer. ꝛ fecerunt si-
cut preceperat: clauserūtq3 ostia pōerij ꝛ egres
se sunt per posticū vt afferrent que iusserat.
Nesciebātq3 senes intus eē absconditos. Cum C
aūt eēnt egresse puelle: surrexerūt duo senes
ꝛ accurrerunt ad eā: ꝛ dixerunt. Ecce ostia
pomerij clausa sunt: ꝛ nemo nos videt i con
cupiscentia tui sumus. Quamobrem assenti
re nobis: ꝛ commiscere nobiscum. Qd̄ si no-
lueris: dicemus ꝯ te testimoniū q̄ fuerit tecū
iuuenis: ꝛ ob hanc cām emiseris puellas a te
Ingemuit susāna ꝛ ait. Angustie sunt vndi-
q3 mihi. Si. n. hoc egero mors mihi ē: si aūt
nō egero nō effugiā manus vr̄as. Sed meli 1.Re.24.c
us est mihi absq3 ope incidere in manus ho
minū q̄3 peccare in ꝯspectu dn̄i. ꝛ exclamauit
voce magna susāna: exclamauerūt aūt ꝛ se-
nes aduersus eā. ꝛ cucurrit vnus ad ostia po
merij: ꝛ aperuit. Cū ergo audissent clamorē
famuli domus i pomerio irruerūt p̄ posticū
vt viderēt q̄d nā eēt. Postq3 aūt senes locu
ti sūt: erubuerūt serui vehemēter q2 nunquā
dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna
ꝛ facta ē dies crastina. Cūq3 venisset ppl's ad D
ioachi vir2 ei⁹. venerūt ꝛ duo p̄sb̄ri pleni ini
qua cogitatiōe aduersus susānā vt iterficerēt
eā. ꝛ dixerūt corā ppl'o. Mittite ad susannā
filiam helchie vxorē ioachi: ꝛ stati miserūt: ꝛ
venit cū parētib⁹ ꝛ filijs ꝛ vniuersis cognatis
suis. Porro susanna erat delicata nimis ꝛ
pulchra sp̄e. At iniq̄ illi iusserunt vt discoo-
periretur. erat eni cooperta: vt vel sic saciarē
tur decore eius. Flebant igitur sui ꝛ omnes
q̄ nouerant eam. Consurgentes aūt duo p̄-
sbyteri i medio populi: posuerunt man⁹ suas
sup̄ caput eius. Que flēs suspexit ad celum.
Erat. n. cor eius fiduciam h̄ns i dn̄o: ꝛ dixerūt
Cū deambularemus in pomerio soli: igressa
ē h̄ cum duabus puellis: ꝛ clausit ostia po-
merij ꝛ dimisit a se puellas. Uenitq3 ad eam
adolescēs qui erat abscōditus ꝛ cōcubuit cū
ea. Porro nos cū eēmus in angulo pomerij
vidētes iniq̄tatē: cucurrimus ad eos ꝛ vidi
mus eos pariter cōmisceri. ꝛ illum quidē nō E
q̄uimus cōprehendere: q2 fortior nobis erat
ꝛ aperto ostio exiliuit. Hāc aūt cū app̄hēdisse-
mus iterrogauim⁹ q̄s nā eēt adolescēs: ꝛ no
luit idicare nobis. Huius rei testes sumus.
Credidit eis multitudo q̄si senibus ꝛ iudici
bus ppl'i: ꝛ ꝯdēnauerūt eā ad mortē. Excla-
mauit aūt voce magna susanna ꝛ dixit. De⁹
eterne q̄ abscōdito2 es cognitor q̄ nosti oīa
anteq3 fiāt: tu scis qm̄ falsū testimonium tu-
lerūt cōtra me: ꝛ ecce morior cum nihil ho2
fecerim q̄ isti malitiose cōposuerūt aduersū
me. exaudiuit aūt dn̄s vocem eius. Cūq3 du
cerent ad mortē. suscitauit dn̄s spiritū scm̄ pue

ri iunioris cuius nomē daniel: ⁊ exclamauit
2. Reg. 3. f. voce magna. Mundus ego sum a sanguine
A i. 20. f. huiꝰ. Et ꝯuersus ois ppl's ad eū dixit. Quis
est iste sermo quē locutus es. Qui cū staret
in medio eoꝝ ait. Sic fatui filij isrl' nō iudicā
tes neq3 qd verū est cognoscētes cōdēnastis
F filiā isrl'. Reuertimini ad iudiciū: q2 falsum
testimoniū locuti sunt aduersus eā. Reuer-
sus ē ergo ppl's cū festinatione ⁊ dixerūt ei se
nes. Ueni ⁊ sede in medio nostꝝ: ⁊ īdica no
bis: q2 tibi deus dedit honorē senectutis. Et
dixit ad eos daniel. Separate illos ab inui-
cē ꝓcul ⁊ diiudicabo eos. Cū ergo diuisi es-
sent alter ab altero: vocauit vnū de eis ⁊ di-
xit ad eū. Inueterate dieꝝ maloꝝ nūc venerūt
pccā tua q̄ opabaris prius iudicās iudicia i-
iusta innocētes opprimēs ⁊ dimittēs noxios
exo. 23. a dicēte dn̄o: inocētē ⁊ iustū nō interficies. nūc
ergo si vidisti eā: dic qua sub arbore videris
eos colloquētes sibi. Qui ait sub cyno. dixit
aūt daniel. Recte mētitus es in caput tuuz
Ecce. n. angelus dei accepta sn̄ia ab eo scidet
te mediū. Et amoto eo iussit venire aliū: ⁊ di
xit ei. Semē chanaā ⁊ non iuda spēs decepit
G te: ⁊ ꝯcupiscentia subuertit cor tuū. Sic facie
batis filiabus isrl': ⁊ ille timētes loquebātur
vobis: sed nō filia iuda sustinuit iniquitatez
vr̄am. Nūc ergo dic mihi sub qua arbore cō
ꝓhenderis eos loquētes sibi. Qui ait sub pry
no. Dixit aūt ei daniel. Recte mētitus es ⁊
tu in caput tuū. Manet. n. angelus dei gladi
um habēs vt secet te mediū ⁊ iterficiat vos.
Exclamauit itaq3 ois cetꝰ voce magna: ⁊ bn̄
dixerūt deū q̄ saluat sperātes in se: ⁊ ꝯsurre-
xerūt aduersus duos p̄sbyteros. Conuicerat
eni eos daniel ex ore suo falsū dixisse testimo
niū. Feceruntq3 eis sicut male egerant aduer-
sus ꝓximā vt facerēt s̄m legē moysi: ⁊ inter-
fecerūt eos. Et saluatus ē sāguis inoxius in
die illa. Helchias aūt ⁊ vxor eius laudauerūt
deū ꝓ filia sua susāna cū ioachī marito eius
⁊ cognatis oibus: q2 nō est inuēta in ea res
turpis. Daniel āt factus ē magnus in ꝯspe-
ctu populi a die illa ⁊ deinceps. Et rex astya
ges appositus ē ad p̄res suos ⁊ suscepit cyrꝰ
perses regnum eius. XIIII.
A Erat aū daniel ꝯuiua regis: ⁊ hono
ratus sup oēs amicos eius. Erat q̊3
idolū apud babylonios noīe bel: ⁊ i-
pendebant in eo p dies singulos sile artabe
duodecim ⁊ oues quadraginta: viniq3 am-
phore sex. Rex quoq3 colebat eū: ⁊ ibat per
singulos dies adorare eū. porro daniel ado-
rabat deū suū. Dixitq3 ei rex. Quare nō ado
ras bel. Qui rn̄dens ait. Q2 non colo idola
manufacta: sed viuētē deū q̄ creauit celuz ⁊
terrā ⁊ h3 ptātē ois carnis. Et dixit rex ad eū
B Nō videt tibi eē bel viuēs deus: An n̄ vides
quāta comedat ⁊ bibat quotidie? Et ait dani
el arridēs. Ne erres rex. Iste ē. n. itrinsecus eccl. 30. c
luteus: forinsecus ereus neq3 comedit aliqn̄
Et iratus rex vocauit sacerdotes eiꝰ: ⁊ ait eis
Nisi dixeritis mihi quis ē qui comedat ipen
sas has moriemini. Si aūt ostēderitis qm̄ bel
comedat hec: morieт daniel q2 blasphema-
uit in bel. Et dixit daniel regi. Fiat iuxta ver
bū tuum. Erāt aūt sacerdotes bel septuagin
ta: exceptis vxoribꝰ ⁊ paruulis ⁊ filijs. Et ve
nit rex cū daniele i tēplū belis: ⁊ dixerūt sa-
cerdotes belis. Ecce nos egredimur foras:
⁊ tu rex pone escas ⁊ vinū misce: ⁊ claude o-
C stiū ⁊ signa ānulo tuo. ⁊ cum igressus fueris
mane nisi iueneris oia comesta a bel morte
moriemur. vel daniel q̄ mētitꝰ est aduersum
nos. Cōfidebāt aūt q2 fecerāt sub mēsa abscō
ditū introitū: ⁊ p illū ingrediebant semp ⁊ d
uorabāt ea. Factū ē igit postq̄3 egressi sūt illi
⁊ rex posuit cibos aū bel: p̄cepit daniel pue-
ris suis: ⁊ attulerūt cinerē ⁊ cribrauit per to
tum tēplū corā rege: ⁊ egressi clauserūt ostiū
⁊ signantes annulo regis abierūt. Sacerdo
tes aūt ingressi sūt nocte iuxta ꝯsuetudinem
suā ⁊ vxores ⁊ filij eoꝝ: ⁊ comederūt oia ⁊ bi
berūt. Surrexit aūt rex prio diluculo ⁊ da-
D niel cū eo. ⁊ ait rex. Salua ne sunt signacla
daniel. Qui rn̄dit. Salua rex: Statimq3 cuz
aperuisset ostiū: intuitus rex mensā exclama
uit voce magna. Magnus es bel: ⁊ nō ē apd
te dolus quisq̄3. ⁊ risit daniel: ⁊ tenuit regez
ne ingrederet itro. ⁊ dixit. Ecce pauimētum
aiaduerte cuius vestigia sūt hec. ⁊ dixit rex.
Uideo vestigia viroꝝ ⁊ mulieꝝ ⁊ infantium
Et iratus ē rex. Tunc apprehendit rex sacer
dotes ⁊ vxores ⁊ filios eoꝝ: ⁊ ostēderunt ei ab
scōdita ostiola p que ingrediebant ⁊ ꝯsume
bant q̄ erant sup mēsam. Occidit ergo illos
rex: ⁊ tradidit bel in ptātem danielis: q̄ sub-
uertit eū ⁊ tēplū eiꝰ. ⁊ erat draco magnꝰ i lo
co illo ⁊ colebāt illū babylonij. ⁊ dixit rex
E danieli. ecce nūc nō potes dicere: q2 iste non
sit deus viuens. Adora ergo euz. Dixitq3 da
niel regi. Dominū deū meum adoro: q2 ipse
est deus viuens. Iste autem non est deus vi
uens. Tu autem rex da mihi potestatem ⁊ in
terficiam draconem absq3 gladio ⁊ fuste: ⁊
ait rex. Do tibi. Tulit ergo Daniel picem
⁊ adipem ⁊ pilos ⁊ coxit pariter: fecitq3 mas
sas: ⁊ dedit in os draconis: ⁊ diruptus ē dra
co. Et dixit daniel. ecce quem colebatis. qd
cum audissent babylonij idignati sunt vehe-

menti: et congregati aduersū regē dixerūt. Iu
de⁹ fcūs ē rex. Bel destruxit dracone ī iterfe
cit: et sacerdotes occidit. Et dixerūt cū veissēt
ad regē. Trade nobis daniele: alioqn ītei fi
F cient⁹ te et domū tuā: Uidit ergo rex q irru
erēt i eū vehementer: et necitate cpulsus tra
d.6.e didit eis danielē. Qui miserūt eū i lacū leo
nū: et erat ibi diebus sex. Porro in lacū erāt
leones septē: et dabant eis duo corpa qtidie
et due oues: et tūc nō data sūt eis vt deuora
rēt danielē. Erat āt abacuch propha i iudea
et ipse coxerat pulmētū et itriuerat panes in
alueolo. et ibat in cāpū vt ferret messoribus
Dixitqꝫ angel⁹ dñi ad abacuch. Fer prādiū
qd hēs in babylonē danieli: q ē in lacu leo
nū. Et dixit abacuch. Dñe babylonē non vi
di: et lacū nescio. Et apphēdit eū āgelus dñi
in vtice ei⁹. et portauit eū capillo capitis sui
G posuitqꝫ eū in babylonē sup lacū i ipetu spi
rit⁹ sui. Et clamauit abacuch dicēs. Daniel
serue dei: tolle prandiū qd misit tibi deus. Et
ait daniel. Recordatus es mei ds: et nō dere
liqsti diligentes te. Surgēs daniel comedit
Porro angel⁹ dñi restituit abacuch cfesti
ī loco suo. Uenit ergo rex die septio vt luge
ret danielē et venit ad lacū et itrospexit: et ec
ce daniel sedēs in medio leonū. Et exclama
uit voce magna rex dicēs. Magn⁹ es dñe ds
daniel. Et extraxit eū de lacu leonū. Porro
illos q pditionis ei⁹ cā fuerāt. intromisit in
lacū: et deuorati sūt in momento coram eo.

Explicit Daniel ppha. Incipit plo
gus in libr duodecim pphetarum

NOn idē ordo ē duodeci pro
phetar apd hebreos q ē apd
nos. Unū fꝫ id qd ibi legit: h
qꝫ dispositi sūt. Osee cōatic⁹
ē: et qsi p snias loqns. Iohel
plan⁹ i pncipijs. i fine obscu
rior: et vsqꝫ ad malachiā hnt singuli pprieta
tes suas: quē esdrā scribā legisqꝫ doctorē he
brei autumant. Et qr longū ē nunc de oibus
dicere: hoc tm vos o paula et estochium ad
monitas scire volo vnū libr esse duodecim
pphetar: et Osee synchronō ysaie: malachiā
vero aggei et zacharie fuisse tpibus. In qui
bus āt tps non pfertur in titulo: sub illis cos
regibus prophetasse sub quibus et hi qui an
te eos habent titulos pphetauerunt.

Item alius plogus

REgule sunt he sub quibus si
gnificationibus nominū ad
quas tribus per pphetas ser
mo dñi dirigatur. Quotiēs
cunqꝫ ad decem tribus tēdi
tur propheta: sub his nominibus designan
tur. i. effraim. samaria israhel ioseph iezrahel
bethel. bethauen. et interdum iacob. Quan
do autem ad duas loquitur tribus: sub his
nominibus sermo profertur. i. iuda irlm be
niamin domus dauid et interdū iacob. Ali
quotiens isrl ad totas duodecim tribus re
fertur. Duplex ē apud hebreos snia de his
quatuor versibus qui in capite sunt preno
tati. Plerique. n. dicunt q ab esdra scriba i
omnibus prophetis sic fuerit titulatum: vt
prescripto vniuscuiusqꝫ nomine pphetia cu
ius sit sequens noscatur. Ipse est autem es
dras qui vltimus prophetarum malachie
nomine scribit. Alij vero dicūtur q ab ipsis
prophetis per spm sanctum vt cetera sunt
conscripta.

Incipit plogus in libr Osee pphe

TEmporib⁹ ozie et ioathan a
chaz et ezechie rgū iuda et ie
roboā filij iohe rgis. Osee et
fili⁹ beeri ad pphetiā dicen
dā spū scō replet⁹ ē. De mēo
rato itaqꝫ nūero regū: achaz
rex iuda et hieroboā rex isrl dñꝫ dereliqntes
vt historie regū et palipomenō idicāt: ēt isrl
idolatrie crimē impio ac ptāte sua admitter
coegerunt. Propt q de⁹ ad osee h locutus
est dicēs. Accipe tibi vxorē fornicariam sine Osee. 1. a
fornicationū: et fac filios fornicatōis. Forni
cariā itaqꝫ non electione corpis meretricē
sed gētilē deū ignorantē appellat: que dei
creatoris sui amore ptempto: simulacrorū
se subiecit desiderijs. Sed cū dei pcepto pro
pha in hac paruisset cōceptū ex ea filiū iezra
hel precepit noiare deo pollicēte post breue
tps sanguinē iezrahel in domo ihu vindica
re. Cuius pmissionis hec cā ē iehu p heli 4. Re. 9. a
seū in regē inuncto ad defendēdū sanguinē
naboth: cuius iezrahel qꝫ tunc tpis metro
polis erat: quē iezabel achab regis isrl vxor 3. Re. 22. b
interemerat sicut regū historia exponit. Is
cū grauiter iuxta diuinū pceptū vindicandi
sanguinis cā in oēm memorati domū dese
uisset. hoc pacto dñm dereliquisse inuenit cu 4. Re. 10. e
ius pnepote hieroboā qui lectiōe pphē sus
cēpit. originis sue facta imitante. ac ē dei pce
pta et religionē cū pplo isrl agente sanguis
naboth q in loco certe iezrahel fuerat pfu
sus in domo iohe pris memorati: hiei oboe
p pccō redūdaturus significat. Hinc scitū
ēst vt ira dei vel populo isrl per denunciati
onem pphe pcessura deberetur. domui aūt
iude minima lectione comprehensa ob hoc
promissa ē: qr ezechias rex iuda filius achaz 4. re. 18. a

subla͞tis idolo͞r q̃ tā p͞t ei⁹ q̃ ceti reges ꝯsecrauert
tēplum dī purgasse ⁊ purificasse mōstratur.
Explicit ꝓlog⁹. Incipit argumētū i eundē.
OSee crebro noīat ephraī. sa-
mariam ioseph. iezrahel: ⁊
vxorē fornicariā: ⁊ fornicati
onis filios: ⁊ adulterā cubi-
culo clausā mariti multo tē
po͞r sedere viduā: ⁊ sub veste
lugubri viri ad se reditū p͞stolari.

Explicit argumentum. Incipit
A liber Osee prophete. Caplm̄ I
VErbū dn̄i qđ factū ē ad osee
filiū beeri in diebus ozie ioa
thā achaz ezechie regū iuda
⁊ in diebus hieroboā filij io
as regis isrl̄. Pricipiū loq̄n
di dn̄o in osee. Et dixit dn̄s
ad osee. Uade sume tibi vxorē fornicatōum
B ⁊ fac tibi filios fornicationū: q2 fornicās for
Esa.8.a nicabit terra a dn̄o. Et abijt ⁊ accepit gomer
J.eo. filiam debelaim: ⁊ ꝯcepit ⁊ pepit ei filium. Et
dixit dn̄s ad eum. Uoca nomē ei⁹ iezrael.
Qm̄ adhuc modicū: ⁊ visitabo sanguinem
iezrahel sup domū ihehu: ⁊ quiescere faciā re
gnum dom⁹ isrl̄. Et in illa die ꝯterā arcum
3.eo.⁊.J.eo. isrl̄: in valle iezrael. Et concepit adhuc: ⁊ pe
C perit filiā: Et dixit ei. Uoca nomē eius absq3
mīa. Quia non addā vltra misereri domui
isrl̄: sed obliuione obliuiscar eorū. Et domui
iuda miserebor. ⁊ saluabo eos i domino deo
suo: ⁊ non saluabo eos in arcu ⁊ gladio ⁊ in
bello ⁊ in equis ⁊ in eq̄tibus. Et ablactauit
3.eo. eam q̄ erat absq3 mīa. Et concepit: ⁊ peperit
D filium. Et dixit ei. Uoca nomē ei⁹ non ppl̄s
meus. Quia vos non ppl̄s meus: ⁊ ego non
ero vr̄ deus. Et erit nūerus filio͞r isrl̄ q̄si are
na maris q̄ sine mēsura ē: ⁊ non numerabit
Et erit in loco vbi dicetur eis nō ppl̄s me⁹
vos dicet eis filij dei viuētis. Et congregabū
tur filij iuda ⁊ filij isrl̄ parit: ⁊ ponēt sibimet
caput vnum: ⁊ ascendēt de terra: q2 magn⁹
A dies iezrael. II.
DIcite fr̄ibus vr̄is ppl̄s me⁹: ⁊ sorori
vr̄e. miam ꝯsecuta indicate mr̄ez ve
stram iudicate. quoniam ipsa non
vxor mea: ⁊ ego non vir eius. Auferat forni
cationes suas a facie sua: ⁊ adulteria sua de
medio vberum suorum: ne forte expoliē eā
nudam ⁊ statuam eam secūdum diem nati
uitatis sue: ⁊ ponam eam quasi solitudinem
⁊ statuam eam velut terram inuiam ⁊ inter
ficiam eam siti: ⁊ filio͞r illius nō miserebor:
quoniam filij fornicationum sunt: quia for-
nicata ē mater eorum. Confusa ē que conce
pit eos: q2 dixit. Uadam post amatores me-
os qui dant panes mihi ⁊ aquas meas. ⁊ la
nam meam ⁊ linum meum. oleum meum. B
⁊ potum meum. Propter hoc ecce ego se-
piā viā tuā spinis: ⁊ sepiam eā macerīa. Et
semitas suas non inueniet. ⁊ seq̄tur amato-
res suos ⁊ non apphendet eos: ⁊ q̄ret eos ⁊
non iueniet ⁊ dicet. Uadā ⁊ reuertar ad vir͞
meū priorē: q2 bene mihi erat tūc magis q̃
nunc. Et hec nesciuit. q2 ego dedi ei frumen
tum ⁊ vinū ⁊ oleū ⁊ argētum multiplicaui
ei ⁊ aur͞: que fecerunt baal. Jdcirco conuer
tar ⁊ sumā frumētum meum i tp̄e suo. ⁊ vi-
num meū in tp̄e suo: ⁊ liberabo lanā meam
⁊ linū meum q̄ opiebant ignominiam eius
Et nunc reuelabo stulticiam eius in oculis
amato͞r eius: ⁊ vir non eruet eam de manu
mea. Et cessare faciā oē gaudium eius: solē-
nitatē eius: neomeniam eius. sabbatū eius
⁊ oia festa tp̄a eius. Et corrumpā vineā eius C
⁊ ficū eius de q̄b⁹ dixit. Mercedes he mee
sūt. q̄s dederunt mihi amatores mei. Et po-
nā eā in saltum: ⁊ comedet eā bestia agri. Et
visitabo sup eā dies baalim: q̄bus accēdebat
incēsum. ⁊ ornabat inaure sua ⁊ monili suo
⁊ ibat p⁹ amatores suos. ⁊ mei obliuiscebat
dicit dn̄s. Propter hoc ecce ego lactabo eā
⁊ ducā eā in solitudinem. Et loquar ad cor
eius: ⁊ dabo ei vinitores ei⁹ ex eodē loco ⁊
vallē achor ad apiēdā spē. ⁊ cāet ibi iuxta
dies iuuētutis sue: ⁊ iuxta dies ascēsiōis sue
de terra egypti. ⁊ erit i die illo ait dn̄s: voca
bit me vir me⁹. ⁊ non vocabit me vltra baa-
lim. Et auferā noia baali de ore ei⁹: ⁊ nō re- D
cordabit vltra nois eo͞r: ⁊ pcutiam cum eis
fedus i die illa: cū bestia agri ⁊ cū volucre
celi: ⁊ cū reptili terre: ⁊ arcū ⁊ gladiū ⁊ bel-
lum ꝯterā de terra: ⁊ dormire eos faciā fidu
cial̄r ⁊ sponsabo te mihi i sēpit̄nū: ⁊ spōsabo
te mihi i iusticia ⁊ iudicio ⁊ i mīa ⁊ mi͞satōi
bus ⁊ spōsabo te mihi in fide: ⁊ scies q2 ego
dn̄s: ⁊ erit in die illa exaudiā dicit dn̄s. ⁊ ex-
audiā celos. ⁊ illi exaudiēt terrā. ⁊ t͞ra exau
diet triticū ⁊ vinū ⁊ oleū. ⁊ h̄ exaudient iez-
rahel: ⁊ seminabo eā mihi i terrā: ⁊ mi͞sebor
eius q̄ fuit absq3 mīa: ⁊ dicā nō pplō meo po Ro.9.c.
pulus meus es tu: ⁊ ipse dicet de⁹ me⁹ es tu 1.Pe.2.b
ET dixit dn̄s ad me. Adhuc III A
vade ⁊ dilige mulierē dilectā ami-
co ⁊ adulteram: sicē diligit dn̄s filios
isrl̄: ⁊ ipsi respectant ad deos alienos ⁊ dili-
gunt vinacia vua͞r. ⁊ fodi eā mihi q̄ndecim
argenteis: ⁊ choro ordei. ⁊ dimidio choro
ordei ⁊ dixi ad eam. Dies multos expecta-

B bis me. Non fornicaberis. ⁊ non eris viro:
ſed ⁊ ego expectabo te. Quia dies multos ſe
debunt filii iſrahel ſine rege ⁊ ſine principe ⁊
ſine ſacrificio. ⁊ ſine altari ⁊ ſine ephot. ⁊ ſine
theraphi. Et poſt hec reuertentur filij iſrahel
⁊ querēt dominum deum ſuū ⁊ dauid regē
ſuum. ⁊ pauebunt ad dominū ⁊ ad bonum
eius in nouiſſimo dierum. IIII
A Audite v̄bum dn̄i filij iſrl̄ qꝛ iudiciū
dn̄o cū hītatoribus t̄re. Non ē. n. v̄i
tas. ⁊ n̄ ē mīa. ⁊ nō ē ſcia dī i t̄ra. Ma
ledictum ⁊ mēdaciū ⁊ homicidiū ⁊ furtū ⁊
adulterium inundauerūt ⁊ ſanguis ſanguinē
tetigit. Propter h̄ lugebit t̄ra: ⁊ infirmabit
oīs qui hītat i ea. In beſtia agri ⁊ ī volucre
celi: ſꝫ ⁊ piſces maris cōgregabunt. Verūtn̄
vnuſq̄ſqꝫ non iudicet: ⁊ nō arguat vir. Pp̄ls
B n. tuꝰ ſicut hi q̄ ꝯdicūt ſacerdoti. ⁊ corrues
hodie. ⁊ corruet ēt ꝓpha tecū. Nocte tacere
feci mr̄ē tuam. Conticuit pp̄ls meꝰ: eo ꝙ nō
habuerit ſciā. Quia tu ſciam repuliſti: r̄pel
lam te ne ſacerdotio fungaris mihi ⁊ oblita
es legis dei tui: obliuiſcar filiorū tuorum ⁊
ego. Scd̄m multitudinē eoꝝ ſic peccauerūt
mihi: gloriam eoꝝ in ignominiam ꝯmutabo
Peccata pp̄li mei cōedent: ⁊ ad iniq̄tatē eoꝝ
sa:2.4.c ſubleuabunt aīas eoꝝ. ⁊ erit: ſicut pp̄ls ſic ſa
cerdos ⁊ viſitabo ſup eum vias eius ⁊ cogi
C tationes eius reddā ei ⁊ comedent ⁊ nō ſatu
rabunt. Fornicati ſ̄t ⁊ nō ceſſauerūt: qm̄ dn̄z
dereliq̄runt i non cuſtodiēdo. Fornicatio ⁊
vinum ⁊ ebrietas auferunt cor. Pp̄ls meꝰ i
ligno ſuo interrogauit. ⁊ baculus eiꝰ ānūcia
uit ei. Sp̄ūs. n. fornicationum decepit eos ⁊
fornicati ſunt a deo ſuo. Super capita mon
tium ſacrificabant. ⁊ ſup colles accendebant
thymiama ſubtꝰ quercū ⁊ populum ⁊ terebi
thum: qꝛ bona erat vmbra eius. Jō fornica
buntur filie v̄re: ⁊ ſpōſe v̄re adultere erunt.
Non viſitabo ſup filias v̄ras cum fuerit for
nicate. ⁊ ſup ſpōſas v̄ras cum adulterauerit
qm̄ ipi cum meretricibus ꝯuerſabāt ⁊ cū effe
D minatis ſacrificabāt. ⁊ pp̄ls n̄ intelligens va
pulabit. Si fornicaris tu iſrael: non delinq̄t
ſaltem iuda. ⁊ nolite igredi in galgala. ⁊ ne
aſcenderitꝭ i bethauem neqꝫ iurauerit̄ viuit
dn̄s: Qm̄ ſicut vacca laſciuiēs declinauit iſrl̄
Nūc paſcet eos dn̄s q̄ agnum in latitudine
Particeps idoloꝝ effraiꝫ: dimitte eum. Se
paratum eſt ꝯuiuiū eoꝝ: fornicatione fornica
ti ſunt: dilexerūt afferre ignominiā ꝓtecto
res eius. Ligauit eum ſp̄ūs in alis ſuis. ⁊ cō
fundentur a ſacrificijs ſuis. V
A Audite hꝰ ſacerdotes. ⁊ attēdite do
mꝰ iſrl̄ ⁊ domꝰ regis auſculate: qꝛ vo
bis iudicium eſt. Qm̄ laqueꝰ f̄ci eſtis ſpecula
tioni. ⁊ ſicut rete expāſū ſr̄ thabor: ⁊ victimas
d̄clinaſtis i ꝓfundum. Et ego eruditor oium
eoꝝ. ego ſcio effrai: ⁊ iſrael n̄ ē abſconditus a
me. Quia nūc fornicatꝰ ē effrai: ꝯtaminatus ē B
iſrael. Nō dabūt cogitatiōes ſuas vt reuertā
tur ad deū ſuū: qꝛ ſp̄s fornicationū in me
dio eoꝝ: ⁊ dn̄m nō cognouerūt. Et rn̄debit ar
rogātia iſrahel i facie eiꝰ ⁊ iſrl̄ ⁊ effrai ruēt in
iniq̄tate ſua. Ruet ēt iudas cum eis. In gre
gibus ſuis ⁊ i armentꝭ ſuis uadēt ad q̄rēdū
dn̄m: ⁊ n̄ inueniēt. Ablatꝰ ē ab eis. In dn̄o p̄
uaricati ſ̄t: qꝛ filios aliētos genuerūt. Nūc de C
uorabit eos menſis cū p̄rībꝰ ſuis. Clangite
buccia in gabaa: tuba in rama vlulate in be
thauen: pꝰ t̄gū tuū beniamin. Effrai i deſola
tone erit. In die correptionis i tribubus iſrl̄
oſ̄di fidē. F̄ci ſunt p̄ncipes iuda q̄ſi aſſumen
tes t̄minum: ſr̄ eos effūdā q̄ aquā irā meā.
Calūniā patiens ē effraiꝫ fractꝰ iudicio: qm̄
cepit abire pꝰ ſordes. Et ego q̄ tinea effra D
im ⁊ q̄ putredo domui iuda. ⁊ vidit effraim
languorem ſuum: ⁊ iudas vincl̄ꝫ ſuum ⁊ abijt
effraim ad aſſur: ⁊ miſit ad regem vltorē. Et
ipe nō poterit ſanare vos: nec ſoluere poterit a
vobis vincl̄m. Qm̄ ego q̄ leena effrai ⁊ q̄ſi
catulus leōis domui iuda. Ego ego capiā ⁊
vadam: tollā ⁊ nō ē q̄ eruat. Vadēs reuertar
ad locum meū: donec d̄ficiatis: ⁊ queratis fa
ciem meam. VI
In tribulatiōe ſua mane cōſurgent A
ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dn̄ꝫ
qꝛ ipe cepit ⁊ ſanabit nos percutiet ⁊
curabit nos. Viuificabit nos pꝰ duos dies
in die t̄tia ſuſcitabit nos ⁊ viuemꝰ in ꝯſpectu
eius: ⁊ ſciemus ſeq̄murqꝫ vt cognoſcamꝰ dn̄ꝫ
Quaſi diluculū p̄patus ē egreſſus eiꝰ: ⁊ ve B
niet q̄ſi hymber nobis t̄paneꝰ ⁊ ſerotinꝰ ter
re. Quid faciā tibi effrai q̄d faciā tibi iuda.
Mīa v̄ra q̄ſi nubes matutina: ⁊ q̄ſi ros ma
ne ptranſiēs. Propt̄ hoc dolaui in ꝓphis
⁊ occidi eos i v̄bis oris mei. ⁊ iudicia tua q̄ C
lux egrediēt. Qꝛ miaꝫ volui ⁊ nō ſacrificiū Matth.9.b
⁊ ſciam dei pluſq̄ꝫ holocauſtū. Ipſi aūt ſicut 7.12.a
adā tranſgreſſi ſunt pactū: ibi puaricati ſūt
in me. Galaad citas opātiū idolū ſupplan
ta ſāguine: ⁊ q̄ſi fauces viroꝝ latronū. Par D
tice ps ſacerdotū. i via it̄ficiētiū pergiētes
de ſichē. qꝛ ſcelus opati ſ̄ūt: In domo iſrl̄ vi
di horrēdū. Ibi fornicationes effrai: ꝯtami
natus ē iſrl̄. Sed ⁊ iuda pone meſſē tibi: cū
ꝯuertero captiuitatē pp̄li mei. VII.
Quū ſanare vellē iſrl̄: reuelata ē iniq̄ A
tas effrai ⁊ malitia ſamarie: qꝛ opa
ti ſūt mēdaciū: ⁊ fur igreſſus ē ſpoli

ans:latrũculus foris.⁊ ne forte dicant i cor-
dibus suis.oẽm maliciã coꝝ me recordatũ
Nunc circũdedeꝛt eos adiuẽtões sue: corã
facie mea facte sunt. In malicia sua letifica
uerunt regem ⁊ ĩ mendacijs pncipes. Oẽs
adulterantes q̃i clibanus succẽsus a coquen
B te.Quieuit paululum citas a ꝯmixtiõe fer-
Math.13.c menti donec fermẽtareꝛ totũ. Dies regis nr̃i
Ceperũt principes furere a vino.extẽdit ma
nũ suã cum illusoribus:qꝛ applicueꝛt q̃si cli
banũ cor suũ cum isidiareꝛ eis. Tota nocte
dormiuit coquẽs eos:mane ipe succẽsus q̃i
ignis flãme.Oẽs calefacti sũt q̃i clibanus ⁊
deuorauerũt iudices suos.Oẽs reges eoꝝ
C ceciderũt.nõ ẽ q̃ clamei eis ad me.effraim in
pplis ipe ꝯmiscebaꝛ.effraim fact⁹ ẽ subcine
ritius panis.q̃ ñ reuersaꝛ.Comedeꝛt aliẽi ro
bur ei⁹.⁊ ipe nesciuit. Sʒ ⁊ cani effusi sunt
in eo:⁊ ipse ignorauit ⁊ humiliabiꝛ superbia
isrl' in facie ei⁹.Nec reuersi sꝛ ad dñm deum
suũ:⁊ nõ q̃sieꝛt eũ in oib⁹ his.⁊ fact⁹ ẽ effrai
quasi colũba seducta:ñ hñs cor.egyptum in
uocabant: ad assyrios abierũt.⁊ cum pfecti
fuerint:expandã sꝛ eos rete meũ.⁊ q̃si volu-
crẽ celi derahã eos.Cedam eos scdʒ auditi
onem cetus eoꝝ.Ve eis.qm̃ recesserũt a me.
B Vastabunꝛ qꝛ puaricati sũt in me.Ego rede
mi eos ⁊ ipi locuti sunt ꝯ me mendatia ⁊ nõ
clamauerũt ad me in corde suo:sʒ vlulabant
i cubilibus suis.Sup triticũ ⁊ vinum rumia
bant. ⁊ recesseꝛt a me. ⁊ ego erudiui eos:⁊
ꝯfortaui brachia eoꝝ: ⁊ in me cogitauerunt
maliciaʒ.Reuersi sunt vt eẽnt absq̃ iugo.fci
sunt q̃i arc⁹ dolosus.Cadẽt i gladio pncipes
eorum a furore lingue sue:Ista subsannatio
eorum in terra egypti. VIII

A IN gutture tuo sit tuba q̃i aq̃la sꝛ do
mũ dñi:p eo q̃ trãsgressi sũt fedus
meũ:⁊ legẽ meã puaricati sũt.Me
inuocabũt deus meus:⁊ cognouimus te isrl'
Proiecit isrl' bonuʒ:iimic⁹ pseqũꝛ eum.Ipsi
regnaueꝛt ⁊ ñ ex me:pncipes extiteꝛt:⁊ ñ co
gnouit. Auꝝ suũ ⁊ argẽtũ suum fecerũt sibi
B idola:ut iterirẽt.Proiectus est vitul⁹ tu⁹ sa-
maria.Irat⁹ ẽ furor meus i eis.Vsq̃q̃ non
poterunt emundari:Quia ex isrl' ipe est.Ar
tifex fecit illũ:⁊ nõ ẽ ds.Qm̃ i araneaꝝ telas
erit vitulus samarie:qꝛ ventum seminabunt ⁊
turbinẽ metẽt. Culm⁹ stãs.nõ ẽ i eo germẽ
nõ faciet farinã.Qd ⁊ si fecerit:aliẽi come-
C dent eã.Deuorat⁹ ẽ isrl'.nũc fact⁹ ẽ in natõi
bus q̃si vas imũdũ:qꝛ ipi ascẽderũt ad assur
Onager solitari⁹ sibi effraim.Munera dde
runt amatorib⁹: sed et cũ mercede ꝯduxeꝛt
nationes.Nũc ꝯgregabo eos:et q̃escẽt pau-
lisp ab onere regis ⁊ pncipum.Quia mlti-
plicauit efferai altaria ad peccãdũ:fcẽ sunt
ei are ĩ delictum:Scribã ei mltiplices leges
meas:q̃ velut aliene ꝯputate sunt.Hostias B
offerẽt:imolabunt carnes ⁊ comedẽt:⁊ dñs
nõ suscipiet eas.Nũc recordabiꝛ iiq̃tatis eo
rum ⁊ visitabit peccata eoꝝ. Ipi i egytũ con
uerteꝛ.Et oblitus est isrl' factoris sui ⁊ edifi
cauit delubra: ⁊ iudas multiplicauit vrbes
munitas.Et mittã ignem in ciuitates eius ⁊
deuorabit edes illius

NOli letari isrl' noli exultare sicꝫ ppli A
qꝛ fornicatus es a deo tuo.Dilexisti
mercedẽ sup oẽs areas tritici. Area
⁊ torcular non pascet eos. ⁊ vinũ mentietur
eis.Nõ hitabunt i terra domini. Reuersus
est effrai in egyptum ⁊ i assirijs pollutum co
medit. Non libabũt dño vinum:⁊ nõ place
bunt ei. Sacrificia eoꝝ q̃i panis lugentium
Oẽs q̃ comedẽt eũ ꝯtaminabũtur. qꝛ panis
eoꝝ:aie ipoꝝ:nõ intrabit i domũ dñi. Quid
facietis ĩ die soleni i die festiuitaꝛ domini:Ec
ce.n. pfecti sꝛ a vastitate. Egyptus ꝯgrega- B
bit eos:memphis sepeliet eos.Desiderabile
argentum eoꝝ vrtica hereditabit:lappa i ta-
bernacl'is eoꝝ.Venerũt dies visitationis ve
nerũt dies retributõis. Scitote isrl' stultum
pphã isanum viꝝ spiritalẽ. Propꝛ multi-
tudinẽ iiquitatis tue:⁊ multitudinẽ amentie
Speculator effraim cum deo meo ppha:la-
queus ruine factus est super omnes vias ei⁹
insania in domo dei eius. Profunde pecca
uerunt:sicut i diebus gabaa.Recordabitur
iiquitatis eoꝝ.⁊ visitabit peccata eoꝝ.Qua- C
si vuas in deserto iueni israel q̃i pma poma
ficulnee in cacumine eius vidi pr̃es eoꝝ.Ipi
ãt intrauerũt ad beelfegor: ⁊ abalienati sũt
i ꝯfusione ⁊ fci sũt abhoiabiles sicut ea q̃ di-
lexerunt.Effrai q̃i auis auolauit.Glia eoꝝ a
ptu:⁊ ab vtero ⁊ a cõceptu. Qd ⁊ si enutri-
erint filios suos absq̃ liberis eos faciã i hoi
bus.Sʒ ⁊ ve eis:cũ recessero ab eis.Effraim
vt vidi tyrus erat: fũdata in pulchritudine
Et effrai educet ad interfectoreʒ filios suos
Da eis dñe.Quid dabis eis?Da eis vuluã
sine liberis:⁊ vbera arentia.Oẽs neq̃tie eo B
rũ in galgal:qꝛ ibi exosos hũi eos.Propter
malitiã adinuentionũ eoꝝ:d domo mea eij
ciã eos.Nõ addã vt diligã eos.Oẽs princi
pes eoꝝ recedẽtes.Percussus est effrai:ra-
dix eoꝝ exiccata ẽ.Fructũ nequaq̃ facient
Qd ⁊ si genuerint:iteficiã amãtissima vteri
eoꝝ.Abijciet eos dñs de⁹ me⁹:qꝛ nõ audie
runt eũ:⁊ erunt vagi in nationib⁹. I

VItis frondosa isrl':fructus adeq̃t⁹ ẽ A
ei. Scdʒ mltitudinẽ fruct⁹ sui mlti

plicauit altaria. iuxta vbertatem terre sue exu
berauit simulacris. Diuisum est cor eorum
nunc interibunt. Ipse ꝯfringet simulacra eorũ
depopulabitur aras eoꝝ. Quia nunc dicent
nõ ẽ rex nobis. Non. n. timem⁹ dñm. Et rex
qd faciet nobis? Loq̄mi vba visiõis inutilis ⁊
B feriet fedus cũ mendacio: ⁊ germinabit q̄si
amaritudo iudicium sup sulcos agri. Vac-
cas bethauen coluerunt hitatores samarie
Quia luxit sup eũ popul⁹ ei⁹: ⁊ editui ei⁹ sr
eum exultauerũt i glã ei⁹: qr migrauit ab eo
Siq̄dem ⁊ ipse i assur delatus ẽ munus regi
vltori. Confusio effrai capiet ꝯfũdetur israel
in voluntate sua. Trãsire fecit samaria reges
suum: q̄i spumã sup faciem aq̄. Et disp̄dẽt ex
C celsa idoli peccatũ isrl'. Lappa ⁊ tribul⁹ ascẽ
Luc.23.f. det sup aras eoꝝ. Et dicẽt montibus operite
Apo.6.d nos: ⁊ collibus cadite sr nos. ex dieb⁹ gabaa
peccauit isrl'. ibi steterũt. nõ ꝯp̄hẽdz eos i ga
baa p̄liũ: sup filijs iniq̄tatis. Iuxta desiderium
meũ corripiam eos. Cõgregabunt sup eos
ppl'i cum corripiẽt ꝓpt duas iniq̄tates suas
Effraim vitula docta diligere triturã. ⁊ ego
transiui sup pulchritudinẽ colli ei⁹. Ascen-
D dam super effrai. Arabit iudas: ꝯfringet sibi
Iere.4.a sulcos iacob. Seminate vobis in iusticia: ⁊
metite i ore mĩe: innouate vobis nouale. Tẽ-
pus aũt req̄rendi dñm: qui venerit cum doce
bit vos iusticiam. Arastis in pietatem: iniqui
tatem messuistis: comedistis frugẽ mẽdacij
Quia confisus es in vijs tuis. ⁊ in multitu-
dine fortium tuorum: consurget tumultus i
populo tuo. ⁊ omnes munitiones tue vasta
buntur sicut vastat⁹ est salmana a domo ei⁹
qui vindicauit baal. i die prelij matre super
filios allisa. Sic fecit vobis bethel: a facie
milicie nequiciarum vrarum. XI

A Sicut mane transit pertrãsit rex isra-
Math.2.c hel: quia puer israhel: ⁊ dilexi eum ⁊
ex egypto vocaui filium meum. Vo
cauerunt eos sic abierũt a facie eorum. Ba
alim imolabant. ⁊ simulacris sacrificabant
⁊ ego quasi nutritus ephrai: portabã eos in
B brachijs meis. ⁊ nescierunt q̄ curarem eos
In funiculis adã trahã eos in vinculis ca-
ritatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super
maxillas eoꝝ ⁊ declinaui ad eũ vt vesceretur
Non reuertet in terram egypti: ⁊ assur ipse
rex eius q̄m noluerunt conuerti. Cepit gla-
dius in ciuitatibus eius: ⁊ ꝯsumet electos ei⁹
C ⁊ comedet capita eoꝝ. Et ppl's meus pende
bit ad reditum meũ. Iugũ aũt imponetur
eis simul: qd ñ auferet. Quõ dabo te ephrai
Gen.19.f. protegã te isrl'. Quõ dabo te: Sicut adama
ponã te: vt seboi. Cõuersũ est in me cor meũ
pariter ꝯturbat penitudo mea. Non faci-
am furorẽ ire mee. Non ꝯuertar vt disp̄dam
D ephrai: q̄m deus ego ⁊ nõ hõ. In medio tui
scũs: ⁊ nõ ingrediar ciuitatẽ. Post dñm ãbula
bunt. Quasi leo rugiet. qr ipse rugiet. ⁊ for
midabunt filij maris. Et auolabũt q̄si auis
ex egypto: ⁊ quasi colũba d̾ terra assirioꝝ. ⁊
collocabo eos in domib⁹ suis dicit dñs. Cir
cundedit me ephrai in negociatione. ⁊ i do
lo domus isrl'. Iudas aũt testis descẽdit cũ
deo. ⁊ cũ scis fidelibus. XII

A Ephrai pascit ventum: ⁊ seq̄t estum
Tota die mẽdaciũ ⁊ vastitatẽ mul-
tiplicat. Et fedus cũ assyrijs iniit: ⁊
oleum in egyptũ ferebat. Iudicium ergo dñi
cũ iuda: ⁊ visitatio sup iacob. Iuxta vias eius
⁊ iuxta adinuẽtiões eius reddet ei. In vtero
Gen.25.e supplãtauit frẽm suũ: ⁊ in fortitudine sua di-
Gen.32.f. rect⁹ est cũ angelo. Et inualuit ad ãgelũ. ⁊ cõ
B fortatus est. Fleuit ⁊ rogauit eũ. In bethel
inuenit eum: ⁊ ibi locutus ẽ nobiscum. Et dñs
deus exercituum: dñs mẽoriale ei⁹. Et tu ad
dñm deũ tuũ ꝯuerteris. Misericordiam ⁊ iu
dicium custodi. ⁊ spa in deo tuo sp. Chanaã
i manu eius statera dolosa: calumniã dilexit
⁊ dixit ephrai. Verumtñ diues effectus sum
C inueni idolum mihi. Oẽs labores mei nõ i
uenient mihi iniq̄tatem quã peccaui. Et ego
dñs ds tuus eduxi te de terra egypti. Adhuc
sedere te faciã in tabernacul' sicut i dieb⁹ fe-
stiuitatis. Et locutus sũ sup ꝓphas ⁊ ego vi-
sionem multiplicaui: ⁊ in manu ꝓpharũ assi
milatus sum. Si galaad idolũ ergo frustra
D erãt in galgal bobus imolãtes. Nã ⁊ altaria
Gen.28.a eoꝝ quasi aceruí sr sulcos agri. Fugit iacob i
regionẽ syrie: ⁊ seruiuit isrl' in vxore: ⁊ i vxo
rem seruauit. In ꝓpha aũt eduxit dñs is-
rael de egypto ⁊ in ꝓpha suat⁹ ẽ. Ad ira
cundiã me ꝓuocauit ephrai i amaritudini-
bus suis ⁊ sanguis eius sup eũ veniet: ⁊ op
probriũ eius restituet ei dñs de⁹ suus. XIII

A Loquẽte ephrai. horror inuasit isrl'
⁊ deliq̄t in baal ⁊ mortu⁹ ẽ. Et nunc
addiderũt ad peccãdũ: feceruntq̃ si-
bi ꝯflatile d̾ argẽto suo q̄si similitudinẽ ido
loꝝ. Factura artificũ totũ ẽ his ipsi dicunt.
Immolate hoĩes vitulos adorantes. Idcir
co erunt q̄si nubes matutina. ⁊ sicut ros ma
B tutinus p̄teriens. Sicut puluis turbie rapt⁹
Esa.43.b ex area. ⁊ sicut fumus de fumario. Ego autẽ
dñs deus tuus ex terra egypti: ⁊ deũ absq̃
me nescies et saluator non ẽ preter me. Ego
cognoui te in deserto. in tra solitudis. Iuxta
pascua sua adimpleti sunt. ⁊ saturati sunt. Et
eleuauerunt cor suum: ⁊ obliti sunt mei. Et

ego ero eis q̄si leena:sicut pardus in via as-
Prouꝰ.17.b sirioꝝ.Occurrā eis q̄si vrsa rap̄ catulis:et
dirumpā iteriora iecoris eoꝝ.Et ꝯsumā eos
ibi q̄si leo:bestia agri scindet eos.Perditio
tua isrl̄:tm̄modo in me auxiliū tuum.Ubi ē
rex tuus?Maxie nūc saluet te in oibus vrbi
z.Re.8.a. bus tuis.Et indices tui d̄ quibus dixisti:da
mihi regē ⁊ p̄ncipes.Dabo tibi regem i fu-
rore meo:⁊ auferā in idignatione mea.Col
ligata ē iniq̄tas ephrai:absconditū peccatū
B eius.Dolores pturient̄ venient ei: Ipse fili
us nō sapiēs.Nūc.n.nō stabit i ꝯtritiōe filio
Hebre.2.d rū.De manu mortis liberabo eos.d̄ morte
redimā eos. Ero mors tua o mors:morsus
tuus ero inferne.Cōsolatio abscōdita est ab
ocul̄ meis q̄ȝ ipse iter f̄res diuidet.Adducet
vrentē vētū dn̄s de deserto ascēdentē.⁊ sicca-
bit venas eius:⁊ desolabit fontē eius.⁊ ipse
diripiet thesauꝝ ois vasis desiderabil̄. XIIII
A Pereat samaria:q̄m ad amaritudinē
ꝯcitauit deū suū.In gladio pereāt.
Paruuli eoꝝ elidant̄:⁊ fete eiꝰ scin
dant̄.Conuertere isrl̄ ad dn̄m deum tuū q̄m
corruisti in iniquitate tua.Tollite vobiscū
B verba ⁊ ꝯuertimini ad dn̄m.⁊ dicite ei.Oēȝ
aufer iniquitatē.⁊ accipe bonū:⁊ reddemꝰ
vitulos labioꝝ nr̄oꝝ.Assur nō saluabit nos.
Sup equū nō ascēdemus:nec dicemꝰ vltra
dij nr̄i opera manuū nr̄aꝝ:q̄ȝ eius qui in te
est misereberis pupilli.Sanabo ꝯtritōes eo
C rum:diligā eos spontanee:q̄ȝ auersus ē fu-
ror meus ab eis.Ero q̄si ros.Et isrl̄ germina-
bit sicut liliū:⁊ erūpet radix eius vt libani.
Ibūt rāi eiꝰ ⁊ erit q̄si oliua glīa eiꝰ ⁊ odor eiꝰ
Conuertentur sedentes in vmbra eius: vi-
D uent tritico. Et germinabunt quasi vinea
memoriale eius sicut vinum libani.Ephrai
quid mihi vltra idola?Ego exaudiam ⁊ di-
rigā eū:ego vt abietē virētē:ex me fructꝰ tuꝰ
Hiere.9.d inuētꝰ ē.Quis sapiēs ⁊ itelliget ista:itelligēs
ma capere suis ꝑcepit. Oẽsq sil q̃ ad specta
culũ ꝓcesserãt trucidauit: ⁊ ciuitatẽ cũ armat᷑
discurrẽs ingẽtẽ mltitudinẽ peremit. Iudas
aũt machabeus q̃ decim⁹ fuerat secesserat in
desertũ locũ: ibiq int feras vitã in mõtibus
cũ suis agebat: ⁊ feni cibo vescẽtes demora-
bant ne participes eẽnt coinq̃natõis. VI. A
Sed nõ post multũ tpis misit rex senẽ
quẽdã ãtiocenũ q̃ cõpelleret iudeos
vt se trãsferrẽt a patrijs ⁊ dei legibus
ꝯtaminare ẽt qd i hierosolymis erat tẽplũ ⁊
cognominare iouis olympij: ⁊ i garizim ꝓut
erãt hi q̃ locũ inhabitabãt iouis hospitalis.
Pessima aũt ⁊ vniuersis grauis erat maloꝝ
icursus. Nã tẽplũ luxuria ⁊ cõmessationib⁹
erat plenũ: ⁊ scortãtiũ cũ meretricibus: sacra
tisq edibus mulieres se viro igerebãt itrofe
rentes ea q̃ nõ licebant. Altare ẽt plenũ erat
illicitis: que legib⁹ ꝓhibebant. Neq aũt sab B
bata custodiebant: neq dies solennes patrij
seruabantur: nec simpliciter se quisq iudeuz
ꝯfitebat. Ducebant autẽ cũ amara necessita

te in die natalis regis ad sacrificia: ⁊ cū liberi sacra celebrarent: cogebant edera corona
ti libero circuire. Decretū aūt exijt in ꝓxias
ciuitates gētiliū suggerētib⁹ ptolomeis: vt
pari mō ⁊ ipsi aduersus iudeos agerēt vt sa
crificarēt: eos aūt q̄ nollēt trāsire ad institu-
C ta gētiliū īterficerēt. Erat ergo videre miseri
am. Due .n. mulieres delate sūt natos suos
circūcidisse: q̄s ad vbera īfantib⁹ suspēsis cū
publice ꝑ ciuitatē circūduxissēt: ꝑ muros p̄ci
pitauerūt. Alij v̄o ad ꝓximas coeūtes spelū
cas: ⁊ latēter sabbati diē celebrantes cū indi
cati eēnt philippo: flāmis succensi sunt: eo ꝙ
verebant̄ ꝓpter religionē ⁊ obseruātiā: ma-
nu sibimet auxiliū auferre. Obsecro aūt eos
qui hunc libꝝ lecturi sūt: ne abhorrescāt ꝓpt̄
aduersos casus: sꝫ reputēt ea q̄ acciderūt nō
ad interitū: sed ad correptionē esse generis
nr̄i. Eteni multo tp̄e non sinere peccōribus ex
snia agere: sed statī vltiones adhibere ma-
D gni beneficij est indiciū. Nō .n. sicut in alijs
nationibus dn̄s patient̄ expectat vt eas cum
iudicij dies aduenerit in plenitudine peccōꝝ
puniat: ita ⁊ i nobis statuit vt pccis nr̄is i fi-
nē deuolutis: ita demū i nos vindicet: ꝑꝑ qd̄
nūq̄ȝ quidē a nobis miam suā āmouet corri-
piens v̄o i aduersis pplm̄ suū nō derelinq̄t.
Sꝫ hec nobis ad cōmonitionē legētiū dicta
sint paucis. Iā aūt veniēdū ē ad narrationē
Igit̄ eleazarus vnus de primoribus scribaꝝ
vir etate ꝓuectus: ⁊ vultu decorus apto ore
hiās cōpellabat̄ carnē porcinā manducare.
at ille gloriosissimā mortē magis q̄ȝ odibilē
vitā cōplectēs: volūtarie p̄ibat ad suppliciū
E Intuens aūt queadmodū oporteret accedere
patiēter sustinēs destinauit nō admittere illi
cita ꝑꝑ vite amorē. Hi aūt q̄ astabant iniqua
misertiōe cōmoti ꝓpter antiquā viri amicitiā
tollētes eū secreto rogabāt afferri carnes q̄-
bus vesci ei licebat vt simularet̄ manducasse
sicut rex iperauerat de sacrificij carnib⁹: vt h̄
facto a morte liberaret̄: ⁊ ꝓpter veterem viri
amicitiā hanc in eo faciebant humanitatem
At ille cogitare cepit etatis ⁊ senectutis sue
eminentiā dignā: ⁊ igenue nobilitatꝫ caniciē
atq̄ȝ a puero optie ꝯuersationis actus: ⁊ ſm
scē ⁊ a deo ꝯdite legis ꝯstituta: rn̄dit cito: di-
F cens p̄mitti se velle in infernū. Nō eni etati
nr̄e dignū est inq̄t fingere: vt multi adolescē
tes arbitrātes eleazaꝝ nonagīta ānoꝝ trāsis-
se ad vitā alienigenaꝝ: ⁊ ipsi ꝓpt̄ meā simula
tionem ⁊ ꝓpt̄ modicū corruptibilis vite tp̄s
decipiant̄: ⁊ ꝑ hoc maculā atq̄ȝ execrationē
mee senectuti ꝯquirā. Nā ⁊ si in p̄nti tēpore
suppliciis hoium eripiar: sꝫ manū oipotentis
nec viuus nec defunctus effugiā. Quāobrē
fortit̄ vitā excedēdo: senectute q̄dē dignus
apparebo: adolescētibus aūt exemplū forte
relinquā: si ꝓmpto aio ac fortit̄ ꝓ grauissimis
ac scīssimis legib⁹ honesta morte perfungar.
His dictꝫ cōfesti ad suppliciū trahebat̄. Hi āt G
q̄ eū ducebant ⁊ paulo an̄ fuerant mitiores:
in irā cōuersi sunt ꝓpter sermones ab eo di-
ctos: quos illi per arrogantiā ꝓlatos arbitra
bant̄. Sꝫ cū plagis perimeret̄: ingemuit ⁊ di
xit. Dn̄e q̄ hēs scām sciam: manifeste tu scis:
qꝛ cū a morte possē liberari. duros corporis
sustineo dolores: ſm aiam v̄o ꝓpter timorē
tuū libenter h̄ patior. Et iste quidem hoc mō
vita decessit: nō solū iuuenibus: sed ⁊ vniuer
se genti memoriā mortꝫ sue ad exēplū v̄tutis
⁊ fortitudinis derelinquēs.

VII.

Contigit aūt septē fratres vna cum A
matre apprehēsos cōpelli a r̄ge ede-
re ꝯ ꝓhas carnes porcinas: flagris ⁊ ta
ureis cruciatos. Un⁹ āt ex illis q̄ erat prim⁹
sic ait. Quid q̄ris. ⁊ quid vis discere a nobis
Parati sumus mori magis q̄ȝ patrias dei le
ges p̄uaricari. Iratus itaq̄ȝ rex iussit sartagi
nes ⁊ ollas eneas succendi: q̄bus statī succē
sis iussit ei qui prior fuerat locut⁹ amputari
linguā: ⁊ cute capitꝫ abstracta sūmas q̄ȝ ma-
nus ⁊ pedes ei ꝓcidi: ceteris ei⁹ fr̄ib⁹ ⁊ mr̄e
īspicientibus. Et cū iā ꝑ oia inutilis factus
eēt: iussit ignē admoueri: ⁊ adhuc spirātē tor
reri i sartagie: ī q̄ cū diu cruciaret̄: ceteri vna
cū mr̄e inuicē se hortabant̄ mori fortit̄ dicen
tes. Dn̄s de⁹ aspiciet v̄itatē: ⁊ cōsolabit̄ i no B
bis: queadmodū i ꝓtestatiōe cātici declara-
uit moyses. Et in seruis suis ꝯsolabit̄. Mor- Deut.32.f.
tuo itaq̄ȝ illo primo hoc mō sequentē dedu-
cebāt ad illudendū: ⁊ cute capitꝫ eius cū ca-
pillis abstracta. iterrogabāt si manducaret
prius q̄ȝ toto corpore ꝑ mēbra singula puni-
ret̄. At ille rn̄dens patria voce dixit: Nō fa-
ciā. Propter qd̄ ⁊ iste sequēti loco primi tor
mēta suscepit: ⁊ in vltimo spū ꝯstitut⁹ sic ait
Tu q̄dē scelestissime in p̄nti vita nos perdis
sed rex mūdi defunctos nos ꝓ suis legibus C
eterne vite resurrectiōe suscitabit. Post hūc
terti⁹ illudit̄: ⁊ linguā postulatus cito ꝓtulit
⁊ manus cōstāter extēdit. ⁊ cum fiducia ait.
E celo ista possideo. sed ꝓpt̄ dei leges nūc h̄
ipsa despicio: qm̄ ab ipso me ea recepturum
spero. Ita vt rex ⁊ qui cum ipo erāt mirarēt̄
adolescentꝫ aium. ꝙ tanq̄ȝ nihil duceret cru-
ciatus. Et hoc ita defuncto: quartū vexabāt
simili͛ torquentes. ⁊ cum iā esset ad mortē.
sic ait. Pocius est ab oibus morti datos spē
expectare a deo. iterum ab ipso resuscitan-

dos.Tibi.n.resurrectio ad uitam nō erit.Et
cum admouissēt quintū vexabāt euz:at ille
respiciens in eū dixit.Ptātē īter hoīes hñs
cum sis corruptibilis facis qđ vis.Noli aūt
putare genꝰ nr̄uz a deo esse derelictum. Tu
aūt patienter sustine.⁊ videbis magnā ptā-
tē ipiꝰ q̄liter te ⁊ semē tuū torquebit. Post
hūc ducebant sextū.⁊ is mori icipiēs sic ait
Noli frustra errare.Nos.n.ꝓpter nosmetip
sos hoc patimur peccantes i deū nr̄m.⁊ di-
gna āmiratiōe fcā sūt i nobis:Tu aūt ne exi
B stimes tibi ipune futuꝝ:qđ ꝯ deum pugnarē
tentaueris.Supra modum aūt mr̄ mirabi-
lis ⁊ bonoꝝ memoria digna q̄ ꝑeūtes sep
tem filios sub vnius diei tp̄e ꝯspiciens: bono
aīo ferebat ꝓpter spē quā in dō habebat.sin
glos illoꝝ hortabatur voce patria fortiter re
pleta sapīa.⁊feminee cogitationi masculi-
num aīuz iserens dixit ad eos.Nescio q̄lit in
vtero meo apparuistis. Neq̃.n.ego spiri-
tum ⁊ aīam dōaui vobis ⁊ vitam.⁊ singulo
E rum mēbra nō egoipsa cōpegi.Sed eni mū
di creator q̄ formauit hoīs natiuitatē.quiq̃
oīuz inuenit originem.⁊ spm̄ vobis iteꝝ cū
mīa reddet ⁊ vitam:sicē nūc vosmetipsos de
spicit̄ pp leges eius.Antiochꝰ aūt contenni
se arbitratus.sil̄r ⁊ exprobrāt̄ voce despe-
cta.cum adhuc adolescētior supesset.non so-
lum v̄bis hortabat̄:sʒ ⁊ cū iuramento affir-
mabat diuitē se ⁊ btm̄ facturum.⁊ translatū
a patrijs legibus amicū habiturū.⁊ res ne
cessarias ei ꝑbiturum. Sʒ ad hec cū adole-
scens nequaq̃ inclinaretur:vocauit rex ma
trem ⁊ suadebat ei vt adolescēti fieret in sa
lutem.Cū aūt mlt̄:eā v̄bis eēt hortatus pro
misit suasuram se filio suo. Itaq̃ inclinata
ad illum irridēs crudelē tyrānū ait patria
voce: Fili mi miſere mei q̄ te in vero no-
F uem mēsibꝰ portaui.⁊ lac triēnio dd̄i ⁊ alui
⁊ in etatem istā ꝑduxi.Peto nate vt aspici-
as ad celum ⁊ terrā.⁊ ad oīa q̄ i eis sūt.⁊ itel
ligas qr ex nihilo fecit illa ds ⁊ hominū ge
nus.ita fiet vt nō timeas carnificem istum:
sed dignus fribꝰ tuis effectꝰ ꝑticeps suscipe
mortem.vt i illa mis̄atōe cū fratribꝰ tuis te
recipiā.Cū hec illa adhuc diceret:ait adole
scens.Quē sustiet̄:Nō obedio ꝑcepto regis
sʒ ꝑcepto legis q̄ data ē nobis ꝑ moysē. Tu
vero q̄ iuētor oīs malitie factꝰ es i hebreos
non effugies manū dī:Nos.n.ꝓ pccīs nr̄is
hec patimur.Et si nobis pp increpationem
⁊ correptiōez dn̄s deus noster modicum ira
tus est.sed iteꝝ reconciliabit̄ seruis suis. Tu
autem o scelest̄e oīum hoīuz flagitiosissime
noli frustra extolli vanis spebus:i ſuos eius
inflāmatus.Nōdū.n.oīpotētis dei ⁊ oīa īspi G
cientis iudiciū effugisti.Nam frēs mei mo-
dico nunc dolore sustentato sub testamento
eterne vite effecti sūt:tu vero iudicio dei iu-
stas superbie tue penas exolues.Ego autē si
cut ⁊ frēs mei aīaz ⁊ corpus meum trado ꝓ
patrijs legibus iuocās deū maturius genti
nr̄e ꝓpitium fieri:teq̃ cū tormentis ⁊ verbe
ribus ꝯfiteri q̄ ipse ē deus solꝰ. In me vero
⁊ in fribus meis desinet oīpotētis ira.q̄ sr̄ oē
genus nr̄m iuste superducta ē.Tunc rex ac
census ira:in hūc sup oēs crudeliꝰ deseuit:
idigne ferens se d̄risū.Et hic itaq̃ mundus
obijt.ꝑ oīa in dn̄o ꝯfidens.Nouissime autē
pꝰ filios ⁊ mr̄ ꝯsūpta est.Igit̄ de sacrificijs ⁊
de nimijs crudelitatibus satis dcm̄ ē. VIII
Iudas vero machabeus.⁊ q̄ cū illo A
erāt itroibāt latent̄ in castella:⁊ cō
uocātes cognatos ⁊ amicos:it eos
q̄ ꝑmāserāt in iudaismo assumētes eduxerūt
ad se sex milia viros.Et inuocabāt dn̄m vt
respiceret i pplm̄ q̄ ab oībꝰ calcabatur ⁊ mi
sereret̄ tēplo quod ꝯtamiabat̄ ab ipijs. Mise
reretur etiā exterminio ciuitatis q̄ esset ilico
cōplananda.⁊ vocē sāguinis ad se clamant̄
audiret :memoraret̄ q̄q̃.iniq̄ssimas mortes
paruuloꝝ inocētiū.⁊ blasphemias noī suo
illatas.⁊ indignaret̄ sup his.At machabeꝰ
ꝯgregata multitudie intolerabilis gentibꝰ
efficiebat̄. Ira.n.dn̄i in mis̄icordiā cōuersa
ē.Et supueniens castellis ⁊ ciuitatibus ipro B
uisus succendebat eas.⁊ opportūa loca oc
cupās.nō paucas hostiū strages dabat.Ma
xie aūt noctibus ad hꝰcemōi excursus fere
bat̄:⁊ fama v̄tutis eius vbiq̃ diffūdebatur.
Uidens āt philippꝰ paulati virū ad ꝑfectū
venire.ac frequētiꝰ res ei cedere ꝓspere:ad
ptolomeū ducem celessyrire ⁊ phenicis scri-
psit:vt lauxiliū ferret regis negocijs. At ille
velocit̄ misit nicanorem patrocli de ꝑmori
bus amicū dat̄ ei d ꝑmixt̄ gētibꝰ.armatꝰ.nō
minus uigiti milibꝰ:ut vniuersū iudeoꝝ ge
nꝰ deleret.aduīcto ei ⁊ gorgia viro militari
⁊ i bellicis rebꝰ expiētissimo. Cōstituit āt ni
canor regi vt tributū qđ romanis erat dan-
dū duo milia talētoꝝ de captiuitate iudeo
rū suppleret. Statiq̃ ad maritimas ciuita- C
tes misit ꝯuocans ad coemptionē iudaicorū
mancipioꝝ.ꝓmittens se nonagita mācipia
talento distractuꝝ:n̄ respiciēs ad vindictaz
q̄ eū ab oīpotente eēt ꝯsecutura.Iudas aūt
ubi ꝯperit:indicauit his q̄ secū erāt iudeis
nicāoris aduētū.Ex q̄bꝰ q̄dā formidātes:et
non credentes dei iusticie.i fugā vertebātur:
alij vero si q̄ de his superant vendebant:sil̄r

dn̄m deprecabanť vt eripet eos de ipio nica
nore q̄ eos prius q̄z i comin⁹ vēiret vēdide
B rat. Et si non ꝑꝑ eos: ꝑꝑ testamentuz qđ erat
ad patres eoꝝ: ⁊ ꝑꝑ iuocationē sancti ⁊ ma
gnifici noīs ei⁹ super ipos. Cōuocatiś aūt ma
chabeus septē milibus qui cum ipso erāt ro
gabat ne hostibus recōciliarēť: neq̄z metue
rent iniq̄ venientiū aduersuz se hostiū mul
titudinē. s; fortiter contēderēt aū oculos ha
bētes ꝯtumeliam q̄ loco scō ab his iiuste es
set illata: itemq̄z ludibrio habite ciuitatis in
iuriam: adhuc etiam veteꝝ istituta conuulsa.
Naz illi q̄dem armis cōfidūt ait simul ⁊ au
dacia: nos aūt i oīpotente dn̄o q̄ pōt ⁊ veni
entes aduersū nos ⁊ vniuersū munduz vno
nutu delere cōfidim⁹. Ammonuit aūt eos ⁊
4.Re.19.g de auxilijs dei que facta sūt erga parentes: ⁊
j.15.e. ꝙ sub sennacherib centū octoginta q̄nq̄z mi
E lia pierūt: ⁊ đ ꝓlio qđ eis aduersus galathas
fuit in babylonia: vt oēs vbi ad rez ventū est
macedonib⁹ socijs hesitantib⁹: ipsi sex milia
soli pemerunt centū viginti milia ꝓpter au
xiliū illť datū đ celo. ⁊ bn̄ficia ꝓ his plurima
ꝯsecuti sunt. His vbis ꝯstātes effecti sunt. ⁊
ꝓ legibus ⁊ patria mori parati. Cōstituit ita
q̄z frēs suos duces vtriq̄z ordini symonem ⁊
iosephū ⁊ ionathā subiectis vnicuiq̄z millenis
⁊ quingētenis: ad hoc ēt ab esdra lecto illis
sancto libro ⁊ dato signo adiutorij dei in pri
ma acie ipse dux ꝯmisit cū nicanore. Et facto
sibi adiutore oīpotente: interfecerunt super
noḡ milia hoīum: maiorē autez ꝑtem exer
citus nicanoris vulnerib⁹ debilē factum fu-
F gere cōpulerūt. Pecunijs vo eoꝝ q̄ ad emp
tionē ipsoꝝ venerāt sublatis ipsos vsq̄z qua-
q̄z ꝑsecuti sūt: sed reuersi sunt ora cōclusi. Nā
erat ante sabbatū: quā ob cām nō perseuera
uerunt insequētes. Arma aūt ipsorum ⁊ spo
lia cōgregantes sabbatum agebant benedi-
centes dn̄m: qui liberauit eos in isto die: mi-
sericordie initiū stillans in eos. Post sabba
tū vo debilib⁹ ⁊ orphanis ⁊ viduis diuiserť
spolia: ⁊ residua ipsi cum suis habuere. His
itaq̄z gestis ⁊ cōiter ab oībus facta obsecra-
tione: misericordem dn̄m postulabāt: vt in fi
nem seruis suis recōciliareť. Et ex his qui cū
timotheo ⁊ bachide erant ꝯtra se ꝯtendētes
super viginti milia iterfecerunt. ⁊ munitōes
excelsas obtinuerūt: ⁊ plēs ꝑdas diuiserunt.
equā protionem đbilib⁹ pupillť ⁊ viduis s; ⁊
G senioribus facientes. Et cū arma eoꝝ diligēť
collegissent: oīa ꝯposuerūt locis opportūis
Residua vo spolia hierosolymaz đtulerunt
⁊ philarchē q̄ cum timotheo erat iterfecerūt
viꝝ sc elestum: qui i multis iudeos affixerat
Et cū epinichia agerent i hierosolymis eos
q̄ sacras ianuas incēderūt idest calisthenem
cum in quodā domiciliū reffugissēt icēderť
digna eis mercede ꝓ ipietatibus suis reddi
ta. Facinorosissimus āt nicanor qui mille ne
gociantes ad iudeorū vēditionē adduxerat
hūiliat⁹ auxilio dn̄i ab his quos nullos exi
stimauerat: deposita veste glorie per medi-
terranea fugiēs sol⁹ venit antiochiā: sūmā i
felicitatē de iteritu sui exercitus cōsecutus.
Et q̄ ꝓmiserat romanis se tributum restitue
re de captiuitate hierosolymoꝝ: predicabat
nunc protectorem deuz habere iudeos ⁊ ob
ipsum inuulnerabiles esse: ꝙ sequerentur le
ges ab ipso constitutas. IX
O dē tpe ātioch⁹ ihoneste reuerte- A
bať de ꝑside. Intrauerat. n. in eā que
dicit ꝑsipolis ⁊ tentauit expoliare
templū. ⁊ ciuitatē opprimere: s; multitudie
ad arma concurrente i fugam versi sūt. ⁊ ita
contigit vt antioch⁹ p⁹ fugā turpiť rediret
Et cū venisset circa egbathanā recognouit
q̄ erga nicanorem ⁊ timotheum gesta sunt.
Elatus āt in ira arbitrabať se iniuriam illoꝝ
q̄ se fugauerant posse in iudeos retorquere.
Ideoq̄z iussit agitari currū suū sine itermissione
agens iter. celesti eū iudicio ꝑurgente. eo
ꝙ ita superbe locutus ē se ventuꝝ hierosoly
mā. ⁊ ꝯgeriē sepulchri iudeoꝝ eam facturū
Sed q̄ vniuersa conspicit dn̄s deus israel ꝑ 2.pa.16.c
cussit eū insanabili ⁊ inuisibili plaga. Ut. n.
finiuit huncipsū ꝯmonem: appħendit eū do
lor dirus visceꝝ ⁊ amara internoꝝ tormēta
Et q̄dē satis iuste: q̄ppe qui multis ⁊ nouis
cruciatib⁹ alioꝝ torserat viscera licet ille nul B
lo modo a sua malitia cessaret: Super hoc
āt superbia repletus ignē spirans aio in iu-
deos ⁊ ꝓcipiēs accelerari negociū. ꝯtigit il
lū ipetu eūtē đ curru cadere. ⁊ graui corpis
collisione membra vexari. Isq̄z q̄ sibi vide-
bať ēt fluctibus maris ipare. sup̄ humanum
modū supbia repletus. ⁊ mōtiū altitudines
in statera appēdere nūc humiliatus ad trā
in gestatorio portabať. manifestā dei virtu-
tē in semetipso contestans: ita vt de corpore
impij vermes scaturirēt ac viuētes in dolo-
rib⁹ carnes ei⁹ effluerent: odore etiā illi⁹ ⁊
fetore exercit⁹ grauaretur. Et q̄ paulo ante
sidera celi ꝯtingere se arbitrabať: eum nemo
poterat ꝑꝑ intolerātiā fetoris portare. Hic
igiť cepit ex graui supbia đductus ad agni
tionē sui venire diuina āmonit⁹ plaga: per
momenta singula dolorib⁹ augmēta capiē
tibus. Et cū nec ipse iam fetorem suum ferre
posset. ita ait. Iustū ē subditū eē deo: ⁊ mor

C talē nō paria deo sentire. Orabat aūt h̄ sce
lestus dn̄m a quo nō eēt misericordiā ꝯsecu
turꝰ: ⁊ ciuitatē ad quā festinans veniebat. vt
eā ad solū deduceret ac sepulchꝝ cōgestorū
faceret. nunc optat liberā reddere. ⁊ iudeos
quos nec sepultura quidē se dignos h̄iturū
sed auibꝰ ac feris diripiēdos traditurꝝ: ⁊ cuꝫ
ꝑuulis exterminaturū dixerat. equales nūc
athemensibꝰ facturuꝫ pollicet̄. tēplū etiam
sanctū quod priꝰ expoliauerat. optimis do-
nis ornaturū. ⁊ scā vasa multiplicaturū. ⁊ ꝑ-
tinētes ad sacrificia sūptus. d̄ redditibꝰ suis
prestaturū: suꝑ hec ⁊ iudeū se futurū. ⁊ oēm
locū terre ꝑambulaturū: ⁊ predicaturū dei
ꝑtātē. sed nō cessantibꝰ doloribꝰ. superuene
rat eni in eū iustū dei iudiciū. desperās scri-
psit ad iudeos in hūc modū deprecationis
ep̄laꝫ h̄ cōtinētē. Optīs ciuibꝰ iudeis pluri
mā salutē. ⁊ bn̄ valer̄ ⁊ eē felices: rex ⁊ pricepſ
antiochꝰ. Si bn̄ valetis ⁊ filij vr̄i ⁊ ex sentē-
tia vobis cūcta sūt. maximas agimus gr̄as.
Et ego in infirmitate cōstitutꝰ: vestri aūt me
mor benigne reuersus de persidis locis ⁊ in
īfirmitate graui apphensus necessariuꝫ du
xi pro cōi vtilitate curā habere: nō desperās
memetipsum: sed spē multā habēs effugien
B di infirmitatē. Respiciens autem ꝙ ⁊ pater
meus q̇bꝰ tꝑibꝰ in locis superioribꝰ ducebat
exercitū: ondit q̄ post se susciperet principa-
tū: vt si q̇d cōtrariū accideret aut difficile nū
ciaretur. scientes hi qui i regionibꝰ erāt cui
esset rerū sūma derelicta nō turbarētur: ad h̄
cōsiderās de ꝓxio potētes quosqꝫ ⁊ vicinos
tꝑibꝰ insidiātes ⁊ euētū expectātes. designa
ui filiū meū antiochū regeꝫ quē sepe recur-
rens in superiora regna multis vestrū cōmē
dabā: ⁊ scripsi ad eū que subiecta sunt. Oro
itaqꝫ vos ⁊ peto memores beneficiorꝝ publi
ce ⁊ priuatim: vt vnusquisqꝫ cōseruet fidē ad
me ⁊ ad filiū meū. Cōfido enim eum mode-
ste ⁊ humane acturū ⁊ sequentem proposi-
tum meū: cōmunem vobis fore. Igitur ho-
micida ⁊ blasphemus pessime percussus ⁊ vt
ipse alios tractauerat. peregre in montibus
miserabili obitu vita functus est. Transfere-
bat aūt corpus philippus collactaneus eiꝰ:
qui metuens filium anthiochi ad ptolome-
um philometorem in egyptum abijt. X

A Machabeus aūt ⁊ q̄ cū eo erāt dn̄o se
protegente: tēplum quidem ⁊ ciui-
tatē recepit: aras aūt quas alienige
ne per plateas extruxerant itēqꝫ delubra de
molitus ē. Et purgato templo aliud altare
fecerunt ⁊ de ignitis lapidibus igne concep
to sacrificia obtulerunt post biennium: ⁊ in-
censum ⁊ lucernas. ⁊ panes proppsitiōis po
suerunt. Quibꝰ gestis rogabant dn̄m ꝓstra
ti in terram: ne amplius talibꝰ malis incide
rent. Sed ⁊ si qn̄ peccassent. ut ab ipsomitiꝰ
corriperentur. ⁊ non barbaris ac blassemis
hominibus traderētur. Qua die aūt tēplū
ab alienigenis pollutum fuerat. contigit ea
dem die purificationē fieri vicesima ⁊ q̇nta
mēsis qui fuit casleu. Et cū leticia diebꝰ oc- B
to egerūt i modū tabernaculorū: recordan-
tes ꝙ ante modicum tꝑis diem solēnē taber
naculorū i montibꝰ ⁊ in speluncis more be
stiarum egerāt: proptˀ qd̄ tirsos ⁊ ramos viri
des ⁊ palmas p̄ferebant ei: qui prosperauit
mundare locū suum. Et decreuerūt cōi p̄ce
pto ⁊ decreto vniuerse genti iudeorū oībus
annis agere dies istos. Et antiochi quidē q̄
appellatus est nobilis vite excessus ita se ha
buit. Nunc autem de eupatore antiochi im
pij filio que gesta sunt narrabimꝰ. breuiātes
mala que i bellis gesta sūt. Hic. n. suscepto
regno ꝯstituit suꝑ negocia regni lysiā quen
dam phenicis ⁊ syrie militie principē. Naꝫ C
ptolemeus qui dicebatur macer. iusti tenax
erga iudeos esse ꝯstituit: ⁊ p̄cipue propter
iniq̇tatem q̄ facta erat i eos. ⁊ pacifice ager̄
cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis
apud eupatorem: cū frequenter ꝓditor audi
ret eo ꝙ cyprum creditā sibi a philometore
deseruisset. ⁊ ad antiochum nobilem trāsla
tus, etiam ab eo recessisset: veneno vitā fini-
uit. Gorgias aūt cum eēt dux locorum aſſū
ꝑtis aduenis frequēter iudeos debellabat.
Iudei uero qui tenebant opportunas mu-
nitiones. fugatos ab hierosolymis suscipie
bāt ⁊ bellare tentabāt. Hi vero q̄ erant cū
machabeo ꝑ orones dn̄m rogantes ut esset
sibi adiutor. impetū fecerūt i munitiōes idu
meorꝝ: multaqꝫ vi īsistentes loca obtinuerūt D
occurentes ileremerūt. ⁊ oēs simꝉ non minꝰ
uigintiq̇nqꝫ milibus trucidauerūt. Quidaꝫ
aūt cū cōfugissēt i duas turres ualde muni
tas. oēꝫ apparatum ad repugnandū h̄ntes
machabeus ad eorꝝ expugnatonnē relicto sy
mone ⁊ iosepho. itēqꝫ zacheo. eisqꝫ q̄ cū ipis
erant satis multis: ip̄e ad eas q̄ ap̄liꝰ ꝑurge
bant pugnas ꝯuersus est. Hi v̇o q̇ cū symōe
erant cupiditate ducti a q̇busdam q̄ in turri
bus erant suasi sṫ pecūia: ⁊ septuaginta mili
bus didrachmis acceptis dimiserūt q̄sdā ef-
fugere. Cū āt machabeo nunciatū eēt qd̄ fa
ctum ē: p̄ncipibus ppl̄i ꝯgregat̄. accusauit ꝙ
pecunia frēs vēdidissent aduersarijs eorum
dimissis. Hos igitur proditores factos iter
fecit: ⁊ cōfestim duas turres occupauit. Ar

mis aũt ac manibus oĩa prospe agendo in
duabus munitiõibus plusq̃ uigĩti milia pe
mit. Et timotheus q̃ prius a iudeis fuerat su
peratus ꝯuocato exercitu pegrine multitu
dinis ⁊ ꝯgregato eq̃tatu asiano aduenit: q̃i
armis iudeam captur⁹. Machabe⁹ ãt ⁊ q̃
cum ipso erant appropiquãte illo depcabãt
dñm caput t̃ra aspgentes. lumbosq̃ cilitijs
precincti. ad altaris crepidinẽ ꝓuoluti: ut si
bi ꝓpitius: inimicis aũt eoꝝ eẽt inimicus.
⁊ aduersarijs aduersaret sicut lex dicit. Et ita
post orationem sũptis armis lõgi⁹ de ciuita
te procedẽtes. ⁊ ꝓximi hostib⁹ effecti resede
runt. Primo ãt solis ortu utriq̃ ꝯmiserunt
isti quidẽ uictorie ⁊ ꝓspitatis sponsorẽ cũ vtu
te dñz hñtes: il[li] aũt ducem belli aiũ habe
bant: Sed cũ uehemens pugna esset: appa-
F ruerunt aduersarijs de celo viri q̃nq̃ in eq̃s
frenis aureis decori ducatum iudeis pstan
tes. ex quibus duo machabeum mediuz hñ
tes armis suis circũseptum icolumẽ cõser-
uabant. in aduersarios aũt tela ⁊ fulmina ia
cebant: ex quo ⁊ cecitate confusi ⁊ repleti p
turbatione cadebant. Interfecti sunt aũt .ui
ginti milia quingenti. ⁊ equites sexcẽti. Ti-
motheus vero confugit in gazaram psi-
dium munitum cui preerat cereas. macha
beus autem ⁊ qui cum eo erant letantes ob
sederũt psidium dieb⁹ q̃tuor. At hi q̃ it⁹ erãt
loci firmitate confisi supra modũ maledice-
bant. ⁊ sermones nephãdos iactabãt: Sz cũ
G dies quinta illucesceret: uiginti iuuenes ex
his q̃ cũ machabeo erãt. accẽsi animis pp
blasphemiam viriliť accesserũt ad murũ. ⁊
feroci aio incedentes ascẽdebãt: sz ⁊ alij sic
ascẽdẽtes turres portasq̃ succendeť aggres
si sũt atq̃ ipos maledictos viuos ꝯcremare
Per ꝯtinuum ãt biduũ. psidio vastato timo
theum occultãtẽ se i q̃dã reptũ loco peme-
rũt. ⁊ fratrem illi⁹ cereã ⁊ apollophanẽ occi
derũt. Quibus gestis: i hymnis ⁊ ꝯfessiõib⁹
bñdicebant dominum qui magna fecit in
israhel. ⁊ victoriam dedit illis. XI

A Sed paruo p⁹ tpe lysias ꝓcurator re
gis ⁊ ꝓpiqu⁹ ac negocioꝝ ppositus
grauiť ferens de his q̃ acciderãt: ꝯgre
gatis octogita milib⁹ ⁊ eq̃tatu vniuerso ve
niebat aduersum iudeos existimãs se ciui-
tatem q̃dẽ captã gẽtib⁹ hitaculũ facturũ. tẽ
plum vo i pecũie q̃stũ sicẽ cetera delubra gen
tium hiturũ p singulos ãnos vẽale sacerdo
tium nusq̃ recogitãs dei ptãte sz mẽte effre
natus in multitudie peditũ ⁊ i pedib⁹ eq̃tũ
⁊ i octoginta elephantis confidebat. Ingres-
sus ãt iudeã ⁊ appropiãs bethsure que erat
in ãgusto loco ab hierosolyma ĩtuallo q̃n-
q̃ stadios illud psidiũ expugnabat. Ut autẽ B
machabe⁹ ⁊ q̃ cũ eo erãt: cognouerũt expu-
gnari psidia: cum fletu ⁊ lachrymis roga
bant dñz. ⁊ oĩs turba simul: vt bonum ãgelũ
mitteret ad salutem isrl'. Et ipe primus ma-
chabeus sũptis armis ceteros adhortatus ẽ
sit secum pieľz subire ⁊ ferre auxiliuz frib⁹ su
is. Cũq̃ pariter ꝓmpto aio ꝓcederẽt hiero
solymis. apparuit pcedens eos eques in ve
ste candida: armis aureis hastã vibrãs. Tũc
oẽs simul bñdixerunt misicordẽ dñz. ⁊ ꝯua
luerunt aĩs non solũ homines sz ⁊ bestias fe
rocissimas ⁊ muros ferreos parati penetrar[e]
Ibant igitur prompti de celo hñtes adiuto C
rem ⁊ misantem sup eos dñz. Leonũ ãt mo
re ipetu irruentes in hostes ꝓstrauerunt ex
eis vndecim millia peditũ. ⁊ eq̃tũ mille sex
centos: vniuersos ãt in fugã vterũt: plures
ãt ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sz ⁊ ip
se lysias turpiť fugẽs euasit. Et q̃r ñ insẽsa
tus erat: secum ipe reputãs factã erga se di
minutionem. ⁊ itelligẽs iuictos eẽ hebreos
oĩpotentis dei auxilio nitentes: misit ad eos
ꝓmisitq̃ se ꝯsẽsurum oib⁹ q̃ iusta sũt: ⁊ regẽ
cõpulsuꝝ amicum fieri. Annuit aũt macha
be⁹ pcib⁹ lysie: i oib⁹ vtilitati ꝯsulens. Et que D
cunq̃ machabeus scripsit lysie de iudeis: ea
rex cõcessit. Nam erant scripte iudeis epi
stole a lysia siq̃dem hũc modum cõtinẽtes
Lysias: pplo iudeoꝝ salutem. Joãnes ⁊ abes
salon q̃ missi sũt a vobis tradẽtes scripta po-
stulabãt: vt ea q̃ p illos significabantur iple
rẽ. Quecũq̃ igitur regi potuerũt pferri. ex-
posui: ⁊ que res pmittebat cõsensi. Si igitur
in negocijs fidẽ ꝯseruaueritis. ⁊ deiceps bo
norũ vobis cã esse tẽtabo: de ceteris aũt p sin
gula vba mandaui ⁊ istis ⁊ his q̃ a me missi
sũt colloqui vobiscũ. Bene valete. Anno cẽ
tesimo q̃dragesimo octauo mensis dioscori
die vicesima ⁊ q̃rta. Regis aũt epl'a ista cõti
nebat. Rex ãtioch⁹: lysie fratri salutẽ. Pre E
nr̃o iter deos trãslatos: nos volẽtes eos qui
sũt i regno nr̃o siue tumultu agere: ⁊ reb⁹ su
is adhibere diligentiã: audiuim⁹ iudeos nõ
ꝯsẽsisse pr̃i meo vt trãsferrẽť ad ritũ grecoꝝ
sed tenere velle suũ istitutũ: ac ꝓpterea po-
stulare a nobis ꝯcedi sibi legitima sua. Uo-
lẽtes igiť hanc quoq̃ gẽtẽ q̃etã eẽ: statuẽtes
iudicauim⁹ tẽplũ restitui ill': vt agerent scõz
suoꝝ maioꝝ cõsuetudinẽ. Bñ igiť feceris: si
miseris ad eos ⁊ dextrã dederis: vt cognita
nr̃a volũtate bono aio sint. ⁊ vtilitatib⁹ pro
prijs deseruiãt. Ad iudeos vo regis epl'a taľ
erat. Rex antiochus: senatui iudeoruz ⁊ ce- F

teris iudeis salutē. Si valetis sic est vt velu-
mus: sed et ipsi bñ valemus. Adijt nos mene
laus dicēs velle vos descēdere ad vestros q̄
sunt apud nos. His igit̃ qui cōmeāt vsq̄ ad
diē tricesimū mēsis xādici damus dextras se
curitatis: vt iudei vtant̃ cibus et legibus suis
sicut et pri⁹: et nemo eoꝝ vllo mō molestiā pa
B tiat̃ de his q̄ p ignorātiā gesta sūt. Misim⁹ āt
et menelaū q̄ vos alloquat̃. Valete. Anno cē
tesimo q̄dragesimo octauo xādici mēsis q̄n
tadecima die. Miserūt aūt ēt romani episto
lā ita se hñtē. Quint⁹ mēni⁹ et tit⁹ manlius
legati romanoꝝ pplo iudeoꝝ salutē. De his
q̄ lysias cognatus cōcessit vobis: et nos cōcessi-
mus: de quibus autem ad regem iudicauit
referendū: ꝯfesti aliquē mittite diligentius i
ter vos cōferentes: vt decernamus sicut con
gruit vobis. Nos.n. antiochiā accedim⁹. Jdō
q̄ festinate rescribere: vt nos quoq̄ sciamus
cui⁹ estis volūtatis. Bñ valete. Anno cētesimo
q̄dragesimo octaui q̄ntadecia die mēs xādici

A His factis pactiōib⁹ lysias p XII
gebat ad regē: iudei aūt agriculture
operā dabāt. Sz hi q̄ resederāt timo
theus et appolonius gennei filius: sz et hie-
ronymus et demophon sup his et nicanor cy
priarches nō sinebant eos in silentio agere
et quiete. Joppite vō tale quoddā flagitiū per
petrarūt. Rogauerūt iudeos cū quib⁹ habi
tabāt: ascēdere scaphas quas parauerāt cuz
vxoribus et filijs q̄si nullis inimicitijs iter eos
subiacētibus. Scdm cōe itaq̄ decretū ciui-
tatis et ipsis acq̄escētibus pacisq̄ cā nihil su-
spectū hñtibus: cū in altū ꝓcessissent submer
serūt nō minus ducētos. Quā credulitatem
iudas i sue gētis hoīes factā vt cognouit pce
pit viris q̄ erāt cū ipso: et inuocato iusto iudice
deo venit aduersus iterfectores fratꝝ: et por-
tū q̄dē nocte succēdit. scaphas exussit: eos āt
B q̄ ab igne refugerāt gladio pemit. Et cum h
ita egisset discessit q̄si iteꝝ reuersurus. et vni-
uersos ioppitas eradicaturus. Sz cū cogno-
uisset et eos qui erant iāniε velle pari modo
facere hitantibus secū iudeis. iānitis quoq̄
nocte supuenit et portū cū manib⁹ succēdit:
ita vt lumē ignis appēret hierosolymis ab sta
dijs ducētis q̄dragīta. Inde cū iā abisset no
uē stadijs et iter facerēt ad timotheū cōmise
rūt cū eo arabes q̄nq̄ milia viri et eq̄tes q̄n-
genti. Cūq̄ pugna valida fieret et auxilio di
ꝓspere cessissēt: residui arabes victi petebāt
a iuda dexteras sibi dari ꝓmittētes se pascua
daturos: et in ceteris profuturos. Judas au-
tem arbitratus vere in multis eos vtiles ꝓ-
misit pacem: dextrisq̄ acceptis discessere ad
tabernacula sua. Aggressus ē āt et ciuitatez
quandā firmā pontibus murisq̄ circūseptā
q̄ a turbis habitabatur gētiū ꝓmiscuarū cui
nomē casphin. hi vero. q̄ int⁹ erāt. ꝯfidētes in
stabilitate muroꝝ et apparatu alimoniarum
remissius agebant maladictis lacessētes iu- C
dā et blassemātes et loquentes q̄ phas non est
Macabeus āt inuocato magno mūdi princi-
pe q̄ sine arietibus et machinis tpib⁹ iesu pre Josue.6.c
cipitauit hierico: irruit ferociter muris et ca-
pta ciuitate p dñi voluntatem innumerabiles
cedes fecit: ita ut adiacēs stagnum stadiorū
duoꝝ latitudinis sāgnine iterfectoꝝ fluere
videretur. Inde discesserunt stadia septigen-
ta q̄nq̄gita et venerunt in tharacha ad eos q̄
dicunt̃ tibianei iudeos. et timotheum q̄dem
i illis locis n̄ cōphēderūt. nulloq̄ negocio p
fecto regressus ē relicto i q̄dā loco firmissimo
presidio. Dositheus autem et sosipat̃ q̄ erant
duces cū machabeo pemert a thimotheo re-
lictos i presidio decez milia viros. Ac macha
beus ordinatis circum se sex milibus et con-
stitutis per cohortes: aduersus timotheum
processit hñtē secū cētum viginti milia pedi
tū eq̄tumq̄ duo milia q̄ngētos. Cognito āt D
iude aduētu timothe⁹ pmisit mulieres. et fi-
lios et reliquū apparatū i ꝑsidium quod car-
mon dicitur. Erat.n. iexpugnabile et accessu
difficile. pp locoꝝ āgustias. Cūq̄ cohors iu-
de prima apparuisset. timor hostib⁹ incussus
ē ex pñtia dei. q̄ vniuersa ꝯspicit. et i fugā uer
si sunt alius ab alio: ita vt magis a suis deij-
cerent̃. et gladiorum suoꝝ ictibus debilitarē
tur. Judas āt vehementer instabat puniens
prophanos et ꝓstrauit ex eis triginta milia
virorū. Ipse vero timothe⁹ incidit in partes
dosithei et sosipatris et mltis pcib⁹ postulabat
vt viuus dimitteret̃: eo q̄ mltorum ex iude-
is parētes haberet ac frēs quos morte eius
decipi eueniret. Et cum fidem dedisset restitu
tuꝝ se eos fm ꝯstitutū illesū eū dimiserūt pp
fratꝝ salutē. Judas aūt regressus ē a carmō E
iterfectis vigintiq̄nq̄ milibus. Post horuz
fugam et necē: mouit exercitū ad effron ciui-
tatem munitā in qua multitudo diuersaruz
gentiū habitabat: et robusti iuuenes pro mu
ris consistentes fortiter repugnabāt. In hac
aūt machine multe: et telorum erat apparat⁹
Sed cū omnipotētē inuocassent: qui potesta
te sua vires hostium confringit: ceperunt
ciuitatem: et ex eis qui intus erant viginti-
quinq̄ milia ꝓstrauerūt. Inde ad ciuitatem
scythaꝝ abierūt: q̄ ab hierosolymis sexcētis sta
dijs aberat. Cōtestātib⁹ āt his q̄ apd scytho-
politas erant iudeis q̄ benigne ab eis habe-

renť:ꝛ tp̄ibus ĩfelicitatis:ꝙ modeste secũ ege
rint:gr̃as agentes eis:ꝛ exhortati etiam de
cetero erga genus suũ benignos eẽ. venerũt
herosolymã die soléni septimanarum instã-
te. Et post penthecosten abierunt ꝯ gorgiaꝫ
F prepositũ idumee. Exiuit autem cũ peditib⁹
tribus milibus ꝛ equitibus quadringentis.
Quibus cõgressis cõtigit paucos ruere iu-
deoꝝ. Dositheus vero quidã de bachenoris
eques vir fortis gorgiã tenebat:ꝛ cũ vellet il
lũ capere viuũ. eques quidã de thracib⁹ irru
it ĩ eũ:humerũq; eius ãputauit:atq; ita gor-
gias effugit ĩ maresa. At ill' q̃ cũ esdrin erãt
diutius pugnãtibus ꝛ fatigatis inuocauit iu
das dñm adiutoré ꝛ ducé belli fieri:incipiés
voce patria ꝛ cũ hymnis clamoré extolllés.
fugã gorgie militibus incussit. Judas autẽꝫ
collecto exercitu venit in ciuitaté odollã. Et
cũ septima dies supueniret fm ꝯsuetudinem
purificati in eodem loco sabbatũ egerũt. Et
sequenti die venit cum suis iudas vt corpo-
ra ꝓstratoꝝ tolleret ꝛ cum parentibus po-
Gen.7.d neret in sepulchris paternis. Inuenerunt au
G tem sub tunicis interfectoꝝ de donarijs ido-
loꝝ que apud iamniã fuerunt: a quibus lex
ꝓhibet iudeos. Oibus ergo manifestũ factũ
est ob hãc cãm eos corruisse. Oẽs itaq; bñ-
dixerũt iustũ iudiciũ dñi qui occulta fecerat
manifesta. Atq; ita ad preces ꝯuersi rogaue
rũt vt id qđ factũ erat delictũ obliuioni tra-
deret. At v̓o fortissimus iudas hortabať po-
pl̃m ꝯseruare se sine pccõ:sub oculis viden
tes que facta sũt ꝓ pccis eoꝝ q̃ ꝓstrati sũt. Et
facta collatiõe duodeci milia drachmas ar-
gẽti misit hierosolymã offerri ꝓ pccis mortu
orũ sacrificiũ:bñ ꝛ religiose de resurrectione
cogitãs. Nisi.n. eos qui ceciderãt resurrectu
ros speraret:supfluũ videreť ꝛ vanũ orare ꝓ
mortuis. Et q2 ꝯsiderabat ꝙ hi qui cũ pieta-
te dormitioné acceperant:optimaꝫ haberét
repositã gr̃am. Scã ergo ꝛ salubris ẽ cogita
tio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluãť
A Anno cẽtesimo q̃dragesi- XIII
mo nono cognouit iudas antiochũ
eupatoré venire cũ multitudine ad-
uersus iudeã:ꝛ cũ eo lysiã ꝓcuratoré ꝛ ꝓpo
situm negocioꝝ secũ habéte peditũ centũ de
cẽ milia ꝛ equitũ quinq; milia:ꝛ elephantes
viginti duos:currus cũ falcib⁹ trecẽtos. Cõ
miscuit aũt se illis ꝛ menelaus:ꝛ cũ multa fa
latia dep̄cabať antiochũ nõ ꝓ patrie salute.
B sed sperãs se ꝯstitui in principatũ. Sꝫ rex re
gũ suscitauit animos anthiochi in peccõreꝫ:ꝛ
suggeréte lysia hũc eẽ cãm oium maloꝝ ius-
sit vt eis ẽ ꝯsuetudo apprehẽsũ in eodẽ loco

necari. Erat aũt in eodẽ loco turris q̃nqua-
ginta cubitoꝝ aggestũ vndiq; hñs cineris. h
ꝓspectũ hẽbat in preceps. Inde i cineré deij
ci iussit sacrilegũ:oĩbus eũ ꝓpellẽtibus ad i-
teritũ. Et tali lege p̄uaricatoré legis contigit C
mori nec terre dari menelaũ. Et quidé satꝭ iu
ste. Nã q2 multa erga aram dei delicta cõmi
sit:cuius ignis ꝛ cinis erat sanctus: ipse in ci
neris morté dãnatus ẽ. Sꝫ rex mẽte effrena
tus veniebat nequioré se p̄re suo iudeis oñsu
rus. Quibus iudas cognitis precepit pplo
vt die ac nocte dñm iuocarét. ꝙ sicut semꝑ
ꝛ nũc adiuuaret eos:q̃ppe lege ꝛ patria san
ctoꝝ téplo priuari vererenť:ac populũ q̃ nu
per paululũ respirasset:ne sineret blasphẽis B
rursus nationibus subdi. Oibus itaq; simul
id faciẽtibus ꝛ petẽtibus a dño misericordiã
cũ fletu ꝛ iciunijs ꝑ triduũ ꝯtinuũ ꝓstratis
hortat⁹ ẽ eos iudas vt se p̄pararét. Ipe v̓o cũ
seniorib⁹ cogitauit priusq; rex admoueret ex
ercitũ ad iudeã ꝛ obtineret ciuitaté exire: ꝛ
dñi iudicio cõmittere exitũ rei. dans itaq; po
testaté omniũ deo mundi creatori: ꝛ horta-
tus suos vt fortiter dimicarét:ꝛ vsq; ad mor
té ꝓ legibus téplo:ciuitate:patria:ꝛ ciuibus E
starét:circa modin exercitũ ꝯstituit. Et dato
signo suis dei victorie:iuuenibus fortissimis
electis nocte aggressus aulã regiam i castris
ĩterfecit viros quatuordeci milia:ꝛ maximũ
elephãtoꝝ cũ his qui suppositi fuerãt. Sum
moq; metu ac perturbatione hostiuꝫ castra
replẽtes:rebusq; ꝓspere gestis:abierũt. Hoc
aũt factũ ẽ die illucescẽte adiuuante euꝫ dñi
ꝓtectione. Sed rex accepto gustu audacie
iudeoꝝ:arte difficultates locoꝝ tentabat: ꝛ
bethsure que erat iudeoꝝ presidium muni-
tum castra admouebat:sed fugabatur ipin- F.
gebatur:minorabatur. His aũt qui itus erãt
iudas necessaria mittebat: Enũciauit aũt my
steria hostibus rodochus quidã de iudaico
exercitu:q̃ reqsitus cõphẽsus ẽ ꝛ ꝯclusus.
Iteꝝ rex sermoné habuit ad eos qui erãt in
bethsuris:dexterã dedit:accepit:abijt:cõmi-
sit cũ iuda:superatus ẽ. Ut aũt cognouit re-
bellasse philippũ antiochie qui relictus erat
sup negocio:mẽte ꝯsternatus:iudeos depre G
cãs:subditusq; eis. iurat de oĩbus quibus vi-
sum est:ꝛ recõciliatus obtulit sacrificiũ: ho-
norauit téplũ ꝛ munera posuit:machabeum
amplexatus est:ꝛ fecit eũ a ptolemaide vsq;
ad gerrenos ducé ꝛ p̄ncipé. Ut ãt venit pto
lemaidã:grauiť ferebãt ptolemẽses amicitie
ꝯuẽtioné idignãtes:ne forte fedus irruperét
Tũc ascẽdit lysias tribunal ꝛ exposuit rõneꝫ
ꝛ pplꝫ sedauit:regressusq; ẽ antiochiã. ꝛ hoc

mō regis ꝓfectio ⁊ reditus ꝓcessit. XIIII
A S Ed pꝰ triēniū tp̄s cognouit iudas ⁊
q̇ cū eo erant. demetrium seleuci cū
multitudine valida ⁊ nauibus per
portuꝫ tripolis ascendisse ad loca opportūa
⁊ tenuisse regiones aduersus ātiochū ⁊ eius
ducem lysiā. Alchimꝰ āt q̇dā q̇ sūmus sacer
dos fuerat: sꝫ volūtarie coīq̇natus ē tp̄ibus
cōmixtiōis: ꝯsiderans nullo mō sibi eē salutē
neqꝫ accessum ad altare: venit ad regē deme
triū centesimo q̇nq̄gesimo anno offerens ei
coronam aureaꝫ ⁊ palmā. sup̄ h̄ ⁊ talos q̇ tē
pli eē videbantur. Et ipa q̇dē die siluit. Tem
pus āt opportunum dementie sue nactꝰ. cō
uocatꝰ a demetrio ad cōsiliū. ⁊ iterrogatus
quibus rebus ⁊ consilijs iudei niterentur.
rn̄dit. Ipi q̇ dicunt assidei iudeoꝝ q̇bus p̄est
indas machabeus bella nutriūt ⁊ seditōes
B mouēt nec patiunt regnū eē q̇etū. Nā ⁊ ego
defraudatus parētū glīa. dico aūt sūmo sa
cerdotio huc veni: p̄mo q̇dē vtilitatibus re
gis fideꝫ seruās secundo aūt etiā ciuibꝰ ꝯsu
lēs. Naꝫ illoꝝ p̄uitate vniuersū genꝰ nr̄ꝫ nō
minime vexat. Sꝫ oro his singulis o rex co
gnitꝭ. ⁊ regioni ⁊ generi ſm hūanitatem tuā
ꝓmulgataꝫ oībꝰ ꝓspice. Nā q̄diu sup̄est iu
das: ipossibile est pacē eē negocijs. Talibus
āt ab hoc dictꝭ. ⁊ ceteri amici hostilit se ha
bentes aduersus iudam. iflāmauerūt deme
Ma.7.d trium. Qui stati nicanorē p̄positū elephan
toꝝ ducem misit i iudeā. datꝭ mādatis vt ip
sum q̇dē iudam capet viuū: eos v̇o q̇ cū illo
erāt dispergeret. ⁊ ꝯstitueret alchimū maxi
mi templi sūmū sacerdotē. Tūc gētes q̇ d̉ iu
dea fugerant iudā: segregati se nicāori mi
C scebant: miserias ⁊ clades iudeoꝝ ꝓsperita
tes rerum suaꝝ existimātes. Audito itaqꝫ iu
dei nicanoris aduentu ⁊ ꝯuētu nationū: cō
spsi terra rogabāt eum q̇ ppl'm suū ꝯstituit: i
eternum custodiret q̇qꝫ suā portionē signis
euidentibus ꝓtegit. Impante āt duce stati
inde mouerunt. cōuenerūtqꝫ ad castellum
dessau. Symon v̇o frater iude cōmiserat cum
nicanore: sꝫ ꝯterritus ē repētino aduētu ad
uersarioꝝ: nicanor tn̄ audiens v̇tutem comi
tū iude ⁊ aī magnitudinem quā ꝓ patrie cer
taminibus hēbant: sāguie iudiciū facere me
tuebat. Quāobrem premisit possidonium ⁊
theodotium ⁊ mathiam. ⁊ vt darēt dextras.
atqꝫ accipent. Et cum diu de his ꝯsilium age
retur. ⁊ ipse dux ad multitudinem retulisset
D oium vna fuit sentētia amicitijs ānuere. Ita
qꝫ diem ꝯstituerunt q̄ secreto iter se agerēt. ⁊
singulis selle ꝓlate sūt ⁊ posite. Precepit āt
iudas armatos eē locis opportunis ne for

te ab hostibus repente mali aliq̇d oriret. Et
ꝯgruum colloquū fecerūt. Morabat antem
nicanor hierosolymis. nihilqꝫ inique agebat
gregesqꝫ turbaꝝ que cōgregate fuerāt: dimi
sit. Habebat āt iudaꝫ semp̄ caꝝ ex aio. ⁊ erat
viro inclinatꝰ. Rogauitqꝫ eū ducere vxorē
filiosqꝫ procreare. Nuptias fecit quiete egit
cōiterqꝫ viuebant. Alchimus āt vidēs carita
teꝫ illoꝝ ad iuicem. ⁊ ꝯuētiōes. venit ad d̉me
trium ⁊ dicebat nicanorē rebꝰ alienis assēti
re. Iudamqꝫ regni insidiatorem successorē si
bi destinasse. Itaqꝫ rex exasperatus ⁊ pessi
mis huius crimiationibꝰ irritatꝰ scripsit nica
nori dicēs. grauiter q̇dē se ferre de amicitie
ꝯuentiōe: iubere tn̄ machabeum citiꝰ vinctū E
mittere ātiochiā. Quibus cognitis nicanor
ꝯsternabat. ⁊ grauiter ferebat: si ea que cōue
nerant. irrita faceret: nihil lesꝰ a viro: sꝫ quia
regi resistere non poterat. opportunitatem
obſuabat q̄ p̄ceptum perficeret. At macha
beus vidēs secum austeriꝰ agere nicanorē. ⁊
ꝯsuetum occursum ferociꝰ exhibētē. itelligēs
non ex bono eē austeritatem istā. paucis suo
rū ꝯgregatis occultauit se a nicanore. quod
cum ille cognouit fortit se a viro p̄uētū ve
nit ad maximum ⁊ sanctissimū templū. ⁊ sa
cerdotibus solitas hostias offerētibus: iussit
sibi tradi virum. Quibꝰ cū iuramēto dicēti
bus nescire se vbi eēt. q̇ q̄rebatur: extendens
manū ad templū iurauit dicens. Nisi iudaꝫ
mihi victum tradideritis: istud dei p̄hanuꝫ
i planitiem deducam. ⁊ altare effodiā. ⁊ tem F
plum hoc libero p̄ri ꝯsecrabo. Et his dictis
abijt. Sacerdotes āt ꝓtendentes manꝰ in ce
lū inuocabant eū q̇ sp̄ ꝓpugnator eēt gētis
ipsoꝝ. h̄ dicentes. Tu dn̄e vniuersoꝝ qui nul
lius idiges voluisti templū hitatōis tue fieri
i nobis. Et nunc scē scōꝝ oium dn̄e ꝯſua in eē
nū ipollutam domū istam q̄ nup̄ mūdata est
Razias āt q̇dam de senioribus ab hierosoly
mis delatus est nicanori. vir amator ciuitatꝭ
⁊ bn̄ audiēs q̇ ꝓ affectu. pater iudeoꝝ appel
labat. Hic mltis tp̄ibus ꝯtinentie ꝓpositū
tenuit i iudaismo: corpusqꝫ ⁊ animā tradere
ꝯtentꝰ ꝓ perseuerātia. Volēs āt nicanor ma
nifestare odium quod hēbat i iudeos misit
milites q̇ngentos vt eum ꝯp̄henderēt. Pu
tabat. n. si illum decepisset sese cladem iudis
maximā illatuꝝ. Turbis āt irruere in domū
eius ⁊ ianuā disrumpere atqꝫ ignē āmouere
cupiētibꝰ cū iaꝫ ꝯprehenderet gladio sepe
tijt: eligens nobilit mori potiꝰ q̄ subditꝰ fie
ri peccōribus ⁊ ꝯ̄ natales suos indignis iniu
rijs agi. Sed cum p̄ festinationem nō certo
ictu plagā dedisset: ⁊ turbe int ostia irrūpēt

P

recurrens audacter ad murū. pcipitauit semet
ipsum viriliter i turbas: qbus velociter locū
dantibus casui ei⁹: venit p mediā ceruicē. Et
cum adhuc spiraret accensus aīo surrexit. ⁊
cum sanguis eius magno fluxu deflueret. ⁊
grauissimis vulnerib⁹ esset sauci⁹: cursu tur
bam pertrāsijt. ⁊ stans supra quandā petraz
pruptam ⁊ iam exāguis effect⁹. cplex⁹ itestia
sua vtrisq manib⁹ proiecit super turbas i-
nocans dñatorem vite ac spirit⁹: vt h illi ite
rum redderet: atq ita vita defunctus est.

XV

A Nicanor āt vt cōperit iudā
esse in locis samarie cogitauit cum
ipetu die sabbati cmittere belluz. Ju
deis vo q illum p necessitatē isequebāt dicen
tibus: ne ita ferociter ⁊ barbare feceris: sz ho
norem tribue diei scificatōis ⁊ honora euz q
vniuersa cspicit. At ille ifelix interogauit si
est potens i celo q ipauit agi diē sabbatoꝝ ⁊
respōdētibus ill: ē dñs viu⁹ ipe i celo potēs
q iussit agi septimaz diē. At ille ait. Et ego
potens sum sup trā q ipero sumi arma ⁊ ne
B gocia regis ipleri. Tñ nō obtinuit: vt csiliuz
pficeret. Et nicanor qdē cū sūma supbia ere
ct⁹ cogitauerat cōe tropheū statuere d iuda.
Machabeus āt sēp cfidebat cum oi spe auxi
lij sibi a dño affuturꝝ. ⁊ hortabatur suos ne
formidarent ad aduētum natōnū sz i mente
haberent adiutoria sibi facta d celo: ⁊ nunc
sperarent ab oipotente sibi affuturā victori-
am. Et allocut⁹ eos ⁊ lege ⁊ pphis. āmonēs
ēt certamina q fecerāt pus pmptiores con-
stituit eos. Et ita animis coruz erectis simul
ondebat gentium fallaciā. ⁊ iuramētoꝝ pua
ricationē. Singulos āt illoꝝ armauit nō cly
pei ⁊ haste munitōe: sz sermonibus optimis
⁊ exhortatōib⁹ exposito digno fide somnio
C per quod vniuersos letificauit. Erat āt huius
mōi visus. Oniam q fuerat sūmus sacerdos
virum bonum ⁊ benignū. verecūdū visu. mo
destū moribus ⁊ eloqo decoꝝ: ⁊ q a puero i
vtutibus exercitat⁹ sit man⁹ ptēdētē. orare
pro oi pplo iudeoꝝ. Post hoc apparuisse ⁊
aliū viꝝ etate ⁊ glia mirabil em: ⁊ magni d-
coris habitudinem circa illū. Rñdētē vero
oniam dixisse. Hic est frāz amator ⁊ ppli isrl
h est q mltuz orat p pplo ⁊ vniuersa scā ciui
tate hieremias pp̄ha dei. Extendisse āt hie
remiam dextrā. ⁊ dd isse iude gladiū aureū
dicentem. Accipe scm gladiū mun⁹ a do i q
D dijcies aduersarios ppli mei isrl. Exhortati
itaq iude smonibus bōis valde d qb⁹ extolli
posset ipetus. ⁊ ai iuuenū cfortari: statuerūt
dimicare ⁊ cfligere fortit vt vt⁹ de negociis
iudicaret: eo q ciuitas scā ⁊ tēplum piclita
ret. Erat. n. p vxoribus ⁊ filijs. itēq p frib⁹
⁊ cognatis minor sollicitudo: maximus. ꝯo ⁊
prim⁹ p scitate timor erat templi. sz ⁊ eos q i
ciuitate erant nō mīma sollicitudo habebat
p his q cgressuri erant. Et iā cū ois sparent
iudicium futuꝝ. hostesq adessent atq exerci
tus esset ordinat⁹ bestie eqtesq opportūo lo
co cōpositi. cōsiderans machabeus aduētuz
mltitudinis ⁊ apparatuz variū armoꝝ. ac fe E
rocitatem bestiaꝝ extendēs man⁹ i celū. pdi
gia facientem dñz iuocauit: q nō sm armorū
potentiam: sz put ipsi placet dat dignis vi-
ctoriā. Dixit aūt iuocans hoc mō. Tu dñe q 5.8.d
misisti āgelum tuuz sub ezechia rege iuda. ⁊ 4.re.19.g
iterfecisti de castris sēnacherib centum octo Ecci.48.d
gintaqnq milia. ⁊ nunc dñator celoꝝ mitte
angelum tuū bonuz aū nos timore ⁊ tremo
re magnitudis brachij tui vt metuant q cuz
blasfemia veniunt aduers⁹. scm populū tuū
Et h qdem ita orauit. Nicanor āt ⁊ q cuz
ipso erant cum tubis ⁊ cāticis admouebāt.
Judas vero ⁊ q cum eo erāt: iuocato deo per
oratōes cōgressi sunt: manu qdē pugnantes
sz ⁊ dñm cordib⁹ orantes pstrauerūt nō min⁹
trigintaqnq milia psentia dei magnifice de F
lectati. Cumq cessassent ⁊ cū gaudio redirēt:
cognouerunt nicanorē ruisse cū armis suis
Facto itaq clamore ⁊ perturbatione suscita
ta patria voce oipotentem dñm bndicebant
Precepit āt iudas qui p oia corpe ⁊ aio mo
ri p ciuibus paratus erat: caput nicanoris ⁊
manum cuz humero abscisā hierosolymā p-
ferri. Quo cum peruenisset cuocatis cōtribuli
bus ⁊ sacerdotibus ad altare: accersijt ⁊ eos
q in arce erant. Et ostenso capite nicanoris ⁊
māu nepharia quam extenderat ctra domū
sāctam oipotēs dei. magnifice gloriat⁹ ē. Li
guam etiaz ipij nicanoris pcisā iussit particu
latim auibus dari: manū aūt demēs ctra tē G
plum suspendi. Oēs igit celi bndixerūt dñz
dicentes: bndictus q locū suū icōtaminatū s- 1.Ma.7.g
uauit. Suspendit aūt nicanoris caput i sum
ma arce vt euidens eēt ⁊ manifestū signum
auxilij dei. Itaq oēs cōmuni cōsilio decre-
uerunt nullo mō diē istū absq celebritate p
terire: habere aūt celebritatem tertiadecima
die mensis adar: que dicitur voce syriaca pri
die mardochei die. Igit his erga nicanorez
gestis: ⁊ ex illis temporibus ab hebreis ciui
tate possessa: ego quoq in his faciam finem
sermonis. Et siqdem bene vt historie compe
tit hoc ⁊ ipse velim: si autez minus digne cō
cedendum est mihi. Sicut enim vinum sēp
bibere aut semper aquam contrariū est. alter
nis autem vti delectabile: ita legentibus si
semper exact⁹ sit sermo: non erit gratus hic
ergo erit consumatus.

Explicit secundus liber Machabeoꝝ.
Incipit epistola beati hieronymi ad
Damasum papã in q̃tuor euãgelistas

BEatissimo pape damaso. hie-
ronymus. Nouũ opꝰ me fa-
cere cogis ex veteri: vt pꝰ exẽ-
plaria scripturaꝝ toto orbe
dispsa q̃siq̇dẽ arbitꝛ sedeã. ꝛ
qꝛ inter se variãt. q̃ sint illa q̃
cũ greca cõsentiãt ꝟitatẽ decernã. Piꝰ laboꝛ
sed piculosa p̃sũptio. iudicare de ceteris. ip-
sum ab oĩbus iudicãdũ: senis mutare linguã
ꝛ canescẽtẽ mũdũ ad initia retrahere paruu
loꝝ. Quis. n. doctꝰ pariꝛ vel indoctꝰ: cũ i ma
nꝰ volumẽ assũpserit. ꝛ a saliua quã semel i-
bibit viderit discrepare qđ lectitat. nõ statiꝫ
erũpat i vocẽ me falsariũ. me clamãs eẽ sa-
crilegũ: q̇ audeã aliq̇d i veteribꝰ libꝛis ad-
dere: mutare: coꝛrigere? Aduersus quã inuidi
am duplex cã me ꝯsolaꝛ: q̇ ꝛ tu q̇ summus sa-
cerdos es fieri iubes. ꝛ veꝝ nõ eẽ qđ variat
ẽt maledictoꝝ testimonio ꝯꝓbaꝛ. Si. n. la
tinis exẽplaribꝰ fides ẽ adhibenda: respon-
deãt q̇bꝰ tot sĩ exẽplaria pene q̊t codices.
Sin aũt ꝟitas ẽ q̃rẽda de pluribꝰ: cur nõ ad
grecaꝫ originẽ reuertentes. ea q̃ vel a vitio
sis iterpꝛetibus male edita. vel a p̃sũptoribꝰ
imperitis emendata puersius vel a libꝛarijs
doꝛmitãtibꝰ aut addita sũt aut mutata cor-
rigimus? Neq꜒ ꝟo ego de veteri disputo te-
stamẽto: qđ a septuaginta senioꝛibus in gre
cã linguã versũ tertio gradu ad nos vsq꜒ p
uenit. Nõ q̃ro q̇d aq̇la q̇d symmachus sapi
ant. quare theodotio inter nouos ꝛ veteres
medius icedat. Sit illa ꝟa interp̃tatio quã
apl̃i ꝓbauerunt. De nouo nũc loquoꝛ testa
mẽto qđ grecũ esse nõ dubiũ ẽ: excepto apl̃o
matheo. q̇ pꝛimus in iudea euãgeliũ xp̄i he
bꝛaicis l̃ris edidit. Hoc certe cuꝫ in nr̃o ser
mone discoꝛdat. ꝛ diuersos riuuloꝝ trami-
tes ducit: vno de fonte q̃rendus est. Preter
mitto eos codices q̊s a luciano ꝛ hesitio nũ-
cupatoꝛes paucoꝝ hoĩum asserit puersa cõ-
tẽtio: q̇bus vtiq꜒ nec in veteri instrumento
pꝰ septuagita iterp̃tes emẽdaꝛ q̇d licuit nec
in nouo ꝓfuit emendasse: cũ multaꝝ gẽtiuꝫ
linguis scriptura añ trãslata doceat falsa esse
q̃ addita sunt. Igiꝛ hec p̃sens p̃fatiũcula pol
liceꝛ q̃tuoꝛ tm̃ euangelia: q̇ꝝ oꝛdo ẽ iste. ma
theus. marcus. lucas ioãnes. codicũ grecoꝝ
emẽdata collatione sed veteꝝ: q̃ ne multum
a lectionis latine consuetudine discreparẽt
ita calamo imperauimus: vt his tm̃ q̃ sẽsu q̇
videbanꝛ mutare. coꝛrectis. reliqua manere
paterenur vt fuerant. Canones quoq꜒ quos
eusebius cesariensis ep̃us alexandrinum se-
cutus ãmonium in decẽ numeros oꝛdinauit
sicut in greco habenꝛ: expꝛessius. Quod si
quis de curiosis voluerit nosse que in euan-
gelijs vel eadem vel vicina vel sola sint eoꝝ
distinctione cognoscet. Magnus siquidem
hic in nr̃is codicibus erroꝛ inolcuit: dũ qđ i
eadeꝫ re alius euangelista plus dixit. in alio
qꝛ minus putauerit addiderunt: vel dum eũ
dem sensũ alius aliter expꝛessit. ille q̇ vnꝰ e
quatuoꝛ primum legerat ad eius exẽplum
ceteros q̊ꝫ estimauerit emendandos. Vñ
accidit. vt apud nos mixta sint oĩa. ꝛ in mar
co plura luce atq꜒ mathei. Rursum in ma-
theo plura ioannis ꝛ marci: ꝛ in ceteris reli
quoꝛum que in alijs pꝛopꝛia sunt inueniãꝛ.
Cum ita q꜒ canones legeris qui subiecti sũt
confusionis erroꝛe sublato ꝛ similia omniuꝫ
scies. ꝛ singulis sua queq꜒ restitues. In ca-
none pꝛimo concoꝛdant quatuoꝛ: matheus
marcus. lucas: ioãnes. In secundo tres ma-
theus. marcus: lucas. In tertio tres matheꝰ
lucas ioannes. In quarto tres: matheꝰ mar
cus ioannes.. In quinto duo: matheus lu-
cas. In sexto duo: matheus. marcus. In se-
ptimo duo. matheus ioannes. In octauo
duo. lucas. marcus. In nono duo lucas ioã
nes. In decimo. pꝛopꝛia vnusquisq꜒ que
non habentur in alijs ediderunt. Singu-
lis vero euangelijs ab vno incipiens vsq꜒ ad
finem libꝛoꝝ dispar numerꝰ accrescit. Hic ni
gro coloꝛe pꝛescriptus sub se hꝫ alium ex mi
nio discoloꝛẽ numerum: qui ad decem vsq꜒
pꝛocedens indicat: pꝛioꝛ numerus in quo sit
canone requirendus. Cum ergo aperto co-
dice. verbi gr̃a: illud siue illud capitulũ scire
volueris cuius canonis sit: stati ex subiecto
numero doceberis. ꝛ recurrens ad pꝛinci-
pia in quibus canonũ est distincta congeri-
es: eodemq꜒ statim canone ex titulo frontis
inuento: illũ quem querebas numeꝝ eiusdẽ
euangelij qui ꝛ ipse ab inscriptione signatur
inuenies: atq꜒ e vicino ceteroꝝ tramitibus i
spectis: quos numeros e regione habeant
adnotabis: ꝛ cum scieris recurres ad volu-
mina singuloꝛum ꝛ sine moꝛa repertis nu-
meris quos antesignaueras: reperies: ꝛ lo
co in quibus vel eadem vel vicina dixerunt
Opto vt in chꝛisto valeas. ꝛ memineris mei
papa beatissime.

Incipit alius pꝛologus.

PLures fuisse q̇ euangelia scri-
pserũt. Lucas euãgelista testa
tur dicẽs. Qm̃ q̇dẽ multi cona-

ti sunt ordinare narrationez rex q̄ in nobis
ↄplete sunt.sicut tradiderunt nobis qui ab
initio ipsi viderunt sermonē.⁊ ministrauerūt
ei:⁊ pseuerantia vsq3 ad pn̄s tp̄s monimēta
declarant.q̄ a diuersis auctoribus edita di/
uersaꝝ heresū fuere principia.vt est illud iu/
xta egyptios ⁊ thomā.⁊ mathiā. ⁊ bartolo/
cute eũ erãt a galilea h vidẽtes. Et ecce vir no
mat.27.g mine ioseph qui erat decurio vir bonus ⁊ iu
mar.15.d. stus h nõ cscẽserat csilio ⁊ actibus eoꝝ ab ari
Joa.19.g. mathia ciuitate iudee q expectabat ⁊ ipse re
gnum dei. Hic accessit ad pilatuz ⁊ petijt cor
mat.27.g. pus ihesu: ⁊ depositũ iuoluit i syndone ⁊ po
mar.15.d. suit euz i monumẽto exciso i q nõdum qsq
Joa.19.g positᵒ fuerat. Et dies erat pasceues: ⁊ sabba
tuz illucescebat. Subsecute ãt mulieres q cũ
eo venerãt de galilea viderunt monumẽtuz
⁊ quẽadmodũ positũ erat corpᵒ eiᵒ ⁊ reuer

tẽtes pauerunt aromata ⁊ vnguẽta ⁊ sabba
to qdẽ siluerunt sm mãdatũ. A
VNa ãt sabbati valde diluculo venerũt mat.28.a
ad monumẽtum portãtes q paraue mar.16.a
rãt aromata: ⁊ iuenerunt lapidem re Joa.20.a.
uolutum a monumẽto: ⁊ igresse nõ iuenerũt
corpᵒ dñi ihu. Et fcm ẽ dum mẽte cõsternate
eẽnt de isto: ecce duo viri steterunt secus illas mat.18.a
in veste fulgẽti. Cum timerẽt autẽ ⁊ declina mar.16.b.
rent vultũ i terrã dixerunt ad illas. Quid
qritis viuẽtẽ cũ mortuis: Nõ ẽ h sz surrexit.
Recordamini qlr locutᵒ est vobis cũ adhuc
i galilea eẽt dicẽs. Qz oz filiũ hois tradi i ma
nᵒ hoium peccõꝝ ⁊ crucifigi ⁊ die tertia resurge mat.28.b.
re. Et recordate sũt vboꝝ eiᵒ ⁊ regresse a mo mar.16.b.
numẽto nunciauerũt h oia ill' vndeci: ⁊ cete s.8.a. B
ris oibᵒ. Erat ãt maria magdalene ⁊ ioãna: ⁊
maria iacobi ⁊ cetere q cũ eis erãt q dicebãt
ad aplos h. Et visa sũt añ illos sicut deliramẽtũ
vba ista: ⁊ ñ crediderũt ill'. Petrᵒ ãt surgẽs
cucurrit ad monumẽtũ: ⁊ cubẽs vidit linthea
mina sola posita: ⁊ abijt secũ mirãs qd fcm fu
erat. Et ecce duo ex ill' ibãt ipa die i castellũ
qd erat i spatio stadioꝝ sexagita ab irlm noie
emaus ⁊ ipi loqbant ad iuicẽ d his oibᵒ q ac mar.16.
ciderãt. Et fcm ẽ dũ fabularẽt ⁊ secũ qrerẽt: ⁊ C
ipe ihs appropiquãs ibat cũ ill'. Oculi ãt il
loꝝ tenebant ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos
Qui sũt hi smões quos cfertis ad inuicẽ am
bulãtes ⁊ estis tristes. Et rñdens vnᵒ cui no
men cleophas: dixit ei. Tu solus pegrinus es
i irlm: ⁊ nõ cognouisti q facta sunt i illa his
diebᵒ: qbus ille dixit. Que? Et dixerunt De
ihu nazareno q fuit vir ppha: potens in ope
⁊ smone corã deo ⁊ oi populo. Et quõ eum
tradiderũt summi sacerdotes: ⁊ pricipes nri in
dãnationẽ mortis: ⁊ crucifixerũt eũ. Nos ãt
spabamus: qz ipe eẽt redẽpturus isrl'. Et nũc
sup h oia tertia dies est hodie: q hec facta sũt. D
Sz ⁊ mulieres qdam ex nris terruerunt nos
q añ lucẽ fuerũt ad monumẽtũ ⁊ nõ inuẽto
corpe eiᵒ venerunt dicentes se etiã visionem
angeloꝝ vidisse: q dicũt eũ viuere. Et abierũt
qdã ex nris ad monumentum: ⁊ ita inuene
runt sicut mulieres dixerunt: ipm vo nõ iue
nerũt. Et ipe dixit ad eos. O stulti ⁊ tardi cor
de ad credendum i oibus q locuti sunt pphe
te. Nõ ne h oportuit pati xpm ⁊ ita intrare i
gliam suam: Et incipiẽs a moyse ⁊ oibᵒ pphe
tis interpretabat illis i oibus scripturis q de
ipo erãt. Et appropiquerunt castello q ibant
⁊ ipse se finxit lõgius ire. Et coegerunt illum E
dicentes. Mane nobiscuz qm aduesperascit
⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis
Et factum est dum recũberet cum eis: acce
pit panẽ ⁊ benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat

illis. Et apti sūt oculi eoꝝ: ⁊ cognouerūt eū:
⁊ ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt ad in
uicē. Nōne coꝛ nr̄m ardēs erat in nobis: dū
loqueret̄ in via: ⁊ aperiret nobis scripturas?
Et surgētes eadē hoꝛa regressi sūt in iRlm: ⁊ i
uenerūt ꝯgregatos vndecī: ⁊ eos qui cū illis
erāt dicētes. ꝙ surrexit dn̄s vere: ⁊ apparuit
F symoni. Et ipsi narrabāt q̄ gesta erāt in via. ⁊
quō cognouerūt eū in fractione panis. Dū
aūt h̄ loquunt̄, stetit iesus in medio eoꝝ. ⁊ di
xit. Pax vobis. Ego sum nolite timere. Con
turbati vo ⁊ ꝯterriti existimabāt se spm̄ vide
re. Et dixit eis. Quid turbati estis ⁊ cogita
tiones ascēdūt in coꝛda vr̄a. Uidete manus
meas ⁊ pedes q: ego ipe sum. Palpate ⁊ vi
dete q: sp̄us carnem ⁊ ossa nō h̄z: sicut me vi
detis habere. Et cū h̄ dixisset: ostēdit eis man⁹
⁊ pedes. Adhuc āt illis non credentib⁹ ⁊ mi
rantibus p̄ gaudio dixit. Habetis hic aliq̄d:
qd̄ manducet̄? At illi obtulerunt ei ptē piscis
assi: ⁊ fauum mellis. Et cū mādu casset coꝛam
eis: sumēs reliq̄as dedit eis. Et dixit ad eos
Hec sunt v̄ba q̄ locut⁹ sū ad vos cum adhuc
essem vobiscū: qm̄ necesse ē ipleri oīa q̄ scrip
ta sunt i lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de
G me. Tunc apuit illis sensum: vt itelligerent
scripturas. ⁊ dixit eis. Qm̄ sic scriptum est ⁊
.17.a. sic opoꝛtebat xp̄m pati ⁊ resurgere a moꝛ
tuis tria die: ⁊ p̄dicare in noīe eius pniam ⁊
remissionem peccatoꝝ in oēs gentes: incipi
.i.a. entibus ab hierosolyma. Uos autē testes
estis hoꝝ. Et ego mittam ꝓmissum pr̄is mei
in vos. vos autem sedete in ciuitate quoad
vsq; induamini virtute ex alto. Eduxit autē
eos foꝛas in bethaniam. ⁊ eleuat̄ manibus
r.16.d suis bn̄dixit eis. Et factum est dū benediceret
.b. illis recessit ab eis: ⁊ ferebatur in celum. Et
ipsi adoꝛantes regressi sunt in iRlm cum gau
dio magno: ⁊ erant semper in templo laudā
tes ⁊ benedicentes deum. Amen.

Explicit euāgeliū s̄m Lucā. Incipit
ꝓlogus in euāgeliū s̄m ioannem.

Hic est Joannes euangelista
vnus ex discipulis dn̄i q̄ v̄go
.a. a deo elect⁹ ē: quē d̄ nuptijs
volētē nubere vocauit deus
Cui v̄ginitatis i hoc duplex
testimoniū dat̄ i euāgelio: ꝙ
⁊ p̄ ceteris dilect⁹ a deo dr̄: ⁊ huic mr̄em suā
pēdēs i cruce cōmēdauit dn̄s: vt virginē vir
go seruaret. Deniq; manifestās in euāgelio
qd̄ erat ipse incoꝛruptibilis v̄bi opus incho
.b. ans: solus verbū carnē factū eē: nec lumen a
.2.d tenebris cōpꝛehensū fuisse testat̄: pꝛimum si
gnū ponens quod in nuptijs fecit dominus
ostendens ꝙ ipse erat vt legentibus demon
straret ꝙ vbi dn̄s inuitat⁹ sit. deficere nuptia
rum vinum debeat: ⁊ veteribus immutatis.
noua omnia q̄ a xp̄o instituunt̄ appareant.
Hoc autē euangeliū scripsit in asia. Postea
q̄ȝ in pathmos insula apocalypsim scripserat
vt cui in pꝛincipio canonis icoꝛruptibile p̄n
cipium pꝛenotatur in genesi: ei etiam incor
ruptibilis finis p virginē iu apocalypsi red
deretur. dicente xp̄o: ego sum alpha ⁊ o. Et Apoc.i.a.
hic ē ioannes: qui sciens supuenisse diem re
cessus sui: conuocatis discipulis suis in ephe
so: p multa signoꝝ experimenta ꝓmens xp̄z
descēdēs in defossū sepulture sue locuz facta
oꝛatione: positus ē ad patres suos: tā extra
neus a doloꝛe moꝛtis q̄ȝ a coꝛruptiōe carnis
inuenit̄ alienus. Tamen post omnes euange
lium scripsit: ⁊ hoc virgini debebat. Quoꝛuz
tn̄ vel scriptoꝝ tēpoꝛis dispositio: vel libꝛoꝝ
oꝛdinatio: iō a nobis p singula nō exponitur
vt sciēdi desiderio collato ⁊ q̄rētibus fruct⁹
laboꝛis: ⁊ deo magisterij doctrina seruetur.

Explicit ꝓlogus. Incipit Registꝝ
in euangelium Joannis.

In pꝛincipio erat v̄bū ⁊c. testimo 1
niū de xp̄o p̄hibet ioānes baptista
phariseoꝝ leuite interrogat ioan
nem. Joannes iesū vidēs agnum
dicit dei: ⁊ andreas petro dicit: inuenimus
messiā. Jesus dicit natanahel vidi sub ficu.
Jesus vocat⁹ ad nuptias ⁊ discipuli ei⁹ d̄ aq̄ 2
fecit vinū: vēdētes numularios eijcit de tem
plo: dicit: soluite tēplū hoc.
Jesus nicodemo dicit de baptismo ⁊ alijs mi 3
tis: dicit: q̄ credit i eū nō diiudicabit̄: q̄ aūt nō
credit iā diiudicat⁹ ē: iesus i iudea baptizat: ⁊
ioānes i ennō: ioānes dicit xp̄m crescere se āt
minoꝛari. Jesus cū muliere samaritana loq̄ 4
tur: ꝓphetā in patria sua sine honoꝛe eē: re
guli filiū a moꝛte suscitat.
De piscina ꝓbatica sanat hoiem triginta ⁊ 5
octo annos habentē infirmitatē: dicebāt iu
dei sanato: nō lȝ tibi tollere grabatū tuū sab
bato: q̄cūq; pr̄ fecerit: h̄ ⁊ fili⁹ silr̄ facit: dic̄ ie
sus: q: venit hoꝛa ⁊ nūc ē qn̄ moꝛtui audiunt
vocē ⁊c. dicit iesus: ioannes ē lucerna ardēs
⁊ lucens: scrutamini scripturas: dicit moyses
accusat vos: ⁊ si crederetis moysi crederetis
foꝛsitan ⁊ mihi.
De quinq; panibus ⁊ duobus piscibus: ⁊ ꝙ 6
eū regē facere voluerūt: iesus supꝛa mare am
bulat. Opamini nō cibū q̄ perit: de māna ⁊
pane celesti loq̄t̄: ego sū panis de celo descen
di: recedētibus ab eo discipulis vnuz ex duo
decim diabolum dicit.

7 Jesus in scenophegia ascendit ad diē festuz
dicit iesu:dmoniū habes:de turba multi cre
debāt in eū:clamat iesus : siquis sitit veniat
ad me ꝛ bibat:cū ministris ꝛ nicodemo prin
cipes contendunt.
8 De muliere adultera:iesus lucez mundi eē
se predicat iesus interrogatus principiuz se
eē rñdit:ꝙ ois peccator seruus sit. ꝛ ꝙ iesus
ante abraam sit.
9 Cecum a natiuitate curat.ihesus dicit.in iu
dicium in hunc mundum veni.vt qui non
vident videant.
10 Qui nō itrat p ostiū in ouile.dicit.ego sū pa
stor bonus.ptātē hēo ponēdi aiam meā.Ju
dei dicūt.si tu es xp̄s dic nobis palā.ego ꝛ pr̄
vnū sumus.sustulerūt lapides iudei vt lapi·
darēt iesū.ꝛ exiuit de manibus eoꝝ.
11 De suscitatiōe lazari.collegerūt principes ꝛ
pharisei conciliuz.cayphas dicit.qꝛ expedit
vt vnus ꝛc.
12 Maria vnxit pedes iesu. ꝛ extersit capillis
suis.iudas fur erat ꝛ loculos habens.turba
ex iudeis multa venit nō ꝑpter ihesum tm̄
sed vt lazaꝝ viderent quem suscitauit a mor
tuis.turba que venerat ad diē festū occurrit
ihesu sedenti super pullū asine.gentiles qui
dā rogabāt philippū.dicentes.dn̄e venim⁹
ihesū videre.ih̄s rñdit.nisi granū frumēti ꝛc
aia mea turbata ē.pr̄ clarifica nomē tuū. ve
nit vox de celo.dicit ih̄s.nūc iudiciū ē mūdi.
ꝛ multi ex principibus crediderūt in eū. sed
ꝑpter phariseos nō ꝯfitebant.dicit.nō veni
vt iudicē mūdū sed vt saluificē.
13 Pedes discipuloꝝ lauat dicēs.ꝛ vos debetꝭ
alter alterius lauare pedes.dicit. q̇ mandu
cat panē meū leuabit ꝯtra me calcaneū suū.
dicit.vnus ex vobis tradet me. ꝛ subiungit.
cui ego intinctū panē porrexero.tūc itroiuit
in iudā sathanas.mandatū nouū do vobis
vt diligatis inuicē.dicit petro. an̄ꝙꝫ gallus
cantet ter me negabis ꝛc.
14 Nō turbet cor vr̄m.dicit.ego sū via veritas
ꝛ vita.dicit philippus.dn̄e ondē nobis pr̄ez
si diligitꝭ me mādata mea seruate.ego in pa
tre meo ꝛ vos in me ꝛ ego in vobis. si q̇s di
ligit me sermones meos seruat.
15 Dicit.ego sū vitis v̇a ꝛ pr̄ me⁹ agricola ē.d̄
dilectiōe p̄cepta.si me ꝑsecuti sūt ꝛ vos ꝑse-
quent.ꝛ odio habuerūt me gratis.dicit. cuz
venerit ꝑaclytus. Absqꝫ synagogis facient
vos.Nūc vado ad eū q̇ me misit.ꝛ nemo ex
vobis iterrogat ꝛc.cū venerit paclyt⁹ ille ar
guet mūdū de pccō.oia q̄cūqꝫ hꝫ pr̄. mea sūt
modicū iā ꝛ nō videbitꝭ me:vsqꝫ mō nō pote
stis q̄cꝙꝫ.exiui a patre meo ꝛ veni in mūdū.

pater mecum est.
Subleuatis oculis in celū dixit:pr̄ venit ho 17
ra:clarifica filiū tuū.Jesus discipulos cōmē
dat patri pr̄ iuste mūdus te nō cognouit. 18
Egressus iesus cū discipl'is suis trāstorrētē ce
dron:q̄rētibus iudaicū cohorte iesuz rñdit:
ego sū:abierūt retrorsū ꝛ ceciderūt in terraz:
captio xp̄i:negatio petri:abiudicatio xp̄i: ꝛ
responsio eiusdē.
Pilatus iesū flagellauit:derisio: crucifixio i 19
ter duos latrones:cōmēdatio mr̄is discipu-
lo:ꝛ potatio aceti:ꝛ mors ꝛ sepultura. 20
Resurrectio:ꝛ qualiter apparuit marie ma
gdalene:apparēs discipulis dedit eis pacez
spiritū scm̄:post dies octo clausis ianuis ap-
paruit discipulis ꝛ thome. 21
Postea iteꝝ manifestauit se ad mare tyberia
dis ꝛc.d̄ piscatiōe petri:dicit petro tertio:pa
sce oues meas.

Explicit registrum. Incipit
euāgeliū s̄m Joannē. Ca. I

I N pricipio erat verbū. ꝛ ver A
bū erat apud deū ꝛ de⁹ erat mat.I.a.
verbū.Hoc erat in principio Luc.3.c.
apud deū Oia ꝑ ipsuz facta
sūt:ꝛ sine ipso factuz ē nihil.
Qd̄ factū est in ipso vita erat
ꝛ vita erat lux hoium:ꝛ lux in tenebris lucet mat.3.a.
ꝛ tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō mis- j.3.d.
sus a deo:cui nomē erat ioānes.Hic venit in
testimoniū vt testimoniū ꝑhiberet de lumine
vt oēs crederēt ꝑ illū.Nō erat ille lux:sed vt
testimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux ve-
ra q̇ illuminat oēm hominē veniētē in hūc
mundū.Jn mūdo erat:ꝛ mūdus per ipsū fa
ctus ē:ꝛ mūdus eū nō cognouit.Jn propria
venit:ꝛ sui eū nō receperūt.Quotquot autē B
receperūt eū:dedit eis potestatē filios dei fie
ri.his q̇ credūt i noie ei⁹ .Qui ñ ex sāguinib⁹
nꝫ ex volūtate carnis:nꝫ ex volūtate viri sꝫ ex
d̄o nati sūt.Et verbū caro factū est ꝛ hitauit i mat.I
nobis.Et vidimus gloriam eius gloriā quasi Luc.3
vnigeniti a patre plenū gr̄e ꝛ veritatis. Jo- mat.3
annes testimoniuz ꝑhibet de ipso: ꝛ clamat mar.I
dicens.Hic erat quē dixi qui post me vētur⁹ Luc.3
ē:an̄ me factus est:qꝛ prior me erat.Et de ꝑle
nitudine eius nos oēs accepim⁹: ꝛ gr̄am ꝑ
gr̄a:qꝛ lex per moysen data est:gratia ꝛ v̇itas
ꝑ iesū xp̄m facta ē.Deū nemo vidit vnquaz i.Th
Unigenitus filius q̇ ē in sinu pr̄is:ip̄e enar-
rauit.Et hoc ē testimoniū ioannis: qñ mise- mar.
rūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛ leui- Lu.
tas ad eū vt interrogarēt eū. Tu quis es. Et i.Jo
ꝯfessus est ꝛ nō negauit.Et ꝯfessus est:qꝛ non j.5.
sum ego xp̄s.Et interrogauerunt eū. Quid

ergo. Helias es tu. Et dixit nō suz. Propha
es tu. Et rñdit. Nō. Dixerunt ergo ei. Quis
es vt rñsum dem⁹ his q̄ miserūt nos. Quid
.40.a dicis de teipso. Ait. Ego vox clamantis in de
th.3.a serto: dirigite viā dñi: sicut dixit ysaias ppha
r.1.a Et q̄ missi fuerant erant ex phariseis. Et in-
c.3.a rogauerunt euz ⁊ dixerūt ei. Quid ergo ba-
B ptizas si tu nō es xp̄s. neq3 helias neq3 pphe
th.3.a ta. Rñdit eis iohānes dicēs. Ego baptizo in
r.1.a aqua. medius aūt vr̄m stetit quē vos nescitis
.3 d Ipse est qui post me venturus ē: qui añ me
c.1.a factus est: cuius ego nō sum dignus vt soluā
.a eius corrigiā calciamēti. Hec in bethania fa
cta sunt trans iordanem vbi erat iohannes.
baptizans. Altera die vidit iohānes ih̄m ve
nientem ad se ⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce qui
tollit peccata mūdi. Hic ē de quo dixi. P⁹
me venit vir qui ante me factus est. quia pri
or me erat ⁊ ego nesciebam eū. Sed vt ma-
nifestetur in israel propterea veni ego in aq̄
baptizans Et testimonium perhibuit iohan
E nes dicens. Quia vidi spiritum descendentē
th.3.d quasi columbam de celo: ⁊ mansit super euz
r.1.b ⁊ ego nesciebam eum: sed qui misit me bapti
.3.d zare in aqua: ille mihi dixit. Super quem vi
deris spiritum descendentem ⁊ manentem
super eū. hic est qui baptizat i spiritu sancto
Et ego vidi ⁊ testimoniū perhibui: quia hic
est filius dei. Altera die iterum stabat iohā
nes: ⁊ ex discipulis eius duo. Et respiciēs ihe
sum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et
audierunt eum duo discipuli loquentem: ⁊
secuti sunt ihesum. Conuersus autem ihesus
⁊ videns eos sequentes se dicit eis. Quid q̄
ritis? Qui dixerūt ei. Rabbi. quod dicit in-
terpretatū magister: vbi habitas? Dicit eis
F Uenite ⁊ videte. Uenerunt ⁊ viderunt vbi
maneret ⁊ apud eum manserūt die illo. Ho
ra aūt erat quasi decima. Erat autē andreas
frater symonis petri: vnus ex duobus qui au
dierat a iohanne. ⁊ secuti fuerant eum. Inue
nit hic primuz fratrem suum symonem. ⁊ di-
cit ei. Inuenimus messiam: quod est interp-
tatum christus. Et adduxit eum ad ihesum.
Intuitus autem eum ihesus dixit. Tu es sy-
mon filius ioanna: tu vocaberis cephas: qd̄
interpretatur petrus. In crastinum voluit
exire in galileam: ⁊ inuenit philippuz. Et di
cit ei ihesus. Sequere me. Erat autem phi-
lippus a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri.
Inuenit philippus nathanahel: ⁊ dicit ei.
G Quem scripsit moyses in lege ⁊ prophete: in
uenimus ihesum filium ioseph a nazareth.
Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest ali
quid boni esse. Dicit ei philippus. Ueni ⁊
vide. Uidit ihesus nathanahel venientem
ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce vere israelita in quo
dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde
me nosti. Respondit ihesus ⁊ dixit ei. Pri⁹
q̄3 te philippus vocaret cum esses sub ficu vi
di te. Respondit ei nathanahel. ⁊ ait. Rab
bi: tu es filius dei: tu es rex israel. Respon-
dit ihesus ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te
sub ficu credis: maius his videbis. Et dicit ei
Amen amen dico vobis: videbitis celum a-
pertū: ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendē
tes supra filiū hominis.

II.

ET die tertia nuptie facte sunt in cha A
na galilee. ⁊ erat mat̄ ihesu ibi. Uo-
catus est autez ihesus ⁊ discipuli ei⁹
ad nuptias Et deficiēte vino dicit mater ihe
su ad eum. Uinum nō habent. Et dicit ei ihe
sus. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nōduz ve
nit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Qd̄
cunq3 dixerit vobis facite. Erant aūt ibi lapi
dee hydrie sex posite scd̄m purificationez iu
deorū: capientes singule metretas binas vel
ternas. Dicit ei ih̄s. Implete hydrias aq̄. Et i-
pleuerunt eas vsq3 ad summuz. Et dicit eis ihe
sus. Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino. Et tu B
lerūt. Ut aūt gustauit architriclinus aquaz
vinū factū. ⁊ nō sciebat vñ eēt. ministri āt sci-
ebāt q̄ hauserunt aquā vocat sponsuz archi
triclinus: ⁊ dicit ei. Ois hō primū bonū vi-
nū ponit: ⁊ cū inebriati fuerint id qd̄ deteri⁹
ē. Tu āt seruasti bonū vinū vsq3 adhuc. Hoc
fecit initiū signorū ih̄s in chana galilee. ⁊ ma
nifestauit gl̄iam suā: ⁊ crediderūt in eū disci C
puli ei⁹. Post hec descēdit capharnaū ipe ⁊ math.4.b
mr̄ ei⁹ ⁊ frēs eius ⁊ discipuli ei⁹: ⁊ ibi māse-
runt nō multis dieb⁹. Et prope erat pascha iu math.21.b
deorū: ⁊ ascēdit ihesus hierosolymā ⁊ inuēit mar.11.b
i tēplo vēdētes oues ⁊ boues ⁊ colūbas: ⁊ nū Luc.19.g
mularios sedētes. Et cū fecisset q̄si flagelluz
de funiculis: oēs eiecit de tēplo: oues quoq3
⁊ boues: ⁊ nūmulariorū effudit es. Et mēsas
subuertit. Et his q̄ colūbas vēdebant dixit.
Auferte ista hinc. ⁊ nolite facere domū pr̄is
mei domū negociatiōis. Recordati sūt vo di- D
scipli ei⁹. q2 scriptū ē. zelus dom⁹ tue cōedit Ps̄.68.
me. Rñderunt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Qd̄ math.16.a
signū ondis nobis q2 hec facis. Rñdit ih̄s ⁊ mar.8.b
dixit eis. Soluite tēplū hoc. ⁊ in trib⁹ dieb⁹ math.26.f
excitabo illud: Dixerunt ergo iudei. Qua-
draginta ⁊ sex ānis edificatū ē tēplū h⁹: ⁊ tu
in trib⁹ dieb⁹ excitabis illd̄. Ille aūt dicebat
de templo corporis sui. Cum ergo resurrexis
set a mortuis recordati sunt discipuli eius
quia hoc dicebat: ⁊ crediderunt scripture ⁊
sermoni quē dixit ih̄s. Cū āt esset hierosoly-

mis in pasca i die festo: multi crediderunt in
noie ei⁹ vidētes signa ei⁹ q̄ faciebat. Ipse aūt
ihs ñ credebat semetipsū eis eo ꝙ ipse nosset
oēs: ꝛ qꝛ op⁹ ei ñ erat vt q̄s testioniū phiberēt
de hoie. Ipse.n. sciebat q̄d esset i hoie. III
A E
Rat āt hō ex phariseis nicodemus
J.7.g.ꝛ.19.g noie pnceps iudeoꝝ. Hic venit ad
ihm nocte ꝛ dixit ei. Rabbi: scimus
qꝛ a deo venisti mgr̄. Nemo.n. pt h signa fa
cere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Rñdit
ihs ꝛ dixit ei. Amē amē dico tibi nisi q̄s rena
tus fuerit denuo nō pōt videre regnū dī. Di
cit ad eū nicodemus. Quō pt hō nasci cū sit
senex. Nunq̄d pōt in ventrē mr̄is sue itera
to itroire ꝛ renasci? Rñdit ihs. Amen amen
dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ꝛ spū scō
nō pōt introire in regnū dei. Qđ natū est ex
carne caro est. ꝛ qđ natū est ex spū. spūs est.
Non mireris qꝛ dixi tibi. oꝫ vos nasci dnuo
Spūs vbi vult spirat. ꝛ vocē eius audis: sed
nescis vñ veniat aut q̊ vadat. Sic est ois qui
natus est ex spū. Rñdit nicodemus ꝛ dixit ei
Quō pñt h fieri. Rñdit ihs ꝛ dixit ei. Tu es
B magister in israel ꝛ hec ignoras. Amen amē
dico tibi: qꝛ qđ scim⁹ loquimur. ꝛ qđ vidim⁹
testamur ꝛ testimoniū nostrum non accipitꝭ
Si terrena dixi vobis ꝛ non creditis: quō si
dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascē
Eze.4.b dit in celū nisi q̄ descendit de celo: filius hoīs
q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpē
Nu.21.c tem in deserto: ita exaltari oportet filiū hois
J.8.d.12.c vt ois q̄ credit i ipso nō peat: sed habeat vitā
eternā. Sic.n. deus dilexit mundū vt filium
i.Joā.4.b suū vnigenitū daret: vt ois q̄ credit in eū nō
peat: sed hēat vitā eternā. Nō.n. misit deus
filiū suū in mundū vt iudicet mundū. sed vt
saluet mund⁹ p ipsū. Qui credit in eū nō iu
dicat. Qui āt nō credit iā iudicatus est q̄ ñ
C credit in noie vnigeniti filij dei. Hoc est aūt
iudiciū. qꝛ lux venit in mundū: ꝛ dilexerunt
hoies magis tenebras q̄ lucē. Erant.n. eoꝝ
mala opa. Ois.n. q̄ male agit odit lucē. ꝛ ñ
venit ad lucē vt nō arguant opa eius. Qui
āt facit vitatē venit ad lucē vt manifestentur
opa eius: qꝛ in deo sunt facta. Post h venit
ihs ꝛ discipuli ei⁹ in terrā iudea. ꝛ illic mora
mat.3.b bat cū eis ꝛ baptizabat. Erat āt ꝛ ioannes ba
Luc.3.a ptizās i ennō iuxta saliꝫ. qꝛ aq̄ multe erāt illic
ꝛ veniebant ꝛ baptizabant. Nōdū.n. missus
mat.4.b fuerat ioānes in carcerē. Fcā est āt q̄stio ex di
mar.1.c scipulis ioānis cū iudeis d purificatione. Et
venerunt ad ioannē ꝛ dixerunt ei. Rabbi: q̄
erat tecū trans iordanē: cui tu testimoniū p
hibuisti: ecce h baptizat ꝛ oēs veniunt ad eū
Rñdit ioannes ꝛ dixit. Nō pōt hō accipere

q̄cq̄ nisi fuerit ei datū de celo. Ipsi vos mihi D
testimoniū perhibetis qđ dixeri. non sū ego mat.3.a
xp̄s: sed qꝛ missus sū añ illū. Qui hꝫ sponsaꝫ mar.1.a
sponsus est. amicus āt spōsi q̄ stat ꝛ audit eū Luce.3.c
gaudio gaudet ꝑpter vocem sponsi. Hoc er
go gaudiū meū ipletum est. Illū oꝫ crescere
me āt minui. Qui desursū venit sup oēs est.
Qui de t̄ra ē: de t̄ra ē. ꝛ de t̄ra loq̄t: q̄ de celo
venit sup oēs ē. Et qđ vidit ꝛ audiuit hoc te
stat: ꝛ testimoniū eius nemo accipit. Qui āt
accepit ei⁹ testioniū signauit: qꝛ ds verax est Ro.3.a
Quē.n. misit de⁹ vba dei loquit. Non.n. ad
mensurā dat ds spm̄. Pat diligit filiuꝫ. ꝛ oia mat.11.d
dedit in manu ei⁹. Qui credit in filiū hꝫ vitā Lu.10.d.
eternā: q̄ āt icredul⁹ ē filio. nō videbit vitā sꝫ i.Joā.5.b.
ira dei manet super eum. IIII.
V T ergo cognouit ihs qꝛ audierūt pha A
risei ꝙ ihs plures discipulos facit ꝛ
baptizat q̄ ioānes: q̄q̄ ihs ñ bapti
zaret sed discipuli eius. reliq̄t iudeaꝫ ꝛ abijt
iteꝝ in galileā. Oportebat āt eū transire per Mat.4.b
mediā samariā. Venit ergo i ciuitatē samarie
q̄ dr̄ sychar. iuxta pdiū qđ dedit iacob ioseph
filio suo. Erat āt ibi fons iacob. Ihs āt fatiga
t⁹ ex itinere sedebat sic sup fontē. Hora autē
erat q̄si sexta. Venit mulier de samaria hau
rire aquam. Dicit ei ihs da mihi bibere. Di
scipuli enim eius abierant in ciuitatem vt ci
bos emerent. Dicit ergo ei mulier illa sama
ritana. Quō tu iudeus cum sis bibere a me
poscis q̄ sū mulier samaritana? Non.n. cou
tuntur iudei samaritanis. Rñdit iesus ꝛ di B
xit ei. Si scires donū dei: ꝛ q̄s est q̄ dicit tibi
da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo. ꝛ de
disset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dñe
neq̄ in quo haurias habes. ꝛ puteus alt⁹ est
Vñ ergo habes aquā viuā? Nunq̄d tu maior
es prē nr̄o iacob q̄ dedit nobis puteū. ꝛ ipse
ex eo bibit. ꝛ filij eius ꝛ pecora eius. Rñdit
iesus. ꝛ dixit ei. Ois q̄ bibit ex aq̄ hac sitiet
iteꝝ. Qui āt biberit ex aq̄ quam ego dabo ei
nō sitiet in eternū: sed aqua quā ego dabo ei
fiet in eo fons aque salientꝭ in vitā eternā. Di
cit ad eū mulier. Dñe da mihi hanc aquā. vt
non sitiā neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei ihs
Vade voca viꝝ tuū. ꝛ veni huc. Rñdit muli
er ꝛ dixit. Non hēo viꝝ. Dicit ei ihs. Bñ di C
xisti. qꝛ nō habeo viꝝ. Quinq̄.n. viros habui
sti. ꝛ nūc quē hēs nō est tuus vir. Hoc vere
dixisti. Dicit ei mulier. Dñe: video qꝛ ꝓphe
ta es tu. Prēs nr̄i in monte hoc adorauerūt
ꝛ vos dicitꝭ qꝛ hierosolymis est locus vbi ado
rare opꝫ. Dicit ei iesus. Mulier crede mihi
qꝛ venit hora quādo neq̄ in monte hoc neq̄
in hierosolymis adorabitꝭ patrem. Vos ado

ratis qđ nescitis:nos adoramus qđ scimus:
q2 salus ex iudeis est.Sed venit hora z nūc
est:qñ veri adoratores adorabunt patrem in
spū z vitate.Nā z pr̄ tales q̄rit q̄ adorēt eū.
D Spiritus est deus:z eos qui adorant eum
1.Cor.3.d. in spiritu z vitate opz adorare.Dicit ei mu
lier.Scio q2 messias venit qui dr̄ xp̄s.Cū er
go venerit:ille nobis nūciabit oīa.Dicit ei ie
sus:ego suz qui loquor tecū.Et cōtinuo vene
rūt discipuli eius.z mirabant q2 cū mliere lo
quebat.Nemo tñ dixit.q̄d q̄ris aut q̄d loq̄
ris cū ea?Reliq̄t ergo hydriā suā mulier.z
abijt in ciuitatē.z dicit illis hoib9.Venite z
J.eo. videte hoiez q̄ dixit oīa q̄cunq3 feci. Nunq̄d
ipse ē xp̄s.Exierūt ergo de ciuitate z venie
bāt ad eū.Interea rogabāt eū discipuli dicē
tes.Rabbi māduca. Ille aūt dixit eis:Ego
cibū habeo manducare quē vos nescit.Di
cebant ergo discipuli adinuicē.Nunq̄d ali
quis attulit ei māducare.Dicit eis ih̄s.Me
E us cibus est vt faciā volūtatē eius qui misit
me vt perficiam op9 eius.Nōne vos dicitis
q adhuc quattuor menses sūt z messis venit
Ecce dico vobis:leuate oculos vr̄os:z vide
te regiones:q2 albe sunt iaz ad messem.Et q̄
metit mercedē accipit.z ɔgregat fructuz in
vitam eternā:vt z q̄ seminat simul gaudeat
z qui metit.In hoc enim est vbum verū:q2
alius est q̄ seminat:z ali9 ē q̄ metit.Ego mi
si vos metere qđ vos nō laborastis.Alij labo
rauerūt:z vos in labores eorū introistis:Ex
ciuitate āt illa mlta crediderūt i eū samarita
nor pp verbū mulieris testimoniū phibentis
q2 dixit mihi oīa quecūq3 feci. Cū venissent
S.eo. ergo ad illū samaritani rogauerunt eum vt
F ibi maneret.Et mansit ibi duos dies.Et mul
to plures crediderunt pp sermonē eius.Et
mulieri dicebant:q2 nō propter tuā loquelā
credimus.Ipsi.n. audiuimus z scimus quia
h̄ ē vere saluator mundi.Post duos autez
Math.4.b dies exijt inde:z abijt in galileam.Ipse eni
Math.13.g iesus testimoniū perhibuit:q2 pph̄a in sua pa
Mar.6.a tria honorē nō h3.Cum ergo venisset in gali
Luce.4.d leam exceperūt eū galilei:cū oīa vidissent q̄
fecerat hierosolymis in die festo.Et ipsi.n.ve
nerant ad diem festum.Venit ergo iterū in
chana galilee vbi fecit aquā vinū.Et erat q̄
daz regulus cuius filius infirmabat caphar
nauz.Hic cuz audisset q2 ihesus adueniret a
G iudea in galileā abijt ad euz z rogabat eum
vt descenderet z sanaret filium eius.Incipie
bat eniz mori.Dixit ergo ih̄s ad eū.Nisi si
gna z prodigia videritis nō creditis.Dicit ad
eū regulus.Dn̄e.descende priusq̄ moriatur
filius meus.Dicit ei ih̄s. Vade filius tuus

viuit credidit hō s̄moni quē dixit ei ihesus:
z ibat.Iā āt eo descēdēte serui occurrerunt ei.
z nūciauerūt dicentes q2 filius eius viueret.
Interrogabat ergo horaz ab eis in qua me
lius habuerit z dixerūt ei:q2 heri hora septi
ma reliquit eū febris.Cognouit ergo pr̄ q2
illa hora erat i q̄ dixit ei ih̄s filius tu9 viuit:z
credidit ipse z domus eius tota.Hoc iteruz
secūdum signum fecit ihesus cum venisset a
iudea in galileam. V A
Post hec erat dies festus iudeor z e math.9.a
ascēdit iesus hierosolymā.Est āt hi mar.2.a
rosolymis pbatica piscina q̄ cogno Luc.5.d
minat hebraice bethsaida q̄nq3 porticus ha
bēs.In his iacebat multitudo magna lan
guētiū cecor claudor aridor expectātiū aq̄
motū.Angelus āt dn̄i descēdebat s̄m tēpus
in piscinā:z mouebat aq̄.Et q̄ prior descēdis
set in piscinā post motionē aq̄ sanus fiebat a
q̄cūq3 ptinebat ifirmitate.Erat āt q̄dā hō ibi
triginta z octo ānos hn̄s in infirmitate sua.
Hūc cū vidisset iesus iacentē:z cognouisset
q2 iā multū tēpus haberet:dicit ei.Vis san9
fieri.Rn̄dit ei languidus.Dn̄e:hoiem non
habeo vt cū turbata fuerit aqua mittat me i
piscinā.Dū venio.n.ego.alius ante me de B
scēdit.Dicit ei ihesus.Surge tolle grabatū math.9.a
tuū z ābula.Et stati san9 fact9 ē hō ille.Et su mar.2.a
stulit grabatū suū z ābulabat.Erat āt sabba Luc.5.e
tū in die illo.Dicebāt ergo iudei illi q̄ sana
tus fuerat.Sabbatū est.nō licet tibi tollere
grabatū tuū:Rn̄dit eis.Qui me sanū fecit
ille mihi dixit:tolle grabatum tuū z ābula.
Interrogauerūt ergo eū.Quis est ille hō q̄ di
xit tibi.tolle grabatū tuū z ābula. Is āt q̄ sa
nus fuerat effectus nesciebat q̄s eēt.Ihesus
eni declinauit a turba ɔstituta i loco:Po
stea inuenit eū ihesus in tēplo:z dixit illi.Ec C
ce sanus factus es iā noli peccare:ne deteri9
tibi aliq̄d ɔtingat.Abijt ille hō:z nunciauit
iudeis q2 ihesus eēt q̄ fecit eū sanū.Propte
rea psequebant iudei ihm q2 h̄ faciebat i sabba
to.Jesus āt rn̄dit eis.Pr̄ me9 vsq3 mō opat
z ego opor.Propterea ergo magis q̄rebāt eū
iudei īficere q2 nō solū soluebat sabbatū s3 z D
prēz suū dicebat deū:eq̄lē se faciens deo.Rn̄
dit itaq3 ih̄s z dixit eis.Am̄ am̄ dico vobis.n̄
pōt fili9 a se facere q̄cq̄:nisi q viderit prēm
facientez.Quecūq3.n.ille fecerit:hic z fili9 sil'r
facit.Pr̄.n.diligit filiū:z oīa demōstrat ei q̄
ipe facit:z maiora his demōstrabit ei opa vt
vos miremi.Sicut eni pr̄ suscitat mortuos z
viuificat:sic z filius quos vult viuificat.Ne
q3.n.pr̄ iudicat queq̄:sed oē iudiciuz dedit
filio vt omnes honorificent filiū sicut hono

Luc.10.c rificant patrē. Qui non honorificat filiū: nō
honorificat patrē q̄ misit illū. Amen amen
dico vobis q2 qui v̄bū meū audit ⁊ credit ei
q̄ misit me. hʒ vitā eternā. Et in iudiciū nō ve
nit: sed transiet a morte in vitā. Amē amē di
co vobis: q2 venit hora ⁊ nūc ē qn̄ mortui au
E diēt vocē filij dei ⁊ q̄ audierit viuēt. Sicut. n.
pr̄ hʒ vitā in semetipso. sic dedit ⁊ filio hēre
vitā in semetipso. Et ptātē dedit ei iudicium
facere: q2 filius hoīs ē. Nolite mirari hoc q2
venit hora i q̄ oēs q̄ in monumētꝭ sūt audiēt
mat.25.d vocē filij dei. ⁊ ꝓcedent q̄ bōa fecerūt: i resur
rectionē vite: qui v̄o mala egerūt. in resurre
ctionē iudicij. Nō possū ego a meipso facere
j.6.d q̄cq̄ʒ. Sicut audio iudico. ⁊ iudiciū meū iu-
stū est: q2 nō q̄ro voluntatē meā sed volūta-
tē eius q̄ misit me. Si ego testioniū ꝑhibeo
j.8.c de meipso: testimoniū meū non ē verū. Ali
us ē q̄ testioniū ꝑhibet de me: ⁊ scio quia ue
s.1.c rū ē testioniū ei⁹ qd̄ ꝑhibet de me. Uos misi
stis ad ioannē: ⁊ testimoniū ꝑhibuit v̄itati.
F Ego āt nō ab hoie testimoniū accipio: sʒ h̄ di
co vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens
⁊ lucēs. Uos autem voluistis ad horam exul
tare i luce ei⁹ Ego autē habeo testioniū ma
j.14.d. ius ioāne. Opa eni q̄ d̄dit mihi pater ut ꝑfi
ciam ea ipsa opera q̄ ego facio testioniū ꝑhi
j.8.c bēt d̄ me: quia pr̄ misit me. Et q̄ misit me pr̄
ipse testimoniū ꝑhibuit de me. Neq̄ʒ vocem
eius vnq̄ʒ audistis. neq̄ʒ spēm ei⁹ vidistis. Et
v̄bū ei⁹ nō habetꝭ i vobis manēs q2 quē mi
sit ille huic vos non creditꝭ. Scrutamini scri
pturas: q2 vos putatꝭ in ipsis vitam eternam
G hr̄e. Et ille sunt que testimoniū ꝑhibēt d̄ me
⁊ non vultꝭ venire ad me vt vitam habeatis
Claritatē ab hoib⁹ non accipio: sed cognoui
uos: q2 dilectionē dei nō habetꝭ i uobis. Ego
uēi i noīe pr̄is mei ⁊ nō accepistꝭ me. Si ali⁹
venerit in noīe suo illū accipietis. Quō vos
potestis credere q̄ gloriā ab inuicē accipitis
⁊ gloriā q̄ a solo deo est nō q̄ritis. Nolite pu
tare q2 ego accusaturus sū vos apud patreʒ
Est q̄ accusat vos: moyses in quo vos speratꝭ
Si. n. crederetꝭ moysi: crederetꝭ forsitan ⁊ mi-
hi. De me. n. ille. scripsit. Si āt illius litteris
non creditis. quō verbis meis credetis. VI
A Post h̄ abijt iesus trās mare galilee
qd̄ est tyberiadis. Et seq̄bat euʒ mul
titudo magna: quia videbant signa
mat.14.b que faciebat super his qui infirmabant. Su
Luc.9.b bijt ergo in montem iesus: ⁊ ibi sedebat cum
discipulis suis. Erat āt proximum pasca dies
mat.14.b festus iudeorum. Cum subleuasset ergo ocu
mar.6.e los iesus ⁊ vidisset quia multitudo maxima
Luce.9.b venit ad eū. dicit ad philippum Unde eme
mus panes vt mādu cent hi? Hoc āt dicebat
tentās euʒ. Ipse. n. sciebat q̄d esset facturus
Rn̄dit ei philippus. Ducentoꝝ denarioruʒ
panes nō sufficiunt eis: vt vnusq̄sq̄ʒ modicuʒ
q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius
andreas frater symonis petri. Est puer vnus mat.14.b
hic q̄ hʒ q̄nq̄ʒ pāes ordeaceos ⁊ duos pisces mar.6.e
Sed h̄ q̄d sī iter tātos? Dicit ergo ih̄s. Facite Luc.9.b
hoies discūberē. Erat āt fenū multū i loco. Dis B
cubuerunt ergo viri numero q̄si q̄nq̄ʒ milia. mat.14.b
Accepit ergo ih̄s panes. ⁊ cū gr̄as egisset: di mar.6.e
stribuit discumbentib⁹. Silr̄ ⁊ ex piscib⁹ quā Luc.9.b
tū volebant. vt āt ipleti sunt: dixit discipulis
suis. Colligite q̄ supauerunt fragmenta ne
ꝑeant. Collegerūt ergo: ⁊ ipleuerunt duode
cim cophinos fragmentoꝝ ex q̄nq̄ʒ panibus
ordeaceis ⁊ duob⁹ piscib⁹: q̄ supfuerunt his
q̄ manducauerāt. Illi ergo hoies cū vidissēt
qd̄ ih̄s fecerat signū dicebant. Q2 hic est ve-
re ꝓpha q̄ venturus est in mundū. Ih̄s ergo
cū cognouisset q2 venturi essent vt raperēt eū
⁊ facerent eū regem: fugit iteꝝ in monteʒ ip mat.14.c
se solus. Ut āt sero factū est: descenderūt di- mar.6.f
scipuli eius ad mare. Et cū ascēdissent naui Luc.6.b
venerunt trās mare i capharnaū. Et tenebre
iā facte erant: ⁊ nō venerat ad eos ih̄s. Ma-
re āt vento magno flante exurgebat. Cū re-
migassent ergo q̄si stadia vigintiq̄nq̄ʒ aut tri mat.14.c
ginta. vident ih̄m ābulantē supra mare. ⁊ ꝓ mar.6.g
ximū naui fieri ⁊ timuerunt. Ille āt dicit eis C
Ego sū. nolite timere. Uoluerūt ergo accipe
eū in naui. ⁊ stati nauis fuit ad terrā quā ibāt
Altera die turba q̄ stabat trās mare vidit q2
nauicl'a alia nō erat ibi nisi vna. ⁊ q2 n̄ introis
set cū discipulis suis ih̄s in naui: sed soli disci
puli eius abijssent. Alie v̄o superuenerunt na
ues a tyberiade iuxta locū vbi manducaue-
rant panē: gr̄as agentes deo. Cū ergo vidis-
set turba q2 ih̄s nō esset ibi neq̄ʒ discipuli ei⁹
ascenderūt i nauiculas. ⁊ venerūt capharnaūʒ
q̄rentes ih̄m. Et cū iuenissent eū trans mare
dixerunt ei. Rabbi. qn̄ huc venisti. Rn̄dit
ei ih̄s ⁊ dixit. Amen amen dico vobis q̄ritis
me: nō q2 vidistis signa. sed q2 manducastis
ex pāib⁹ ⁊ saturati estis. Opami nō cibū qui
perit sed q̄ ꝑmanet i vitā eternā quē fili⁹ hoīs
dabit vobis. Hunc. n. pr̄ signauit de⁹. Dixe-
runt ergo ad eū. Quid faciemus vt opemur D
opa dei? Rn̄dit ih̄s: ⁊ dixit eis. Hoc est opus
dei vt credatis in eū quem misit ille. Dixit er mat.16
go ei. Qd̄ ergo tu facis signū vt videam⁹ ⁊ mar.8
credamus tibi. Quid oparis. Patres nostri
manducauerunt manna i deserto: sicut scri-
ptū est. Panē d̄ celo d̄dit eis mādu care. Di Ps.7
xit ergo eis ih̄s. Amē amē dico vobis n̄ moy Sap.

fes dedit vobis panem de celo sʒ pater meꝰ
dat vobis panem de celo verum. Panis.n.
verus est q̄ de celo descendit. ⁊ dat vitā mun
do. Dixerunt ergo ad eū. Dñe sp da nobis
ath.26.c panē hūc. Dixit āt eis ihesus. Ego sū pāis
ar.14.c vite. Qui venit ad me nō esuriet: ⁊ q̄ credit i
uc.22.b me nō sitiet in eternū. Sʒ dixi vobis: q2 ⁊ vidi-
3.a stis me ⁊ nō credidistis. Oē qd dat mihi pr̄
ath.26.d ad me veniet: ⁊ eū q̄ venit ad me nō eiiciā fo
ar.14.d ras: q2 descendi de celo nō vt faciā volūtatē
uc.22.e meā: sʒ volūtatē eiꝰ q̄ misit me. Hec ē.n.vo-
5.e lūtas eius q̄ misit me pr̄is. vt oē qd dedit mi
hi nō pdā ex eo: sʒ resuscitē illud i nouissimo
die: hec ē āt volūtas pr̄is mei q̄ misit me: vt
E ois q̄ videt filiū ⁊ credit in eū hēat vitā eternā
⁊ ego resuscitabo eū in nouissimo die. Mur
murabant ergo iudei de illo: q2 dixisset: ego
sū panis viuꝰ q̄ de celo descendi. Et dicebāt
ar.13.d Nōne hic ē filiꝰ ioseph cuiꝰ nos nouimꝰ pa
ar.6.a trē ⁊ matrē? Quō ergo dicit hic: q2 de celo
uc.4.d descēdi. Rñdit ergo ihesus ⁊ dixit eis. Noli
7.b te murmurare in inuicē. Nemo pōt venire
ad me nisi pat̄ q̄ misit me traxerit eū: ⁊ ego
resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptum
in ꝓphetis: Erūt oēs docibiles dei. Ois qui
at.11.d audiuit a pr̄e ⁊ didicit venit ad me. Non q2
uc.10.d. pr̄em vidit q̄sq̄. nisi is q̄ est a deo: hic vidit
patrem. Amen amen dico vobis q̄ credit in
s. eo. me hʒ vitā eternā. Ego sū panis vite. Pr̄es
vr̄i māducauerūt manna i deserto: ⁊ mortui
sunt. Hic ē panis de celo descēdēs: vt si q̄s
ex ipso māducauerit nō moriat̄. Ego sū pa-
nis viuus q̄ de celo descendi. Si quis mādu
cauerit ex hoc pane viuet in eternū. Et panis
quē ego dabo caro mea est ꝓ mūdi vita. Li
F tigabāt ergo iudei adinuicē dicētes. Quō
pōt hic nobis carnē suā dar̄ ad māducandū
Dixit ergo eis ihs. Amē amē dico vobis nisi
māducaueritis carnē filij hois ⁊ biberitis eiꝰ
cor.11.g sanguinē nō hēbitis vitā i vobis. Qui mādu-
cat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē hʒ vitā
s.eo. eternā: ⁊ ego resuscitabo eū i nouissimo die. Ca
ro.n.mea vere ē cibꝰ ⁊ sanguis meꝰ vere ē po-
tus. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū
sāguinē i me manet ⁊ ego i illo: Sicut misit
me viuēs pr̄ ⁊ ego viuo pp̄ prēʒ: ⁊ q̄ mādu-
cat me ⁊ ipe viuet ꝓpter me. Hic ē panis q̄ d
celo descēdit. Nō sicut māducauerūt pr̄es vr̄i
māna ⁊ mortui sūt. Qui manducat hūc pa-
nē viuet in eternū. Hec dixit i synagoga docēs
in capharnaū. Multi ergo audiētes ex disci
pulis eius dixerūt. Durꝰ ē hic sermo: Et q̄s pōt
G eū audire? Sciēs āt ihs apd semetipsū quia
h.26.f murmurarēt d hoc discipli eis: dixit eis. Hoc
.14.g vos scādalizat? Si ergo videritis filiū hois

ascēdentē vbi erat prius. Spūs ē q̄ viuificat: Luc.22.g
caro nō ꝓdest q̄cq̄. Verba q̄ ego locutꝰ sū math.26.d
vobis. Spūs ⁊ vita sunt. Sʒ sunt q̄dā ex vo math.14.d
bis q̄ nō credūt. Sciebat.n. ab initio ihs qui
eēnt credētes: ⁊ quis traditurꝰ eēt eū. Et di-
cebat. Propterea dixi vobis. q2 nemo pōt ve-
nire ad me nisi fuerit ei datum a pr̄e meo: Ex
hoc multi discipuloꝝ eiꝰ abierūt retro ⁊ iā nō
cū illo ambulabāt. Dixit ergo ihs ad duode
cim. Nunq̄d ⁊ vos vultis abire. Rñdit er-
go ei symon petrꝰ. Dñe ad quē ibimꝰ. Ver- math.16.c
ba vite eterne hēs. Et nos credimus ⁊ cogno-
uimus q2 tu es xp̄s filius dei. Rñdit eis ihs
Nōne ego vos duodeci elegi. ⁊ ex vobis vnꝰ
diabolus est. Dicebāt aūt d iuda symōis sca-
riothis. Hic.n. erat traditurus eū cum esset
vnꝰ ex duodecim.

VII

Post hec aūt ambulabat iesus in ga- A
lileā. Nō.n. volebat i iudeā ambu-
lare: q2 q̄rebant eum iudei iterficere
Erat aūt i ꝓximo dies festus iudeoꝝ sceno-
phegia. Dixerūt aūt ad eū frēs eius. Transi
hinc: ⁊ vade in iudeā: vt ⁊ discipuli tui vide
ant opa tua q̄ facis. Nemo q̄ppe in occulto
q̄d facit. ⁊ q̄rit ipe i palā eē. Si hec facis: ma
nifesta teipm mūdo. Neq3.n. frēs eius crede
bant i eū. Dicit eis ergo ihesus. Tps meum
nōdū aduēit: tps aūt vestrū sp ē patū. Non
pōt mūdus odisse vos. Me aūt odit: q2 ego
testimoniū phibeo d illo q2 opa eiꝰ mala sūt
Vos ascēdite ad diē festū hunc. Ego.n. non
ascēdam ad diē festū istū: q2 meū tps nōdū
ipletū ē. Hec cū dixisset ipe mansit in galilea
Ut āt ascēderūt frēs eiꝰ: tūc ⁊ ipe ascēdit ad B
diē festū nō manifeste: sʒ q̄si i occulto. Judei er s.6.c
go q̄rebāt eum in die festo. ⁊ dicebāt. Ubi ē
ille. Et murmur multus erat in turba de eo.
Quidā eni dicebant q2 bonꝰ ē: alij aūt dice
bāt n̄ sʒ seducit turbas. Nemo tn̄ palā loq̄ba
tur d illo pp̄ metū iudeoꝝ. Jam aūt die festo
mediāte ascēdit ihesus i tēplū ⁊ docebat. Et
mirabant̄ iudei dicētes. Quō hic lr̄as scit cū
non didicerit. Rñdit eis iesus. ⁊ dixit. Mea
doctrina nō ē mea: sʒ eiꝰ q̄ misit me. Si quis
voluerit volūtatē eiꝰ facere: cognoscet de do
ctria vtrū ex deo sit: an ego a meipo loquar.
Qui a semetipso loquit̄ gl'iā ꝓpā q̄rit. Qui C
āt q̄rit gloriā eiꝰ q̄ misit eū. h verax ē. ⁊ iniu
sticia i illo nō ē. Nōne moyses dedit vobis le
gē. Et nemo ex vobis facit legē. Quid me q̄
ritis interficer̄. Rñdit turba ⁊ dixit. Demoniū
hēs. Quis te q̄rit iterficere. Rñdit ihs ⁊ di- j.8.g
xit eis. Unū opꝰ feci ⁊ oēs miramini. Pro-
pterea moyses dedit vobis circūcisionē: non
q2 ex moyse est sʒ ex pr̄ibꝰ. Et i sabbato circū

ciditis hoiem. Si circūcisionē accipit hō in
sabbato vt nō soluat lex moysi mihi indigna
Deu.1.c mini q2 totū hoiem sanū feci i sabbato? No-
D lite iudicare sz faciē sed iustū iudiciū iudica
te. Dicebāt ergo qdā ex hierosolymis. Nōne
h ē quē qrūt iṫficere? Ecce palā loqt. ⁊ nihil
ei dicūt. Nūqd ṽe cognouerūt pncipes q2 h
est xps? Sed hūc scim⁹ vnde sit: xps āt cū ve
mat.11.d nerit nemo scit vnde sit. Clamabat g⁹ ihs in
Lu.10.d téplo docens ⁊ dicens. Et me scit ⁊ vnde sim
J.8.d.e scit. ⁊ a meipso nō veni: sed ē verus qui misit
J.8.g me quē vos nescitis. Ego scio eum. ⁊ si dixe-
ro q2 nescio eū. ero silis vobis mendax. Sed
mat.21.d scio eū. q2 ab ipso sū: ⁊ ipse me misit. Quere-
mar.11.c.⁊ bant ergo eū apphēdere. ⁊ nemo misit i illuz
12.a manus: q2 nōdū venerat hora ei⁹. De turba
Luc.19.g āt multi crediderūt in eū. Et dicebant. Xps
20.c.⁊.22.c cū venerit: nūqd plura signa faciet q̄z que h
E facit. Audierunt pharisei turbā murmuran-
tem de illo h. ⁊ miserunt pricipes ⁊ pharisei
mīstros vt apphēderēt ihz. dixit ergo eis ihs
Adhuc modicū tps vobiscū sum: ⁊ vado ad
J.13.d. eū q me misit. Querit me ⁊ nō inuenietis: ⁊
vbi ego sū vos non potestis venire. Dixerūt
g⁹ iudei ad semetipsos. Quo h itur⁹ ē q2 non
inueniem⁹ eū: nūqd in dispsionē gentiū itu-
rus est ⁊ docturus gētes. Quis ē h smo quē
dixit. qretis me ⁊ nō inuenietis. ⁊ vbi sum ego
vos non potestis venire. In nouissimo autez
die magno festiuitatis stabat ihs ⁊ clamabat
F dicens. Si qs sitit: vēiat ad me ⁊ bibat. Qui
s.Joh.4.c credit in me sicut dicit scriptura: flumina de
ventre eius fluent aq viue. Hoc āt dixit de
spū quē accepturi erāt credentes in euz. Nō
dū.n. erat spūs datus. q2 ihs nondū erat glo
rificatus. Ex illa ergo turba cuz audissēt hos
sermones eius dicebant. Hic est vere pphe-
mat.2.a ta. Alij dicebant. Hic est xps. Quidam autē
dicebant. nunqd a galilea venit xps. Nonne
michee.5.a. scriptura dicit q2 ex semine dd ⁊ de bethleez
s.eo.d castello vbi erat dd venit xps. Dissensio ita-
G q̄z facta est i turba pp eū. Quidā autem ex
ipsis volebant apphendere eū: sed nemo mi
sit sup eū manus. Venerūt ergo mīstri ad pō
tifices ⁊ phariseos. ⁊ dixerūt eis illi. Quare
non adduxistis illū? Rūderunt mīstri. Nun
q̄ sic locutus ē hō: sicut h loqt. Rūderūt er-
go eis pharisei. Nūquid ⁊ vos seducti estis
Nūqd ex pncipib⁹ aliqs credidit i eū: aut ex
phariseis. Sed turba h q nō nouit legē: ma
s.a.J.19.g ledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos. ille q
venit ad eū nocte: q vnus erat ex ipsis. Nun
qd lex nr̄a iudicat hoiem nisi prius audierit
ab ipso ⁊ cognouerit qd faciat. Rūderūt ⁊
s.5.f. dixerunt ei. Nunqd ⁊ tu galileus es. Scru-
tare scripturas ⁊ vide: q2 a galilea ppheta nō
surgit. Et reuersi sūt vnusqsq3 i domū suā. VIII
Iesus āt perrexit in montē oliueti: ⁊ A
diluculo iterū vēit in téplū. ⁊ ois ppls Luc.21.g
venit ad eū: ⁊ sedēs docebat eos. Ad
ducunt āt scribe ⁊ pharisei mulierē in adul-
terio deprehēsam. ⁊ statuerunt eā in medio
⁊ dixerunt ei. Magister: h mulier mō depre
hensa ē i adulterio. In lege āt moyses māda Leui.20.b
uit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo qd
dicis. Hoc āt dicebant tentantes eum: vt pos
sent accusare eū. Ihs āt inclinans se deorsuz
digito scribebat in terrā. Cū ergo pseuerarēt
interrogantes erexit se. ⁊ dixit eis. Qui sine
pccō est vr̄m primus in illā lapidē mittat. ⁊
iterū se inclinans scribebat in terra. Audien-
tes āt h vnus post vnū exibant icipientes a
senioribus. ⁊ remansit solus ihs. ⁊ mulier i
medio stans. Erigens āt se ihs dixit ei. Mu- B
lier. vbi sunt q te accusabant. Nemo te cōden
nauit. Que dixit. nēo dn̄e. Dixit āt ihs. nec
ego te cōdēnabo. Vade ⁊ iā ampli⁹ noli pec-
care. Iterū ergo locutus ē eis ihs dicēs. Ego J.9.a
sū lux mūdi. Qui seqtur me non ambulat in ⁊.J.12.g
tenebris sed hēbit lumē vite. dixerunt ergo
ei pharisei. Tu de teipso testioniū phibes te-
stimoniū tuū nō ē verū. Rūdit ihs ⁊ dixit eis
Et si ego testioniū phibeo de meipso verū ē te
stimoniū meū: q2 scio vnde veni: ⁊ quo vado
Vos āt nescit vn̄ venio. aut q vado. Vos se-
cundū carnē iudicat: ego nō iudico quenq̄z C
Et si iudico ego: iudiciū meū verū ē. q2 solus Deu.7.
non sū: sed ego ⁊ q misit me pr̄. Et i lege vr̄a mat.18.b
scriptū ē: q2 duorū hoium testimoniū verū est. 2.Cor.13.
Ego sū q testimoniū phibeo de me ipso: ⁊ te s.5.f.
stimoniū phibet de me q misit me pr̄. Dice- mat.11.d
bāt ergo ei. Vbi ē pr̄ tuus. Rūdit ihs. Neq3 Lu.10.d
me scitis neq3 prēm meū. Si me sciretis for s.7.d
sitan ⁊ prēm meū sciretis. Hec vba locut⁹ est mat.11.d
ihs in gazophylatio. docēs i templo. Et nēo mar.11.c
apphendit eū: q2 necdum venerat hora eius 12.a
Dixit ergo iterū eis ihs. Ego vado ⁊ qretis Luc.19.
me: ⁊ in pccō vr̄o moriemi. Quo ego vado ⁊.20.g.⁊
vos non potestis venire. Dicebant ergo iu- 22.a.s.7
dei. Nunqd interficiet semetipsū: q2 dicit quo
ego vado vos nō potestis vēire. Et dicebat
eis. Vos deorsū estis: ego de supius sū. Vos
d mundo hoc estis. ego non sū d hoc mūdo
Dixi ergo vobis: q2 moriemi i pccis vr̄is. Si
n.ñ credideritis q2 ego sū: moriemi i pccō ve
stro. dicebāt ergo ei. Tu qs es. dicit eis ihus
Principiū q ⁊ loqr vobis. Multa hēo devo D
bis loq ⁊ iudicare. sed q me misit verax est. ⁊ s.7.d.
ego q audiui ab eo h loquor i mundo. Et nō Ro.3.
cognouerunt q2 patrē ei⁹ dicebat deū. Dixit

ð.3.b ergo eis ihs. Cũ exultaueritis filium hoīs. tūc
J.12.e cognoſcetis q2 ego ſum: ⁊ a meipſo facio nihil
ſed ſicut docuit me pr̃ h loq̃r. Et q̃ me miſit.
mecū ē: ⁊ nõ reliq̇t me ſolū: q2 ego q̃ placita
ſunt ei facio ſp. Hec illo loquēte multi credi
derūt in eū. Dicebat ergo ieſus ad eos q̃ cre
diderūt ei iudeos. Si vos māſeritis in ſmõe
meo. vere diſcipuli mei eritis. ⁊ cognoſcetis
veritatē. ⁊ veritas liberabit vos. Rñderūt ei.
Semen abrahe ſumus ⁊ nemini ſuiuim⁹ vn
q̃. Quō tu dicis. liberi eritis? Rñdit eis ieſus
Amē amē dico vobis q2 oīs q̃ facit pecm̃ ſer
Ro.6.d uus ē pcci. Seru⁹ āt nõ māet in domo i etnū
Pe.2.d Filius aūt māet in etnū. Si ergo vos fili⁹ li
E berauerit: vere liberi eritis. Scio q2 filij abra
he eſtis. ſed q̃ritis me interficere. q2 ſmo meus
nõ capit in vobis. Ego qđ vidi apđ pr̃em lo
quor: ⁊ vos que vidiſtis apud patrem vr̃m
facitis. Rñderūt ⁊ dixerūt ei. Pr̃ nr̃ abrahā ē
Dicit eis ihs. Si filij abrahe eſtis. opa abra
he facite. Nūc āt q̃ritis me interficere: hoīem q̃
vitatē vobis locutus ſum quā audiui a deo.
Hoc abrahā nõ fecit. Vos facitis opa pr̃is vr̃i
Dixerūt itaq3 ei. Nos ex fornicatōe nõ ſum⁹
nati. Unū patrē hēmus deū. Dixit ergo eis
ihs. Si de⁹ pr̃ veſter eēt: diligeretis vtiq3 me.
Ego. n. ex đo pceſſi ⁊ veni. Neq3. n. a meipo
veni ſ3 ille me miſit. Quare loq̃llā meā nõ co
gnoſcitis. Q2 nõ poteſtis audire ſmonē meū
Joh.3.b Vos ex pr̃e diabolo eſtis. ⁊ deſideria pr̃is
F vr̃i vultis facere. Ille homicida erat ab initio
⁊ i vitate nõ ſtetit: q2 nõ eſt vitas in eo. Cū
loquitur mendacium. ex proprijs loquit: q2
mēdax ē ⁊ pr̃ eius. Ego āt ſi vitatē dico nõ
creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de
pccō. Si vitatē dico: q̃re non creditis mihi.
Joh.4.a Qui ex deo eſt: verba dei audit. Propterea
vos nõ auditis: q2 ex deo ñ eſtis. Rñderunt
S.7.c ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Nõne bñ dicim⁹ nos
J.10.d q2 ſamaritan⁹ es tu. ⁊ demoniū habes. Rñ
dit ihs. Ego demoniū nõ habeo ſed honori
fico patrē meū ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego
āt nõ q̃ro gloriā meā. Eſt q̃ q̃rat. ⁊ iudicet.
Amē amē dico vobis: ſi q̇s ſmonē meū ſer
uauerit: mortē nõ videbit in etnū. Dixerūt
ergo iudei. Nunc cognouim⁹ q2 demoniū
G habes. Abrahā mortu⁹ eſt ⁊ pphe: ⁊ tu di
cis: ſi q̇s ſmonem meū ſeruauerit: nõ guſta
bit mortē i etnū. Nūq̇d tu maior es pr̃e no
ſtro abraam q̃ mortu⁹ ē. Et pphete mortui
ſūt. Quē teipz facis. Rñdit ihs. Si ego glĩ
fico meipm: glĩa mea nihil ē. Eſt pr̃ me⁹ qui
glĩficat me. quē vos dicitis: q2 de⁹ nr̃ eſt ⁊ ñ
S.7.d cognouiſtis eū. Ego aūt noui eū: ⁊ ſi dixero
q2 non ſcio eū. ero ſilis vobis mendax. Sed
ſcio eū. ⁊ ſermonē ei⁹ ſeruo. Abrahā pr̃ ve
ſter exultauit vt videret diē meū: vidit: ⁊ ga
uiſus ē. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinq̃
ginta ānos nõdū hēs ⁊ abrahā vidiſti. Di
xit eis ieſus. Amen amen dico vobis: anteq̃
abrahā fieret ego ſum: Tulerūt ergo lapides
vt iacerent in eum. Jheſus autem abſcōdit
ſe ⁊ exiuit de templo. IX
A Et pteriens ihs vidit hoīem cecū a na
tiuitate: ⁊ interrogauerūt eū diſcipli
eius. Rabbi q̇s peccauit. hic aut parētes ei⁹
vt cecus naſceret. Rñdit ieſus. Neq3 h pec
cauit. neq3 parentes eius: ſ3 vt manifeſtētur
opa dei in illo. Me opz opari opa eius qui
miſit me: donec dies ē. Venit nox qñ nemo
pōt opari. Quādiu ſum in mūdo. lux ſum mū S.8.b
di. Hoc cū dixiſſet expuit in terrā ⁊ fecit lutū J.12.g
ex ſputo. ⁊ liniuit lutū ſup oculos eius ⁊ di
B xit ei. Vade laua in natatoria ſyloe: qđ interp
taē miſſus: Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns
Itaq3 vicini ⁊ q̃ viderāt eū prius quia men
dicus erat. dicebāt. Nõne h eſt q̃ ſedebat ⁊
mendicabat. Alij dicebāt q2 hic ē. alij āt neq̃
q̃. ſ3 ſilis ē ei⁹. Ille vo dicebat q2 ego ſū. Di
cebāt ergo ei. Quō apti ſūt tibi ocli. Rñdit
Ille hō q̃ dr̃ ieſus lutū fecit: ⁊ vnxit oculos
meos ⁊ dixit mihi: Vade ad natatoria ſyloe
⁊ laua. Et abij ⁊ laui. ⁊ video. Et dixerūt ei.
C Ubi ē ille. Ait. Neſcio. Adducūt eū ad pha
riſeos q̃. cecus fuerat. Erat āt ſabbatū qñ lu
tū fecit ihs ⁊ apuit oclos eius. Iterū ergo in
terrogabant eū phariſei quō vidiſſet. Ille āt
dixit eis. Lutum mihi poſuit ſuper oculos ⁊
laui ⁊ video. Dicebant ergo ex phariſeis q̃
dam. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatū
non cuſtodit. Alij āt dicebant. Quō pōt ho
mo peccator hec ſigna facere. Et ſciſma erat
inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu q̇d
D dicis de illo qui aperuit oculos tuos. Ille āt
dixit. q2 ppheta eſt: Non crediderunt ergo
iudei de illo q2 cecus fuiſſet ⁊ vidiſſet: donec
vocauerūt pentes eius qui viderat: ⁊ inter
rogauerūt eos dicentes. Hic eſt filius veſter
quem vos dicitis q2 cecus natus eſt. Quō
ergo nunc videt. Rñderūt eis pentes eius.
⁊ dixerūt. Scimus q2 hic eſt filius nr̃. ⁊ quia
cecus natus eſt: Quō aūt nunc videat neſci
mus: aut q̇s eius apuit oculos nos neſcim⁹
E Ipſum interrogate. Etatē habet ipſe de ſe lo
quat. Hec dixerūt pentes eius qm̃ timebāt
iudeos: Jam eni ꝯſpirauerāt iudei: vt ſi quis
eum ꝯfiteret eſſe xp̃m: extra ſynagogā fieret.
Propterea parentes eius dixerūt. quia eta
tem habet ipſum interrogate. Vocauerunt
ergo rurſum hominem qui fuerat cecus

Josue.7.c. ꝛ dixerūt ei. Da gloriaꝫ deo. Nos scimus qꝛ
hic hō pccōr est. Dixit ergo eis ille. Si pecca
tor ē nescio. vnum scio qꝛ cecus cum essē mō
video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi. Quō
apuit tibi oculos. Rn̄dit eis. Dixi vobis iā
ꝛ audistis. Quid iterum vultis audire. Nū
q̇d ꝛ vos vultis discipuli eius fieri? Maledi
xerunt ergo ei: ꝛ dixerūt. Tu discipulus illi⁹
F sis. nos aūt moysi discipuli sum⁹. Nos scimus
qꝛ moysi locut⁹ ē deus hunc aūt nescimus vn̄
sit. Rn̄dit ille hō: ꝛ dixit eis. In hoc.n. mira
bile est qꝛ vos nescitꝭ vn̄ sit: ꝛ apuit meos ocu
los. Scimus aūt qꝛ pccōres de⁹ non audit sꝫ
si q̇s dei cultor ē ꝛ volūtatem eius facit. hunc
J.ii.e exaudit. A seculo non ē auditū: qꝛ quis apuit
oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō pote
rat facere quicꝗ̄. Rn̄derunt ꝛ dixerūt ei. In
pccis nat⁹ es totus: ꝛ tu doces nos. Et eiece
rūt eū foras. Audiuit iesus qꝛ eiecerūt eū fo
G ras: ꝛ cū inuenisset eum dixit ei. Tu credis in
filiū dei. Rn̄dit ille ꝛ dixit. Quis est dn̄e vt
credā in eum. Et dixit ei iesus. Et vidisti eum
ꝛ qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Cre
do domine. Et procidēs adorauit eum. Et di
xit ei iesus. In iudicium ego in hunc mundū
veni: vt qui nō vident videant: ꝛ qui vidēt ce
ci fiant. Et audierunt quidā ex phariseis q̇ cū
ipso erāt: ꝛ dixerūt ei. Nūq̇d ꝛ nos ceci sum⁹
Dixit eis ih̄s. Si ceci essetis nō haberetꝭ pec
catū. Nunc vero dicitis qꝛ videmus: pecca
tum vestrum manet. X
A AMen amē dico vobis q̇ nō itrat per
ostiū i ouile ouiū sꝫ ascēdit aliunde.
ille fur ē ꝛ latro. Qui aūt intrat per
ostiuꝫ pastor ē ouiū. Huic ostiarius aperit: et
oues vocē ei⁹ audiūt. Et ꝓprias oues vocat
noīati ꝛ educit eas. Et cū ꝓprias oues emise
rit an̄ eas vadit: ꝛ oues illum sequunt̄ qꝛ sci
unt vocem eius. Alienū aūt nō sequūt̄: sꝫ effu
giunt ab eo: qꝛ nō nouerūt vocē alieꝝ. Hoc
ꝓuerbiū dixit eis iesus. Illi aūt nō cognoue
B runt q̇d loq̄ret̄ eis. Dixit ergo eis iterū ih̄s
Am̄ amē dico vobis: qꝛ ego sum ostiū ouiuꝫ.
Oēs q̇tq̇t venerūt fures sūt ꝛ latrōes: sꝫ n̄ au
dierūt eos oues. Ego sum ostium. Per me si
q̇s introierit saluabit̄: ꝛ ingrediet̄ ꝛ egredie
tur: ꝛ pascua iueniet. Fur nō venit nisi vt fu
ret̄: ꝛ mactet ꝛ ꝑdat. Ego vēi vt vitam habe
ant: ꝛ abūdantius habeant. Ego sū pastor bo
Joā.3.d nus. Bon⁹ pastor aīam suā dat ꝓ ouib⁹ suis
Mercenari⁹ āt ꝛ q̇ nō ē pastor cuius non sūt
C oues ꝓprie videt lupū venientem ꝛ dimittit
oues ꝛ fugit: ꝛ lupus rapit ꝛ dispergit oues
Mercenari⁹ āt fugit: qꝛ mercenarius ē: ꝛ n̄ ꝑ
tinet ad eū de ouib⁹. Ego sum pastor bonus
ꝛ cognosco oues meas: ꝛ cognoscūt me mee
Sicut nouit me pr̄: ꝛ ego agnosco patrem: ꝛ mat.11.
aīam meā pono ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues Luc.10.d.
habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet mat.20.d.
me adducere ꝛ vocē meā audiēt. ꝛ fiat vnum mar.10.d.
ouile ꝛ vn⁹ pastor. Propterea me pr̄ diligit D
qꝛ ego pono aīam meā vt iterū sumā eaꝫ. Ne
mo tollit eā a me: sꝫ ego pono eam a meipso
Ptātē habeo ponēdi eā ꝛ ptātē habeo iterū
sumēdi eā. Hoc mandatū accepi a pr̄e meo.
Dissensio iterū fcā ē inter iudeos ꝓꝑ sermo
nes hos. Dicebāt aūt multi ex ipsis. Demo
niū hꝫ ꝛ isanit. Quid eū auditis? Alij dicebāt s.7.c.8.f
Hec verba nō sūt demoniū hn̄tis. Nunquid
demoniū pōt cecoꝝ oculos apire? Facta sūt āt E
encenia in hyerosolymis: ꝛ hyemis erat. Et am
bulabat iesus in templo in porticu salomōis
Circūdederūt ergo eum iudei. ꝛ dicebant ei.
Quousꝗ̄ aīam nr̄am tollis. Si tu es xp̄s dic
nobis palam? Rn̄dit eis iesus. Loq̄r vobis ꝛ
nō creditis. Opa q̄ ego facio i noīe pr̄is mei:
h̄ testimoniū ꝑhibent de me. Sꝫ vos nō cre
ditis qꝛ nō estis ex ouibus meis. Oues mee
voceꝫ meam audiunt: ꝛ ego cognosco eas: ꝛ
sequuntur me. Et ego vitā eternā do eis. ꝛ nō F
ꝑibunt i eternū: ꝛ nō rapiet eas q̇sꝗ̄ de mān
mea. Pater me⁹ q̄d dedit mihi mai⁹ oīb⁹ ē.
ꝛ nemo pōt rapere de manu pr̄is mei. Ego ꝛ
pr̄ vnū sum⁹. Sustulerūt ergo lapides iudei s.8.g
vt lapidarent eū. Rn̄dit eis ih̄s: Multa bōa
opa ostēdi vobis ex pr̄e meo. Propt̄ q̄d coꝝ
op⁹ me lapidatꝭ? Rn̄derūt ergo iudei. De bo
no ope nō lapidam⁹ te. sꝫ d̄ blasfemia: ꝛ qꝛ tu
hō cū sis: facis teipsū deum. Rn̄dit eis iesus
Nōne scriptū est i lege vr̄a: qꝛ ego dixi dij estꝭ G
Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ Ps̄.81.
est: ꝛ non pōt solui scriptura: quem pr̄ sāctifi
cauit ꝛ misit in mundū vos dicitis qꝛ blasfe
mas qꝛ dixi fili⁹ dei sū? Si nō facio opera pa
tris mei nolite credere mihi. Si autē facio: ꝛ
si mihi nō vultis credere operibus credite. vt
cognoscetis ꝛ credatis: qꝛ pr̄ in me ē: ꝛ ego i
pr̄e. Querebāt ergo eū apprehendere: ꝛ exi mat.12.b
uit de manib⁹ eoꝝ. Et abijt iterū transiorda Mar.3.a
nem i eum locū vbi erat ioānes baptizans pri
mū: ꝛ māsit illic. Et multi venerunt ad euꝫ: ꝛ
dicebāt qꝛ ioānes q̇dē signū fecit nullū. Oīa
āt q̄cūꝗ̄ dixit ioānes de hoc: vera erāt ꝛ mul
ti crediderunt in eum. XI
ERat aūt q̇dā lāguens lazar⁹ a betha A
nia de castello marie: ꝛ marthe soro
rū eius. Maria aūt erat: q̄ vnxit dn̄m
vnguēto ꝛ extersit pedes ei⁹ capillꝭ suis. cui⁹
frat̄ lazar⁹ ifirmabat̄. Miserunt ergo sorores
ei⁹ ad eū dicentes. Dn̄e ecce quē amas infir

mat. Audiēs aūt iesus dixit eis. Infirmitas
h nō ē ad mortē: sȝ ꝓ glia dei vt glorificet fi-
li⁹ dei ꝑ eā. diligebat aūt iesus marthā ⁊ soro
rē ei⁹ mariā ⁊ lazaꝝ. Ut ergo audiuit qꝛ īfir
mabat tunc quidē māsit in eodē loco duob⁹
diebus. deinde post h dicit discipulis suis. ea
mus in iudeā iteꝝ. dicūt ei discipuli. Rabbi
nūc q̄rebāt te iudei lapidare: ⁊ iteꝝ vadis il-
B luc. Rūdit iesus. Nōne duodecim sūt hore
diei? Siquis ambulauerit in die nō offendit:
qꝛ lucē huius mūdi videt. Si aūt ambulaue
rit in nocte offendit: qꝛ lux nō est in eo. Hec
ait ⁊ p⁹ h dicit eis. Lazarus amicus nr̄ dor-
mit: sed dabo vt a sōno excitē eū. dixerunt er
go discipuli eius. dn̄e si dormit saluus erit. di
xerat aūt iesus de morte eius: illi aūt putaue
rūt qꝛ de dormitione somni diceret. Tunc er
go iesus dixit eis manifeste. Lezarus mortu⁹
ē ⁊ gaudeo ꝑꝑ vos vt credatis qm̄ nō erā ibi
Sed eamus ad eum. dixit ergo thomas qui
dicitur didymus ad condiscipulos. Eamus ⁊
nos moriamur cū eo. Uenit itaqȝ iesus ⁊
inuenit eū quatuor dies iā in monumēto habē
C tē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymaȝ q̄si
stadijs quindeci. Multi aūt ex iudeis vene-
rāt ad marthā ⁊ mariā vt ꝯsolarent eas d̄ frē
suo. martha ergo vt audiuit qꝛ iesus venit oc
currit illi. maria āt domi sedebat. dixit ergo
marta ad iesū. dn̄e si fuisses hic frater meus
nō fuisset mortuus. Sȝ ⁊ nūc scio qꝛ q̄cunqȝ
poposceris a deo dabit tibi deus. dicit illi ie-
sus. Resurget frater tuus. dicit ei martha.
Scio qꝛ resurget in resurrectione in nouissi-
mo die. dicit ei iesus. Ego sū resurrectio ⁊ vi-
ta. Qui credit in me ēt si mortuus fuerit vi-
uet: ⁊ oīs q̄ viuit ⁊ credit ī me nō morietur ī
eternuȝ. Credis hoc. Ait illi. Utiqȝ dn̄e ego
D credidi: qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei q̄ ī hūc mūdū ve
nisti. Et cū hoc dixisset: abijt ⁊ vocauit mariā
sororē suā silētio dicēs. mgr̄ adest ⁊ vocauit
te. Illa vt audiuit surrexit cito. ⁊ venit ad eū
Nōdū eni venerat iesus ī castellū: sȝ erat ad-
huc ī illo loco vbi occurrerat ei martha. Ju-
dei ergo q̄ erant cum ea ī domo ⁊ ꝯsoloban
tur eā. cū vidissēt mariam qꝛ cito surrexit ⁊
exijt: secuti sunt eā dicētes. Qꝛ vadit ad mo-
numētū vt ploret ibi. maria ergo cū venisset
vbi erat iesus: videns eū: cecidit ad pedes ei⁹
⁊ dixit ei. dn̄e si fuisses hic. nō eēt mortu⁹ fra
ter meus. Jesus autem vt vidit eā plorantē ⁊
⁊ iudeos qui venerant cū ea plorantes: ifre-
E muit spū ⁊ turbauit seipsū: ⁊ dixit. Ubi posui
stis eū. dicunt ei. dn̄e veni ⁊ vide. Et lachry-
matus ē iesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō
s.9.c amabat eū. Quidā aūt ex ipsis dixerūt. non
poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere
vt h nō moreret. Jesus ergo rursū fremēs ī se
metipso venit ad monumētū. Erat āt spelun
ca ⁊ lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tolli
te lapidē. Dicit ei martha soror ei⁹ qui mor
tuus fuerat. dn̄e iā fetet: q̄triduanus ē. n. dicit
ei iesus. nōne dixi tibi qm̄ si credideris vide-
bis glīaȝ dei. Tulerūt ergo lapidē. Jesus aūt
eleuatꝫ sursū oculis dixit. Pr̄ grāe ago tibi:
qm̄ audisti me. Ego āt sciebā qꝛ semꝑ me au
dis: sȝ ꝑꝑ ppl'ꝫ q̄ circūstat dixi: vt credāt qꝛ tu
me misisti. Hec cū dixisset voce magna cla-
mauit. Lazare veni foras. Et stati ꝓdijt q̄ fue F
rat mortuus ligat⁹ man⁹ ⁊ pedes īstitꝫ: ⁊ faci
es illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus
Soluite eū ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iu-
deis qui venerant ad mariam ⁊ martham ⁊
viderant que fecit iesus crediderunt in eum.
Quidā aūt ex ipsis abierunt ad phariseos. ⁊
dixerūt eis que fecit iesus. Collegerunt ergo
pontifices ⁊ pharisei cōciliū ⁊ dicebāt. Quid
facimus? Quia hic homo multa signa facit.
Si dimittimus eum sic oēs credēt ī eū. Et ve
niēt romani ⁊ tollēt nr̄m locum ⁊ gentem.
Unus āt ex ipsis cayphas noīe: cuȝ eēt ponti
fex anni illi⁹ dixit eis. Uos nescitꝫ quicq̄ȝ nec j.18.c
cogitatꝫ: qꝛ expedit vobis vt vn⁹ moriat hō ꝓ
ppl'o ⁊ nō tota gēs pereat. Hec āt ē semetipō G
nō dixit: sȝ cū eēt pōtifex anni illius ꝓpheta
uit: qꝛ iesus moriturus erat ꝓ gēte. Et nō tm̄
ꝓ gēte: sȝ vt filios dei q̄ erāt dispsi ꝯgregaret
ī vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt iterfi- mat.12.b
cerēt euȝ. Jesus ergo iā nō palā āmbulabat a- mar.3.a
pud iudeos: sȝ abijt ī regionē iuxta desertū ī
ciuitatē q̄ dr̄ effrē: ⁊ ibi morabat cuȝ discipul'
suis. Proximū āt erat pasca iudeoꝝ ⁊ ascēde mat.26.a
rūt multi hierosolymā de regiōe an̄ pasca vt mar.14.a
sanctificarēt seipsos. Querebāt ergo iesuȝ ⁊ Luc.22.a
colloquebant adinuiceȝ in templo stantes.
Quid putatis qꝛ nō venit ad diē festū istum
Dederāt autē pōtifices ⁊ pharisei mādatuȝ
vt siquis cognouerit vbi sit indicet vt appre
hendant eum.

XII

IEsus ergo ante sex dies pasce venit A
bethaniā vbi lazarus fuerat mortu⁹ mat.26.a
quē suscitauit iesus. Fecerunt āt ei ce mar.14.a
nā ibi: ⁊ martha ministrabat: lazarus v̊o vnus
erat ex discumbētib⁹ cuȝ eo. Maria ergo ac- mat.26.a
cepit librā vnguēti nardi pistici ꝑciosi ⁊ vn- mar.14.a
xit pedes iesu: ⁊ extersit pedes eius capillis Luc.7.f.
suis ⁊ domus pleta ē ex odore vnguenti. di-
xit ergo vnus ex discipulis ei⁹ iudas scario-
this q̄ erat euȝ traditur⁹. Quare hoc vnguē
tum nō venijt trecētis denarijs ⁊ datū ē ege
nis. dixit āt hoc: non quia de egenis ꝑtinebat

ad eū:ſ; q2 fur erat.⁊ loculos hn̄s ea q̄ mit
B tebantur portabat.Dixit ergo ih̄s.Sinite il
mat.26.a lam:vt i dië ſepultare mee:ſuet illud. Pau
peres.n.ſemꝑ hébitꝭ vobiſcum me āt non ſēꝑ
hébitis. Cognouit ergo turba mlťa ex iude
is q2 illic eſt.⁊ venerunt nō ꝑꝑ ih̄m tm̄ : ſ; vt
lazaꝝ viderent quē ſuſcitauit a mortuis.Co
gitauerunt āt pricipes ſacerdotum vt ⁊ laza
rū iřficerent:q2 mlťi ꝑꝑ illum abibant ex iu-
mat.21.a deis.⁊ credebant i ihesum.In craſtinū āt tur
mar.11.a ba multa q̄ venerat ad diem feſtum:cū audiſ
Luc.19.e ſent q2 venit ih̄s hieroſolymaz. acceperunt
ramos palmarum:⁊ ꝓceſſerunt obuiam ei ⁊
clamabant. Oſanna bn̄dictus q̄ vēit i noīe
dn̄i rex iſrľ.Et iuēit ih̄s aſellum ⁊ ſedit ſuper
Eſa.62.d eū ſicut ſcriptū ē.Noli timere filia ſyon:ecce
zach.9.b rex tuus vēit ſedens ſuꝑ pullū aſine.Hec nō
mat.21.a cognouerūt diſcipľi ei⁹ ꝑmū:ſ; qn̄ glřificat⁹ ē
C ih̄s. tunc recordati ſunt q2 h̄ erāt ſcripta de
eo:⁊ h̄ fecerūt ei.Teſtimoniū ergo ꝑhibebat
turba q̄ erat cum eo qn̄ lazaꝝ vocauit d̄ mo
numento.⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Pro-
pterea ⁊ obuiam venit ei turba : q2 audierūt
eū feciſſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixerūt
ad ſemetipſos.Videtꝭ:q2 nihil ꝓficim⁹:Ecce
mund⁹ tot⁹ p⁹ euz abijt.Erāt āt q̄dā gētiles
ex his q̄ aſcenderant vt adorarēt i die feſto.
Hi ergo acceſſerunt ad philippū q̄ erat a be
thſaida galilee.⁊.rogabant eū dicētes.Dn̄e
volum⁹ ih̄z videre.Vēit philipp⁹.⁊ dicit an
dree. Andreas rurſuz ⁊ philip⁹ dixerunt ie-
D ſu.Jeſus aūt rn̄dit eis dicēs.Venit hora vt
clarificeť filius hoīs.Amē amē dico vobis ni
ſi granū frumēti cadēs i terrā mortuū fuerit
ipſū ſolū manet.Si aūt mortuū fuerit multū
mat.16.d fructum affert.Qui amat aīam ſuā perdet
mar.8.d eā.Et qui odit aīam ſuaz i hoc mundo:in vi-
L.9.c.17.a. tā eternā cuſtodit eā.Si q̄s mihi miſtrat me
ſequať.Et vbi ſū ego:illic ⁊ miſter me⁹ erit.
Si q̄s mihi miniſtrauerit honorificabit eum
mat.26.d pater meus.nunc anima mea turbata eſt.Et
mar.14.d quid dicam.Pater ſaluifica me ex hac hora
Sz ꝓpterea veni i horā hāc.Pr̄ clarifica no
mē tuuz.Venit ergo vox de celo dicens.Et
E clarificaui:et iteꝝ clarificabo. Turba ergo q̄
ſtabat ⁊ audierat.dicebat tonitruū eē factuz.
Alij autē dicebāt. Angelus ei locut⁹ ē. Rn̄-
dit ieſus ⁊ dixit.nō ꝑꝑ me h̄ uox uenit :ſ; ꝑꝑ
uos.nunc iudiciū ē mundi.nunc pɾiceps h⁹
I.3.b.⁊.8.d. mūdi eijcieť foras.Et ego ſi exaltatus fuero
a terra:oīa trahā ad meipſū.Hoc āt dicebat
ſignificās q̄ morte eēt moritur⁹.Rn̄dit ei tur
ba nos audiuim⁹ ex lege:q2 xp̄s manet in eť
num.Et quomodo tu dicis. oportet exalta-
ri filiū hoīs.Et quis eſt iſte filius hoīs . dixit
ergo eis ieſus.Adhuc modicū lumē i vobis
ē.Ambulate dū lucē hētis:vt non vos tene F
bre cōprehēdāt.Et q̄ ābulat i tenebris neſcit
quo vadat.Dum lucē hētis credite in lucez:
vt filij lucis ſitis.Hec locut⁹ eſt ih̄s:⁊ abijt:⁊
abſcōdit ſe ab eis.Cū aūt tanta ſigna feciſſet
corā eis:nō credebant in eū:vt ſermo yſaie i-
pleret quez dixit.Dn̄e quis credidit auditui Eſa.53.a
nr̄o:⁊ brachiū dn̄i cui reuelatum ē. Propte
rea nō poterāt crederē:q2 iteꝝ dixit yſaias. Ex Eſa.6.c
cecauit oculos eoꝝ ⁊ idurauit cor eoꝝ vt nō mat.13.b
videāt oculis:⁊ nō itelligāt corde: ⁊ cōuertā mar.4.d
tur ⁊ ſanē eos.Hec dixit yſaias qn̄ vidit glo mar.8.d
riā eius.⁊ locutus ē de eo.Verūtn̄ ⁊ ex prin Act.28.
cipibus multi crediderūt i eū:ſ; ꝑpter phari
ſeos nō ꝯfitebanť:vt de ſynagoga nō eijceren
tur.dilexerūt.n.glřiam hoīum magis q̄ȝ glo G
riā dei.Jeſus at clamauit ⁊ dixit.Qui credit
i me nō credit in me:ſed i eū q̄ miſit me.Et q̄
videt me:videt eū q̄ miſit me:Ego lux i mun s.8.b⁊.9.
dū veni:vt oīs q̄ credit in me:i tenebris n̄ ma
neat.Et ſiquis audierit v̄ba mea ⁊ nō cuſto-
dierit:ego nō iudico eū.Nō.n.veni vt iudicē
mūdū:ſed vt ſaluificē mūdū.Qui ſpernit me
⁊ nō accipit v̄ba mea:hz qui iudicet eū. Ser
mo quem locutus ſum:ille iudicabit eū i no
uiſſimo die.Quia ego ex meipſo nō ſum lo-
cutus:ſed qui miſit me pr̄:ipſe mihi manda
tum dedit q̄d dicā ⁊ quid loquar. Et ſcio q̄a
mādatū eius vita eterna eſt . Que ergo ego
loquor:ſicut dixit mihi pr̄ ſic loquor XIII
Ante diē feſtū paſce ſciēs ih̄s q2 venit A
hora ei⁹ vt trāſeat ex hoc mūdo ad
pr̄em:cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mū
do:i finē dilexit eos.Et cena facta cuz diabo- Luc.22.
lus iam miſiſſet in cor vt traderet euz iudas
ſymonis ſcariothis:ſciēs q2 oīa.dedit ei pr̄ in mat.11.d
manus:⁊ q2 a deo exiuit:⁊ ad deū vadit:ſur- Luc.10.
git a cena:⁊ ponit veſtimēta ſua:⁊ cum acce s.6.d
piſſet lintheum ꝓcinxit ſe.deinde miſit aquā
in peluim:⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū
⁊ extergere lintheo quo erat precinctus.Ve
nit ergo ad ſymonē petrum. Et dicit ei petr⁹
dn̄e tu mihi lauas pedes. Rn̄dit ieſus ⁊ di-
xit.Qd̄ ego facio tu neſcis modo: ſcies autē
poſtea.dicit ei petrus.Nō lauabis mihi pe-
des in eternū. Rn̄dit ei ih̄s.Si nō lauero te
nō hébis partē mecū.dicit ei ſymon petrus.
dn̄e nō tm̄ pedes meos:ſed ⁊ manus ⁊ caput B
dicit ei ih̄s.Qui lot⁹ ē:n̄ idiget niſi vt pedes
lauet:ſed ē mūd us tot⁹.Et vos mūdi eſtis
ſ; nō oēs.Sciebat eni q̄ſnā eēt q̄ traderet eū
Propterea dixit.nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ȝ
ergo lauit pedes eoꝝ:accepit veſtimēta ſua:
⁊ cū recubuiſſet iteꝝ dixit eis.Scitis quid fe
cerim vobis.Vos vocatꝭ me mgr̄ ⁊ dn̄e ⁊ bn̄

dıcitis.Sũ eteni.Si ergo ego laui pedes no
ſtros dñs ⁊ magr̄:⁊ vos debetꝭ alr̄ alterius la
uare pedes.Exẽplũ.n.dedi vobis. vt quẽad/
at.10.c modũ ego feci vobis ita ⁊ vos faciatꝭ. Amen
uc.6.f amẽ dico vobis:nõ ẽ ſu⁹ maioꝛ dño ſuo neqꝫ
apl'ꝰ maioꝛ ẽ eo q̃ miſit illũ.Si h̄ ſcitꝭ.bti eritꝭ
ſi feceritꝭ ea nõ de oibus vobis dico.Ego ſcio
quos elegeri.Sed vt adimpleatur ſcriptura
5.40. Qui mãducat mecũ panẽ leuabit ꝯ me calca
C neũ ſuũ.Amodo dico vobis priuſq̃ꝫ fiat vt cũ
.10.d. factum fuerit credatis:qꝛ ego ſum. Amẽ amẽ
c.10.c. dico vobis:q̃ accipit ſi quem miſero me acci/
pit.Qui at̃ me accipit.accipit eum q̃ me mi/
ſit.Cũ h̄ dixiſſet ih̄s turbatus ẽ ſpũ ⁊ proteſta
.26.b. tus ẽ ⁊ dixit.Amẽ amẽ dico vobis:qꝛ vnus ex
.14.b. vobis tradet me.Aſpiciebãt ergo ad inuicez
c.22.c diſcipuli:heſitãtes de q̃ diceret.Erat ergo re/
.21.f. cũbẽs vn⁹ ex diſcipulꝭ eius i ſinu ih̄u: quẽ dili
gebat ih̄s.Innuit ergo huic ſymon petr⁹ ⁊ di
xit ei.Quis ẽ de quo dicit.Itaqꝫ cũ recubuiſ
ſet ille ſupꝛa pectus ih̄u dicit ei. Dñe q̃s eſt?
Rñdit ih̄s.Ille ẽ cui ego itinctum panẽ poꝛ
rexero.Et cũ itinxiſſet panẽ dedit iude ſymo
nis ſcariothis.Et poſt bucellã itroiuit in euz
ſathanas.Et dicit ei ih̄s.Quod facis fac citi/
us.Hoc aũt nemo ſciuit diſcũbẽtiuz ad quid
dixerit ei.Quidam.n.putabãt qꝛ loculos hẽ
bat iudas q̃ dixiſſet ei ih̄s.eme ea que op⁹ ſũt
nobis ad diẽ feſtuz.aut egenis vt aliquid da/
B ret.Cũ ergo accepiſſet ille bucellã exiuit con
tinuo.Erat aũt nox.Cũ ergo exiſſet dixit ih̄s
Nũc clarificat⁹ eſt filius hoĩs.⁊ de⁹ clarifica
tus ẽ i eo.Si d̃s clarificat⁹ ẽ i eo: ⁊ de⁹ clarifi
cabit eũ i ſemetipſo ⁊ ꝯtinuo clarificabit euz.
5.7.c. Filioli:adhuc modicuz vobiſcũ ſũ.Queretis
5.8.c me:⁊ ſicut dixi iudeis q̃ ego vado vos nõ po
.2.b. teſtis venire.Et vobis dico mõ.Mandatum
nouũ do vobis:vt diligatis iuicẽ ſicut dilexi
vos:vt ⁊ vos diligatis inuicez.In hoc cogno/
ſcẽt oẽs:qꝛ diſcipuli mei eſtis:ſi dilectionem
hũeritis ad iuicẽ.Dicit ei ſymon petr⁹. Dñe
q̃ vadis.Rñdit ih̄s.Quo ego vado non po
tes me modo ſeq̃:ſeq̃ris aũt poſtea .Dicit ei
petr⁹.Quare nõ poſſũ te ſeq̃ modo.Aiaz me
am ꝓ te ponã.Rñdit ei ih̄s.Aiam tuã ꝓ me
.26.c pones.Amẽ amẽ dico tibi nõ cantabit gall⁹
.14.d. donec ter me neges XIIII

.22.c
A Et ait diſcipulis ſuis. Nõ turbetꝭ coꝛ
vr̃m.Creditis i deũ:⁊ in me credite.
In domo pr̃is mei mãſiones multe
ſũt.Si q̃ minus.dixiſſẽ vobis:qꝛ vado parare
vobis locum.Et ſi abiero ⁊ p̃parauero vobis
locũ.iterũ venio ⁊ accipiã vos ad meipſum
vt vbi ſũ ego ⁊ vos ſitis.Et quo ego vado ſci/
tis ⁊ viã ſcitꝭ.Dicit ei thomas. Dñe neſcim⁹
quo vadis.Et q̃mõ poſſumus viã ſcire. Dicit
ei ih̄s.Ego ſũ via ⁊ veritas ⁊ vita. Nẽo venit
ad pr̃em niſi p me.Si cognouiſſetis me:⁊ pa
trem meum vtiqꝫ cognouiſſetis . Et amodo
cognouiſſetis eũ.⁊ vidiſtiſ eũ.Dicit ei philip
pus.Dñe oñde vobis patrẽ:⁊ ſufficit nobis
Dicit ei ih̄s.Tanto tp̄e vobiſcũ ſũ ⁊ ñ cogno B
uiſtis me? Philippe:q̃ videt me. videt ⁊ pa/
trẽ.Q̃mõ tu dicis oñde nobis pr̃em. Nõ cre/
dis qꝛ ego i pr̃e:⁊ pr̃ i me ẽ?Verba q̃ ego lo/
quoꝛ vobis a meipſo nõ loq̃r. Patꝭ aũt in me
manẽs ip̄e facit opera. Nõ creditis quia ego
i pr̃e ⁊ patꝭ i me ẽ.Alioq̃n pp̄ opera ipſa credi 5.5.f.
te.Amẽ amẽ dico vobis.q̃ credit i me opera
q̃ ego facio ⁊ ipſe faciet:⁊ maioꝛa hoꝛum faci
et:qꝛ ego ad pr̃em vado.Et q̃dcunqꝫ petieri/ j.16.d.
tis patrem i noĩe meo hoc faciã:vt gl'ificetur
pr̃ i filio.Si q̃d petieritꝭ in noĩe meo hoc faci mat.21.c.
am.Si diligitis me mãdata mea ſeruate. Et mar.11.c.
ego rogabo patrem ⁊ aliũ p̃aclitũ dabit vo/
bis vt maneat vobiſcũ i eternũ ſpm̃ vitatꝭ quẽ
mũdus nõ põt accipere:qꝛ nõ videt eum nec
ſcit eũ.Vos aũt cognoſcetis eũ:qꝛ apud vos
manebit.⁊ i vobis erit. Nõ reliquam vos oꝛ/
phanos:veniã ad vos. Adhuc modicũ ⁊ mũ
dus me iam nõ videt.Vos autẽ videtis me: C
qꝛ ego viuo:⁊ vos viuetis.In illo die vos co/
gnoſcetis qꝛ ego ſũ in patre meo:⁊ vos i me.
⁊ ego in vobis.Qui habet mandata mea :⁊
ſeruat ea:ille ẽ qui diligit me.Qui autẽ dili/ mat.10.d.
git me diligetꝭ a pr̃e meo.Et ego diligam eũ: Luc.10.c.
⁊ manifeſtabo ei meipſum.Dicit ei iudas nõ
ille ſcariothis.Dñe quid factum eſt quia ma
nifeſtaturus es nobis teipſum ⁊ nõ mundo?
Rñdit ih̄s ⁊ dixit ei.Si quis diligit me ſer/
monem meum ſeruabit.⁊ pater meuſ diliget
eum:⁊ ad eum veniemus ⁊ mãſionẽ apud eũ
faciemus.Qui nõ diligit me ſermones meos
nõ ſeruat.Et ſermonẽ quẽ audiſtis nõ eſt me
us ſed eius qui miſit me patris.Hec locutus D
ſum vobis apud vos manens . Paraclitus
autem ſpũs ſanctus quem mittet pater i no/
mine meo ille : vos docebit omnia ⁊ ſugge/
ret vobis omnia quecunqꝫ dixero vobiſ. Pa
cem relinquo vobis:pacem meam do vobis
Non quõ mundus dat ego do vobis. Nõ tur
betur coꝛ veſtrũ neqꝫ foꝛmidet. Audiſtis qꝛ
ego dixi vobis:vado ⁊ venio ad vos. Si di
ligeretis me gauderetis vtiqꝫ:quia vado ad
patrem quia pater maioꝛ me eſt.Et nunc di/
xi vobis priuſq̃ꝫ fiat vt cum factum fuerit cre
datis.Iam non multa loquar vobiſcum.Ve
nit enim princeps mundi huius:⁊ in me nõ
habet quicquam. Sed vt cognoſcat mun/
dus quia diligo patrem:⁊ ſicut mandatum

dedit mihi pater.sic facio. Surgite:eamus
hinc.

XV.

A Ego sū vitis vera.ꝛ pr̄ meus agrico
la est.Oēm palmitē in me non ferē
tē fructū tollet eum.ꝛ oēm q̄ fert fru
ctū purgabit eū vt fructū plus afferat. Jam
vos mundi estis pp̄ sermonē quē locutus sū
vobis.Mācete in me.ꝛ ego i vobis.Sicꝰ pal
mes nō pōt ferre fructū a semetipso nisi māse
rit in vite:sic nec vos nisi in me māseritꝭ.Ego
sum vitis:vos palmites.Qui manet in me ꝛ
ego in eo hic fert fructū multum:qꝛ sine me
nihil potestis facere.Si q̇s in me nō māserit
mittetur foras sicut palmes ꝛ arescet.ꝛ colli
mat.21.c gēt eū.ꝛ in ignē mittet ꝛ ardet.Si manseritꝭ
mar.11.c i me ꝛ v̉ba mea i vobis māserit qd̉cunqꝫ vo
B lueritꝭ petetis.ꝛ fiet vobis.Jn hoc clarificatꝰ
est pr̄ meus vt fructum plurimum.afferatis
ꝛ efficiamini mei discipuli.Sicut dilexit me
pr̄:ꝛ ego dilexi vos.Manete in dilectōe mea
Si precepta mea seruaueritis.manebitꝭ in di
lectione mea. sicut ꝛ ego pr̄is mei precepta
seruaui.ꝛ maneo in eiꝰ dilectione.hec locutꝰ
1.Cor.4.d sū vobis vt gaudiū meū in vobis sit.ꝛ gaudi
Eph.5.a um vr̄m impleat.Hoc est p̄ceptū meū vt dili
Phil.3.d gatꝭ inuicē sicut dilexi vos.maiorē hac dilec
i.Tessa.4.b. tione nemo hꝫ q̄ꝫ vt aiam suā ponat q̇s pro
i.Joh.3.c amicis suis.Vos amici mei estis:si feceritis
q̄ ego p̄cipio vobis.Jā non dicā vos seruos
qꝛ seruꝰ nescit q̇d faciat dn̄s eiꝰ.Vos āt dixi
amicos:qꝛ oīa q̄cunqꝫ audiui a pr̄e meo no
C ta feci vobis.Non vos me elegistis:sꝫ ego ele
gi vos.ꝛ posui vos vt eatꝭ ꝛ fructū afferatꝭ:ꝛ
fructus vr̄ maneat:vt qd̉cunqꝫ petieritꝭ pa
i.Joā.3.c trem in noīe meo det vobis.Hec mando vo
j.18.c bis vt diligatis inuicē.Si mundus vos odit
scitote.qꝛ me p̄orē vobis odio habuit.Si de
mundo fuissetꝭ:mūdus qd̉ suū erat diligeret
Qꝛ v̉o de mundo nō estis.sed ego elegi vos
de mūdo.p̄pterea odit vos mūdꝰ.Memēto
mat.10.c. te sermōis mei quē ego dixi vobis.Nō ē s̄uꝰ
Luce.6.f maior dn̄o suo.Si me p̄secuti sunt.ꝛ vos p̄se
mat.24.a quentꝭ.Si s̄monē meū s̄uauerūt.ꝛ vr̄m s̄ua
mar.13.b. būt.Sed h̄ oīa faciēt vobis pp̄ nomē meū qꝛ
Luc.21.c nesciunt eū q̄ misit me.Si nō venissē ꝛ locu
mat.11.d.D tus fuissē eis.pccm̄ nō haberent.Nūc aūt ex
Luc.10.d cusationē non hn̄t de pccō suo.Qui me odit
ꝛ patrē meū odit.Si opa non fecissē in eis q̄
nemo alius fecit pccm̄ nō haberent.Nunc āt
ꝛ viderunt ꝛ oderūt ꝛ me ꝛ pr̄em meū.Sed
Ps̄.34. vt adimpleatꝭ s̄mo q̄ in lege eoꝝ scriptꝰ ē:qꝛ
odio hūerunt me gratꝭ.Cū.āt venerit para
clitus quem ego mittā vobis a pr̄e.spm̄ veri
tatꝭ q̄ a pr̄e p̄cedit:ille testimonium p̄hibebit
de me.Et vos testimonium perhibebitis.qꝛ
ab initio mecum estis.

XVI

Hec locutꝰ sū vobis vt n̄ scandalizemi A
Absqꝫ synagogis faciēt vos.Sꝫ veīt mat.24.a
hora vt oīs q̄ interficit vos arbitret ob mar.13.b
sequium se p̄stare deo.Et h̄ faciēt vobis qꝛ non Luc.21.c.
nouerunt pr̄ez neqꝫ me.Sed h̄ locutus sū vo
bis vt cū venerit hora eoꝝ:reminiscami quia
ego dixi vobis.Hec āt vobis ab initio nō di
xi:qꝛ vobiscū erā.Et nunc vado ad eū q̄ mi B
sit me.ꝛ nemo ex vobis interrogat me q̄ va
dis.Sꝫ qꝛ h̄ locutꝰ sū vobis:tristicia ipleuit
coꝛ vr̄ꝫ.Sꝫ ego v̉itatē dico vobis.expedit vo
bis vt ego vadā.Si.n.nō abiero paraclitus
non venit ad vos.Si aūt abiero:mittā eū ad
vos.Et cū venerit:ille arguet mūdū d̉ pccō:
ꝛ de iusticia:ꝛ de iudicio.De pccō q̄dem qꝛ
non crediderunt in me.De iusticia v̉o qꝛ ad
pr̄em vado.ꝛ iā non videbitꝭ me.De iudicio
āt qꝛ princeps huiꝰ mundi iā iudicatꝰ ē.Ad C
huc multa h̄eo vobis dicere:sꝫ nō potestꝭ por
tare modo.Cum āt venerit ille sp̄us v̉itatis
docebit vos oēm v̉itatē.Nō.n.loq̄t a semet
ipso:sed q̄cūqꝫ audiet loq̄t:ꝛ q̄ futura sunt an
nunciabit vobis.Jlle me clarificabit:qꝛ de
meo accipiet ꝛ ānūciabit vobis.Oia q̄cūqꝫ mat.11.d
hꝫ pr̄.mea sunt. Propterea dixi qꝛ de meo Luc.10.d
accipiet ꝛ ānunciabit vobis.Modicū ꝛ iā nō D
videbitꝭ me.ꝛ iteꝝ modicū ꝛ videbitis me.qꝛ s̄.14.b
vado ad patrē.Dixerunt ergo ex discipulis
eiꝰ ad inuicē.Quid ē hoc qd̉ dicit nobis mo
dicū nō videbitꝭ me.ꝛ iteꝝ modicū ꝛ videbitꝭ
me qꝛ vado ad patrē.Dicebāt ergo.Quid ē
hoc q̄ dicit modicū.Nescimꝰ quia loquitur
Cognouit āt ih̄s qꝛ volebāt eū iterrogare ꝛ
dixit eis.De hoc q̄ritꝭ iter vos:qꝛ dixi:modi
cū ꝛ nō videbitꝭ me.ꝛ iteꝝ modicū ꝛ videbitꝭ
me.Amē amē dico vobis:qꝛ plorabitis ꝛ fle
bit.ꝛ vos:mundus āt gaudebit.Vos āt con Hie.31.c
tristabimi:sed tristicia vr̄a vertetur i gaudiū Ja.4.c
Mulier cum parit tristiciā hꝫ:qꝛ venit hora E
eius.Cum āt peperit pueꝝ.iam nō meminit
p̄ssure propt̄ gaudiū:qꝛ natus est hō i mun
dū.Et vos igitur nunc q̄dem tristiciā habetꝭ
Iteꝝ āt videbo vos:ꝛ gaudebit coꝛ vr̄ꝫ ꝛ gau
dium vr̄m nemo tollet a vobis. Et i illo die
me non iterrogabitꝭ q̄cq̄ꝫ.Amē amē dico vo mat.21.c
bis si q̇d petieritꝭ patrē i noīe meo dabit vo mar.11.c
bis.Vsqꝫ mō non petistis q̄cq̄ in noīe meo s̄.14.b
Petite ꝛ accipietis:vt gaudiū vestrū sit ple i.Joā.1.b
nū.Hec i p̄uerbijs locutus sum vobis.Veīt F
hora cū iā non i p̄uerbijs loq̄r vobis:sed pa
lā d̉ patre meo annūciabo vobis.Jn illo die
i noīe meo petetis.Et non dico vobis:qꝛ ego
rogabo patrem de vobis.Jpse.n.pat̄ amat
vos:qꝛ vos me amastis.ꝛ credidistis.quia a

deo exiui.Exiui a pr̃e ꝛ veni i mũdũ :iterum
reliq̃ mũdũ:ꝛ vado ad pr̃em.Dicunt ei disci
B puli eius.Ecce nunc palam loq̃ris.ꝛ ꝓuerbi
um nullũ dicis.Nũc scimꝰ qꝛ scis oia ꝛ non
opꝰ est tibi vt q̃s te inꝛ̃roget. In hꝰ credimꝰ
quia a deo existi.Rñdit eis ih̃s.Modo cre
at.26.c ditis?Ecce uenit hoꝛa.ꝛ iam venit ut dispga
r.14.c mini vnusq̃sqꝫ i ꝓpria.ꝛ me solũ relinq̃tis et
h.13.c ñ sum solus:qꝛ pat̃ mecũ ẽ.Hec locutꝰ sũ vo/
bis vt in me pacẽ habeatis. In mundo p̃ssu/
rani habebit̃: sed ꝯfidite.ego vici mundum
A Hec locutus est ih̃s.ꝛ subleua XVII.
tis ocul' in celuʒ dixit.Pat̃ venit ho
ra.clarifica filium tuũ vt filiꝰ tuꝰ cla/
rificet te.Sicut dedisti ei ptãtẽ ois carnis:vt
oẽ q̃d dedisti ei det eis uitã eternam. Hec est
ãt vita eterna vt cognoscat te solũ deũ verũ:ꝛ
quem misisti ih̃m xp̃m.Ego te clarificaui sr̃
terrã opꝰ ꝯsumaui q̃d dedisti mihi vt faciam
Et nunc clarifica me tu pat̃ apd̃ temetipsum
claritate quam habui p̃usq̃ȝ mũdꝰ fieret apd̃
te.Manifestaui nomen tuũ hoibꝰ q̃s dedisti
mihi de mundo.Tui erant.ꝛ mihi eos dedisti
B ꝛ sermonẽ tuũ fuauerũt.Nũc cognouerũt qꝛ
oia que dedisti mihi abste sunt. Quia v̂ba q̃
dedisti mihi dedi eis: ꝛ ipsi acceperunt ꝛ co/
gnouerunt uere quia a te exiui ꝛ crediderũt
quia tu me misisti.Ego pro eis rogo:Nõ pro
mundo:sꝫ ꝓ his q̃s dedisti mihi:qꝛ tui st̃. Et
mea oia tua sũt:ꝛ tua mea sũt:ꝛ clarificatus
sũ in eis.Et iam nõ sum i mũdo: ꝛ hi i mũdo
st̃ ꝛ ego ad te vẽio.Pat̃ scẽ fua eos in noie
tuo q̃s dedisti mihi:vt sint vnuʒ: sicut ꝛ nos.
Cũ eẽm cũ eis. ego fuabam eos i noie tuo.
Quos dedisti mihi.ego custodiui.ꝛ nemo ex
eis perijt nisi filiꝰ pditiõis.vt scriptura ipleat̃
C Nũc ãt ad te venio:ꝛ h̃ loq̃ꝛ i mundo vt ha/
s.15.c beant gaudiuʒ meũ impletũ i semetipsis ego
dedi eis sermonẽ tuũ.ꝛ mũdꝰ eos odio h̃uit
qꝛ nõ sũt de mũdo sicut ꝛ ego nõ sũ de mũdo
Non rogo vt tollas eos de mũdo:sꝫ vt fues
eos a malo.De mũdo nõ sũt:sicut ꝛ ego non
sũ de mũdo.Scifica eos in v̂itate.Sermo tu
us v̂itas est.Sicut tu me misisti in mundum
ita ꝛ ego misi eos i mundũ. Et ꝓ eis ego sci/
fico me ipsum:vt sint ꝛ ipsi scificati i veritate
Nõ pro eis ãt rogo tm̃:sꝫ ꝛ pro eis q̃ creditu
ri sunt p verbuʒ eoꝝ i me:vt oẽs vnũ sint sicut
tu pr̃ i me ꝛ ego in te vt ꝛ ipsi in nobis unum
D sint:vt credat mundꝰ qꝛ tu me misisti.Et ego
claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut
sint vnuʒ.sicut ꝛ nos vnũ sumus.Ego i eis ꝛ
tu i me vt sint consumati i vnũ ꝛ cognoscat
mundus:quia tu me misisti.ꝛ dilexisti eos si
cut ꝛ me dilexisti.Pat̃ quos dedisti mihi uo
lo vt v̂bi sum ego:ꝛ illi sint mecum:vt videãt
claritateʒ meã quam dedisti mihi qꝛ dilexisti
me añ ꝯstitutionem mũdi. Pat̃ iuste mũdꝰ mat.11.d
te ñ cognouit.Ego ãt te cognoui.ꝛ hi cogno Luc.10.d
uerũt qꝛ tu me misisti.Et notũ feci eis nomẽ tu
um ꝛ notum faciam vt dilectio qua dilexisti
me.in ipsis sit.ꝛ ego in ipsis. XVIII
Hec cum dixisset ih̃s egressus ẽ cuʒ di A
scipul' suis trans toꝛrẽteʒ cedron vbi mat.26.c
erat hoꝛtus:i quẽ itroiuit ipse ꝛ disci mar.14.c
puli eius.Sciebat autem ꝛ iudas q̃ tradebat Luc.22.d
eum locũ:qꝛ frequẽt̃ ih̃s ꝯuenerat illuc cum
discipul' suis.iudas ergo cũ accepisset cohoꝛ mat.26.c
tem ꝛ a pontificibꝰ ꝛ phariseis ministros: ve mar.14.c
nit illuc cum lãternis ꝛ facibus ꝛ armis.Ih̃s Lu.22.e
itaqꝫ sciens oia q̃ uẽtura erãt sup eum ꝓcessit
ꝛ dixit eis.Quem q̃ritis?Rñderunt ei.Ih̃m
naʒarenũ. Dicit eis ih̃s.Ego sũ.Stabat aũt
ꝛ iudas q̃ tradebat eũ cũ ipsis.Ut ergo dixit
eis ego sum:abierũt retroꝛsũ.ꝛ ceciderunt in
trã Iterũ ergo iterrogauit eos. Quẽ q̃ritis? B
Illi aũt dixerunt: Ih̃m naʒarenum.Rñdit
ih̃s.Dixi vobis qꝛ ego sum.Si ergo me que
ritis sinite hos abire.Ut impleret̃ sermo quẽ
dixit: qꝛ quos dedisti mihi non pdidi ex eis
quẽq̃ȝ.Symon ergo petrꝰ habẽs gladiũ edu mat.26.e
xit eum.ꝛ pcussit pontificis seruũ ꝛ abscidit mar.14.e
auriculam eiꝰ dexterã. Erat ãt nom̃ fuo mal Luc.22.e
chꝰ.Dicit ergo ih̃us petro.Mitte gladiũ tu
uʒ i vaginã.Calicẽ quẽ dedit mihi pr̃ nõ vis
vt bibã illũ:Cohoꝛs ãt ꝛ tribunꝰ ꝛ ministri iu mat.26.f
deoꝝ cõpꝛehenderũt ih̃m:ꝛ ligauerunt eũ ꝛ mar.14.f
adduxerunt eũ ad ãnã p̃mum.Erat.n. socer Luc.22.f
cayphe q̃ erat pontifex ãni illiꝰ.Erat autem s.11.f C
cayphas q̃ consilium dederat iudeis.qꝛ expe mat.26.f
dit unum hoiem moꝛi ꝓ pp̃lo.Seq̃bat̃ autẽ mar.14.f
ih̃m symon petrus.ꝛ alius discipulꝰ. Disci/ Luc.22.f.
pulus autem ille erat notus pontifici.ꝛ itroi
uit cum ih̃u i atrium põtificis.Petrꝰ autem
stabat ad ostium in foꝛis.Exiuit ergo disciplus
qui erat notus pontifici ꝛ dixit ostiarie.ꝛ in/
troduxit petrũ.Dixit ergo petro ãcilla ostia mat.26.g
ria.Nunq̃d ꝛ tu ex discipulis es hois istius? mar.14.g
Dicit ille.Non sũ.Stabant aũt serui ꝛ mini Luc.22.
stri ad pꝛunas:qꝛ frigus erat. ꝛ calefaciebãt
se.Erat ãt cũ eis ꝛ petrꝰ stãs ꝛ calefaciens se
Põntifex ergo iterrogauit ih̃ʒ d̃ discipul' su D
is ꝛ de doctria eiꝰ.Rñdit ei ih̃s.Ego palã lo mat.26.e
cutus suʒ mũdo.Ego sp̃ docui i synagoga ꝛ i mar.14.e
tẽplo q̃ oẽs iudei ꝯueniunt.ꝛ i occl'to locutꝰ Lu.22.f
sum nihil.Quid me itrogas?Interroga eos q̃
audierunt q̃d locutꝰ sim ipsis. ecce hi sciunt
q̃ dixeri ego. Hec ãt cũ dixissꝫ: vnꝰ assistens mat.26.g
ministroꝝ dedit alapã ih̃u dicens.Sic rñdes mar.14.g
põtifici.Rñdit ei ih̃s.Si male locutus sum Luc.22.g

mat.26.f. testimoniū ꝑhibe de malo: si aūt bene q̄d me
mar.14.f. cedis? Et misit eum ānas ligatū ad cayphām
Lu.22.f. pōtificē. Erat aūt symon petrus stans ⁊ cale
E faciens se. Dixerūt ergo ei. Nūq̄d ⁊ tu ex di
scipulis eiꝰ es. Negauit ille ⁊ dixit. Nō sum.
Dicit ei vnꝰ ex seruis pōtificis cognatꝰ eius
cuiꝰ abscidit petrꝰ auriculā. Nōne ego te vi
di i horto cū illo. Iterꝝ ergo negauit petrꝰ: ⁊
mat.27.f. stati gallꝰ cātauit. Adducūt ergo ihm a cay
mar.15.a pha i ꝑtoriū. Erat āt mane. ⁊ ipi nō itroierūt i
Lu.23.a. ꝑtoriū vt nō ꝯtaminarēt. sꝫ vt manducarent
pasca. Exiuit ergo pilatꝰ ad eos foras: ⁊ dixit
Quā accusationem affert̄ aduersus hominē
hūc? Rūderūt ⁊ dixerunt ei. Si nō eēt h̄ ma
lefactor. nō tibi tradidissemus eū. Dicit ergo
F eis pilatꝰ. Accipite eū vos: ⁊ ſm legē vr̄aꝫ iu
dicate eū. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis nō
licꝫ interficere quēq̄. Ut ſmo ihu ipleret̄ queꝫ
mat.27.b. dixit significās q̄ morte eēt moriturꝰ. Introi
mar.15.a. uit ergo iterꝝ i ꝑtoriū pilatꝰ: ⁊ vocauit ihm: ⁊
Lu.23.a. dixit ei. Tu es rex iudeorūꝫ? Rūdit ihs. A te
metipso hoc dicis an alij dixerūt tibi de me.
Rūdit pilatꝰ. Nūq̄d ego iudeꝰ sū. Gēs tua
⁊ pontifices tradiderūt te mihi. Quid fecisti.
Rūdit ihs regnū meū nō ē de hoc mundo.
Si ex hoc mūdo eēt regnū meū ministri mei
G vtiq̄ decertarēt vt non traderer iudeis. Nūc
aūt regnū meū nō ē hinc. Dixit itaq̄ ei pila
tus. Ergo rex es tu. Rūdit iesus. Tu dicis: q̄
rex sū ego. Ego i hoc natus sū ⁊ ad hoc veni
i mūdum. vt testimoniū ꝑhibeam v̄itati. Ois
q̄ ē ex v̄itate. audit vocem meā. Dicit ei pila
tus. Quid ē v̄itas. Et cū hoc dixisset iterꝝ exi
mat.27.b. uit ad iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nullā inenio i
mar.15.b. eo cām. Est āt ꝯsuetudo vobis vt vnū dimit
mat.27.b. tā vobis i pasca. Uult̄ ergo dimittā vobis re
mar.15.a. gē iudeoꝝ. Clamauert̄ rursū oēs dicētes. Nō
Luc.23.c. hūc sꝫ barrabā. Erat āt barrabas latro.

HUnc ergo apphēdit pilatꝰ ihꝫ. XIX
A mat.27.c ⁊ flagellauit. Et milites plectētes co
mar.15.c ronā de spinis iposuerunt capiti eiꝰ:
⁊ veste purpurea circundederunt euꝫ. Et ve
niebant ad eum ⁊ dicebāt. Aue rex iudeorūꝫ
Lu.23.a. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterum pilatus fo
ras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras
mat.27.c. vt cognoscat̄ q̄ nullā iuenio i eo cām. Exiuit
mar.15.b. ergo ihs portās spineā coronaꝫ: ⁊ purpureū
mat.27.c. vestimētū ⁊ dicit eis. Ecce hō. Cū ergo vidis
mar.15.b. sēt eū pōtifices ⁊ ministri clamabāt dicētes.
Lu.23.c. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatꝰ. Acci
pite eum vos ⁊ crucifigite. Ego. n. nō inuenio
B i eo cām. Rūderūt ei iudei. Nos legē hēmꝰ
mat.27.b. ⁊ ſm legē debet mori q̄ filium dī se fecit. Cū
mar.15.a. ergo audisset pilatus hūc sermonem magis
Lu.23.a. timuit. Et igressus ē ꝑtoriū iterum: ⁊ dicit ad

ihm. Un̄ es tu. Ihs aūt rn̄sū non d̄dit ei. Di
cit ergo pilatꝰ: Mihi nō loqueris. Nescis q̄
ꝑtātē habeo crucifigere te ⁊ ꝑtātem habeo di
mittere te. Rūdit iesus. Non haberes ꝑtatē
aduersum me ullam nisi tibi datuꝫ esset desu
ꝑ. Propterea q̄ me tradidit tibi maius pcīm
hꝫ. Et exinde q̄rebat pilatus dimittere eum.
Iudei aūt clamabāt dicētes. Si hunc dimit
C tis nō es amicus cesaris. Ois. n. q̄ se regē fa
cit ꝯdicit cesari. Pilatꝰ aūt cuꝫ audisset hos
sermones adduxit foras ihm: ⁊ sedit ꝓ tribu
nali i loco q̄ dr̄ lichostratos. hebraice āt gab
batha. Erat autem parasceue pasce hora q̄si
sexta: ⁊ dicit iudeis. Ecce rex vr̄. Illi autē cla mar.15.b.
mabāt. Tolle tolle crucifige euꝫ. Dicit eis pi Lu.23.c.
latꝰ. Regē vr̄m crucifigam. Rūderunt pon
tifices. Nō hēmus regē nisi cesarē. Tunc er
go tradidit eis illū vt crucifigeret̄. Suscepe mat.27.d.
rūt aūt ihm ⁊ eduxerūt. Et baiulans sibi cru mar.15.b.
cē exiuit in eū q̄ dicit̄ caluarie locū hebraice Lu.23.c.
D aūt golgotha. Ubi crucifixerūt eū. ⁊ cum eo
alios duos hinc ⁊ hic: mediū autē ihm. Scri mat.27.e.
psit āt ⁊ titulū pilatus. ⁊ posuit super cruceꝫ. Luc.23.e
Erat aūt scriptum. Ihs nazarenus rex iudeo mar.15.e
rū. Hūc ergo titulū multi iudeoꝝ legerūt q̄ mat.27.e
ꝑpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus est ihs mar.15.c
Et erat scriptū hebraice. grece ⁊ latine. Dice Luc.23.e
bant ergo pilato pontifices iudeoꝝ. Noli scri
bere rex iudeoꝝ. sꝫ q̄ ipse dixit rex sum iudeo
rum. Respōdit pilatus. Quod scripsi scripsi.
Milites ergo cū crucifixissent eū acceperunt mat.27.d
vestimenta eius. ⁊ fecerunt q̄tuor partes vni mar.15.d
cuiq̄ militi partē: ⁊ tunicā. Erat aūt tunica i Luc.23.e
cōsutilis. desuꝑ cōtexta ꝑ totum. Dixerūt er
E go adinicē. Nō scidamꝰ eam: sed sortiamur d̄
illa cuiꝰ sit. Ut scriptura ipleret̄ dicēs. Par Ps.21.
titi sūt vestimēta mea sibi: ⁊ in vestem meam
miserūt sortem. Et milites q̄dem h̄ fecerunt.
Stabāt āt iuxta crucē iesu mr̄ eiꝰ: ⁊ soror ma
tris eiꝰ maria cleophe ⁊ maria magdalene.
Cū vidisset ergo iesus mr̄em ⁊ discipulū stātē
quē diligebat dicit mr̄i sue. Mulier ecce filiꝰ
tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mr̄ tua. Et
ex illa hora accepit eā discipulꝰ i suam. Po
F stea sciēs iesus q̄ oia ꝯsūmata sunt: vt ꝯsūma
retur scriptura dicit. Sitio. Uas autē erat po mat.27.
situ aceto plenū. Illi ergo spōgiā plenā ace mar.15.
to hysopo circūponētes obtulerūt ori eiꝰ. Cū Luc.23.
ergo accepisset iesus acetū dixit. Cōsūmatū ē mat.27.
Et iclinato capite tradidit spm̄. Iudei ergo mar.15.
q̄m parasceue erat vt n̄ remāerēt i cruce cor Luc.23.
pora sabbato. Erat. n. magnus dies ille sabba
ti: rogauerūt pilatū vt frāgerent̄ eoꝝ crura ⁊
tollerent̄. Uenerūt ergo milites: ⁊ p̄mi q̄deꝫ
fregerūt crura: ⁊ alteriꝰ q̄ crucifixꝰ ē cum eo.

Ad ihz ãt cum venissēt vt viderūt eū iã mor
tuum nō fregerūt eiꝰ crura:ꝫ vnꝰ militū lan
cea latus eiꝰ apuit.τ ꝯtinuo exiuit sãguis τ
aq̄.Et q̇ vidit testioniū ꝑhibuit.τ verum ē
testioniū eius.Et ille scit qꝛ v̇a dicit vt τ vos
G credatiꝭ.Facta sūt.n.h̄ vt scriptura iplererur.
12.g Os nō ꝯminuetꝭ ex eo.Et iteꝝ alia scriptura
9.b dicit. Videbūt i quem trãsfixerunt . Post h̄
.12.c aute rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo
27.g ꝙ eēt discipulus ihu.ocultꝰ ãt ꝑꝑ metum iu
15.d deoꝝ:vt tolleret corpus ihu.Et ꝑmisit pilatꝰ
23.g. Vēit ergo τ tulit corpꝰ ihu.Venit τ nicode
27.g mꝰ q̇ venerat ad ihz nocte primū:ferēs mix
27.g. turam myrrhe τ aloes q̄ı libras centū.Acce
13.d perūt ergo corpꝰ ihu.τ ligauerūt eū lintheis
.23.g. cū aromatibus.sicut mos est iudeis sepelire
Erat ãt i loco vbi crucifixus ē.hortꝰ.τ in hor
to monumētum nouū i q̊ nondū q̇sq̄ ꝑositꝰ
erat.Ibi ergo ꝑꝑ parasceuē iudeoꝝ:qꝛ iuxta
erat monumentum. posuerūt ihz. XX
A VNa autē sabbati maria magdalane
18.g. venit mane cuz adhuc tenebre eēnt
15.a ad monumētū:τ vidit lapidem sub
4.a latū a monumēto.Cucurrit ergo τ venit ad
symonē petrū:τ ad aliū discipulū quez ama
bat iesus τ dicit illis.Tulerūt dn̄m de monu
mēto τ nescimꝰ vbi posuerūt euz.Exijt ergo
petrus τ ille alius discipulꝰ τ venerūt ad mo
numētū.Currebãt ãt duo sil̄:τ ille aliꝰ disci
pulꝰ ꝑcurrit citiꝰ petro:τ venit primꝰ ad mo
B numētū.Et cū se iclinasset vidit posita lithea
mina:nō tñ itroiuit.Venit ergo symō petrꝰ se
quēs eū τ itroiuit i monumētū.τ vidit lithea
mina posita τ sudariū qd̄ fuerat sup caput eꝰ
nō cū lintheaminibꝰ positū:ꝫ sepati iuolutū
in vnū locū.Tūc ergo itroiuit τ ille discipulꝰ
q̇ venerat ꝑmꝰ ad monumētū τ vidit τ credi
dit.Nōdū.n.sciebãt scripturã:qꝛ oportuit eū
C a mortuis resurgere.Abierūt ergo iteꝝ disci
puli ad semetipsos.Maria aūt stabat ad mo
numētū foris plorãs.dum ergo fleret incli
.b. nauit se τ ꝓspexit in monumentum.Et vidit
duos angelos in albis sedētes:vnū ad caput
τ vnū ad pedes:vbi positū erat corpus iesu.
D dicunt ei illi. Mulier q̇d ploras.dicit eis:qꝛ
tulerūt dn̄m meū:τ nescio vbi posuerūt eum
Hec cū dixisset ꝯuersa ē retrorsū:τ vidit iesuz
stantē:τ nō sciebat qꝛ iesus ē. dicit ei iesus.
Mulier q̇d ploras.Quē q̄ris.Illa existimãs
qꝛ hortulanus eēt dicit ei.dn̄e si tu sustulisti
eū dicito mihi vbi posuisti eū:τ ego eū tollã.
dicit ei iesus. Maria:Conuersa illa dicit ei.
Rabboni qd̄ dr̄ magister.dicit ei iesus.Noli
me tãgere:nōdū eni ascēdi ad p̄rez meū:Va
de ãt ad frēs meos τ dic eis:ascēdo ad p̄rez

meū τ p̄rez vr̄m:deū meū τ deū vr̄m. Venit E
maria magdalene annūciãs discipulis:qꝛ vi
di dn̄m:τ h̄ dixit mihi.Cū ergo sero eēt die il Luc.24.f
lo vna sabbatoꝝ τ fores eēnt clause vbi erãt
discipuli ꝯgregati ꝑꝑ metū iudeoꝝ venit ihs
τ stetit i medio τ dixit eis.Pax vobis.Et cū j.co.f
h̄ dixisset ondit eis manus τ latus.Gauisi sūt
ergo discipuli viso dn̄o.Dixit ergo eis iterū.
Pax vobis.Sicut misit me p̄r : τ ego mitto
vos.Hec cū dixisset insufflauit:τ dicit eis.Ac
cipite spm̄ scm̄.Quoꝝ remiseritis pccã remit mat.18.b
tunt eis.:τ quoꝝ retinueritis retenta sūt.Tho F
mas aūt vnus ex duodecim q̇ dr̄ didymus nō
erat cū eis qn̄ venit ihs.Dixerūt ergo ei alij
discipuli.Vidimꝰ dn̄m.Ille aūt dixit eis.Ni
si videro in manibꝰ eiꝰ fixurã clauoꝝ:τ mittã
digitū meū in locū clauoꝝ:τ mittã manū me
am i latus eiꝰ nō credã.Et pꝰ dies octo iteꝝ
erãt discipuli eiꝰ intus τ thomas cū eis.Ve
nit ihs ianuis clausis:τ stetit in medio: τ di 8.co.e.
xit eis.Pax vobis.deinde dicit thome.Infer H
digitū tuū huc τ vide manꝰ meas:τ affer ma
nū tuã τ mitte in latus meū:τ noli eē icredu
lus sed fidelis.Rn̄dit thomas:τ dixit. Dn̄s
meus τ deus meus.dicit ei ihs.Quia vidisti
me thoma credidisti:bti q̇ nō viderūt τ credi
derūt.Multa q̇dē τ alia signa fecit ihs in cō j.21.g
spectu discipuloꝝ suoꝝ q̄ nō sunt scripta in li
bro hoc.Hec aūt scripta sunt vt credatis .qꝛ
ihs est filius dei: τ vt credentes vitã habea
tis in noīe eius. XXI A
POstea mãifestauit se iteꝝ ihs ad ma
re tyberiadis. Manifestauit autē sic
Erãt sil̄ symon petrus τ thomas qui dr̄ didy
mus τ nathanahel qui erat a chana galilee
τ filij zebedei:τ alij ex discipulis eiꝰ duo.dicit
eis symon petrus.Vado piscari.dicunt ei.ve
nimus τ nos tecū.Et exierūt τ ascēderūt i na Lu.5.a
uim:τ illa nocte nihil prēdiderūt.mane aūt B
facto stetit ihs in littore:nō tñ cognouerunt
discipuli qꝛ ihs est.dicit ergo eis ihs.Pueri
nūq̇d pulmētariū habetꝭ.Rn̄derūt ei:nō.di
cit eis.Mittite in dextera nauigij rete τ inue
nietis. Miserūt ergo τ iam nō valebant il
lud trahere pre multitudine piscium.dicit er
go discipulus ille quem diligebat ihs petro
dn̄s est.Symō petrus cū audisset qꝛ dn̄s ē:tu
nica succixit se.Erat.n.nudus τ misit se i ma
re. Alij aūt discipuli nauigio venerūt.Nō.n. C
lōge erãt a terra:ꝫ q̄si cubitꝭ ducētis trahētes
rete piscium.Vt ergo descēderūt in terrã: vide Luc.24.f.
rūt prunas positas:τ piscē suppositū τ panē.
dicit eis iesus.Afferte de piscibus:quos prē
didistis nūc.Ascendit Symon petrus τ tra
xit rete i terrã plenū magnis piscibꝰ cētū q̄n

q̄gita tribus. Et cū tanti eēnt. nō ē scissū rete.
B Dicit eis ih̄s. Ueīte prādete. Et nemo aude
bat discūbētium īterrogare eum tu q̄s es: scien
Luc.24.f. tes qr dn̄s est. Et venit ih̄s et accepit panē. et
dabat eis et piscez siliť. Hoc iā ītio manifesta
tꝰ ē ih̄s discipulis suis cū resurrexisset a mor
tuis. Cum ergo prandissēt. dixit symōi petro
ih̄s. Symon ioānis diligis me plꝰ his? Dicit
C ei. Etiam dn̄e: tu scis qr amo te. Dicit ei. Pa
sce agnos meos. Dicit ei iteꝝ. Simō ioānis
diligis me. Ait illi. Etiam dn̄e tu scis qr amo
te. Dicit ei iteꝝ. Pasce agnos meos. Dicit ei
ītio. Symon ioānis amas me? Cōtristatꝰ est
petrus qr dixit ei tertio amas me. et dixit ei.
Dn̄e tu oia nosti tu scis qr amo te. Dicit ei
Pasce oues meas. Amen amē dico tibi cuz
cēs iunior cingebas te et ambulabas vbi vole
F bas. Cum āt senueris. extēdes manꝰ tuas et ali
us te cinget. et ducet q̊ tu non vis. Hoc āt di
xit significans q̄ morte clarificaturus eēt de
um. Et cuz hoc dixisset. dicit ei. Seq̄re me. Cō
uersus petrus vidit illū discipulū quē dilige
b.13.c. bat ih̄s sequentem q̇ et recubuit ī cēa sup pec
tꝰ eius. et dixit: dn̄e q̄s est q̇ tradet te? Hūc er
go cuz vidisset petrus. dicit ih̄u. Dn̄e. hic aūt
q̇d? Dicit ei ih̄s. Sic eum volo manere dōec
G veniam. Quid ad te. Tu me sequere. Exijt er
go smo iste inter frēs: qr discipulus ille non
morit. Et non dixit ei ih̄s nō morit sꝫ sic eum
volo manere donec veniam: q̇d ad te. Hic ē
discipulus ille q̇ testimoniū phibet de his. et
scripsit h̄. Et scimus qr veꝝ est testimoniū eiꝰ
Sūt aūt et alia multa que fecit iesus q̄ si scri
bant p singula: nec ipsum arbitror mundūz
capere posse eos q̇ scribēdi sūt libros.
Explicit euāgeliū sm ioannē. Incipit prefa-
tio sci hieronymi in oēs epl̄as sci pauli.

P Rimū q̄rit: quare post euan
gelia q̄ supplemētū legis sūt
et i q̇bus nobis exēpla et pre
cepta viuēdi plenissime dige
sta sūt: voluerit apl̄s has epi
stolas ad singl̄as eccl̄ias dsti
nare. Hac āt cā factū videt vt. s. initia nascen
tis eccl̄ie nouis causis exn̄tibꝰ pueniret et vt
pn̄tia atq3 oriētia resecaret vitia: et post futu
ras excludēt q̄ones exēplo pph̄aꝝ q̇ pꝰ edi
tā legē moysi i qua oia dei mādata legebant
nihilominus tn̄ doctrina sua rediuiua semp
ppl̄i cōpssere pccā: et pp exēplū viuēdi libros
ad nr̄am ēt memoriā trāsmiserūt. Deinde q̄rit
Cur nō āplius q̄3 decē epl̄as ad eccl̄ias scri
pserit. Decē sūt. n. cuz ea q̄ dicit ad hebreos.
Nā reliq̄ q̄tuor ad discipulos spāliter sūt por
recte. Ut ōnderet nouū nō discrepare a vete
ri testō: et se ꝯ legē nō facere moysi: ad numeꝝ
primoꝝ decalogi mādatoꝝ suas epl̄as desti
nauit: et q̄ ille p̄ceptis a pharaone instituit li
beratos: totidē h̄ epl̄is a diaboli et idolatrie
suitute edocet aquisitos. Nā et duas tabulas
lapideas duoꝝ testōꝝ figurā habuisse viri eru
ditissimi tradiderūt. Epl̄am sane que ad he
breos scribit q̇dā pauli nō eē eōtendūt: eo q̄
nō sit eius noie titulata. et pp̄ter sermonis sti
liq3 distātiā: sed aut barnabe iuxta tertullia
nū. aut luce iuxta quosdam vel certe clemen
tis discipuli apostoloꝝ et ep̄i romane ecclesie
pꝰ apl̄os ordinati. Quibus r̄ndendū ē si p
pterea pauli nō erit: qr eiꝰ nō h3 nomē: ergo
nec alicuius erit: qr nullius noie titulat. Qð
si icōueniēs absurdūq3 ē: ipsius magis eē cre
dēda est: que tāto doctrine sue fulget eloq̇o.
Sꝫ q̄m apud hebreoꝝ eccl̄ias q̄si destructor
legis falsa suspitione habebatur: voluit taci
to noie de figuris legis et veritate xp̄i redde
re rōnem. ne odium nois in fronte pretitula
ti vtilitatem excluderet lectionis. Non ē sa
ne miꝝ si eloquentior videatur in proprio. i.
hebreo q̄3 in peregrino. i. in greco quo cetere
epl̄e sunt scripte sermone. Mouet etiā quos
dā q̄re romanoꝝ epl̄a in primo sit posita: cuz
eā nō primo scriptā rō manifestet. Nā hanc
se pficiscentē hierosolymam scripsisse testat
cū corinthios et alios iā an̄ vt ministeriū qð
secū portaturus erat colligerēt: l̄ris adhorta
tus sit. Un̄ et intelligi quidaz volunt ita oēs
epl̄as ordinatas: vt prima poneret q̄3uis po
sterior fuerit destinata vt per singulas epl̄as
gradibꝰ ad perfectiora veniret. Romanoꝝ
nāq3 pleriq3 tā rudes erāt vt n̄ ītelligerēt dei
se grā et nō suis meritis eē saluatos: et ob h̄ duo
iter se ppl̄i ꝯflictarēt. Idcirco illos īdigere as
serit corrigi. vitia gētilitatis priora cōmēorās
Corīthijs āt iā dicit scie grām eē ꝯcessā: et nō
tā oēs increpat q̄3 cur peccātes nō increpauerīt i.Co
rep̄hēdit sicut ait. Auditur iter vos fornicatio. Ibi
Et iteꝝ ꝯgregatis vobiscū meo spū: tradere hꝰ
mōi sathane. In scd̄a vo laudant: et vt magis
ac magis pficiāt cōmouent. Galathe vo iaz
nullius criminis arguunt. nisi hoc tn̄ q̄ cal
lidissimis pseudo apl̄is crediderunt. Ephesij
sane nulla rep̄hēsiōe: sꝫ mlt̄a laude sūt digni:
qr fidē apl̄icā seruauerunt. Philippenses ēt
multo magis collaudant: qui nec audire q̇
dē falsos apl̄os voluerūt. Thessalōicēses ni i.T
hilominꝰ i duabꝰ epl̄is oi laude pseq̇t: eo q̄ 2.c
nō solum fidem iconcussam suauerint veritas
sꝫ ēt in persecutiōe ciuium fuerint ꝯstātes i
uenti. Colosenses āt tales erant vt cum ab
apl̄o visi corpalit n̄ fuissent: hac laude digni

hꝫrent. Et ſi corpe iq̄t abſēs ſū: ſꝫ ſpū vobiſcū
ſuꝫ gaudēs ⁊ vidēs ordinē vr̄ꝫ. De e hebreis
vero q̄d dicēdū ē: quoꝝ theſſalonicenſes q̄
plurimū laudati ſūt imitatores ſcī eē dicūt.
ſſal.2.c Sicut ipē ait. Et vos frēs imitatores ſcī eſtiſ
ecclīaꝝ dī q̄ ſūt ī iudea. Eadeꝫ.n. paſſi eſtis ⁊
vos a ꝯtribulib⁹ vr̄is: q̄ ⁊ illi a iudeis. Apud
E ipos quoqꝫ hebreos eadē ꝯmemorat dicēs.
re.10.f Nā ⁊ vinctꝭ ꝯpaſſi eſtis: ⁊ rapinā bonoꝝ vr̄o
rū cuꝫ gaudio ſuſcepiſtis cognoſcentes vos
hr̄e meliorem ⁊ manentem ſubſtantiam.

Incipit ꝓlog⁹ ſpālī i eplāꝫ ad Romanos.

R Omani ſūt q̄ ex iudeis ⁊ gēti
b⁹ crediderūt. Hi ſupba ꝯtētōe
volebāt ſe alterutrū ſuppōere.
Nā iudei dicebant. nos ſum⁹
pplś dī quoſ ab initio dilexit ⁊
fouit: nos circūciſi ex genere abrahaꝫ ſcā de
ſcēdim⁹ ex ſtirpe: ⁊ notus retro apud iudeā
tm̄ ds. Nos de egypto ſignis dī ⁊ v̄tutib⁹ li
berati: mare ſicco ptrāſiuim⁹ pede: cū inimi
cos nr̄os grauiſſimi fluctus iuoluerēt. No
bis pluit māna dn̄s in deſerto: ⁊ q̄ſi filijs ſu
is celeſte pabulū miſtrauit. Nos die noctu
qꝫ in colūna nubis igniſqꝫ p̄ceſſit: vt nobis i
inuio iter oſ̄nderet. Atqꝫ vt cetā ei⁹ circa noſ
imēſa bn̄ficia taceam⁹: nos ſoli digni fuim⁹
dī legē accipe: ⁊ vocē dei loquentꝭ audire ei⁹
qꝫ cognoſcere volūtatē. In q̄ lege nobis ꝓ
miſſus ē xp̄s: ad quos etiā ipſe ſe veniſſe te
p.15.c ſtatus eſt dicens: nō veni niſi ad oues q̄ pie
rant dom⁹ iſrl: cū vos canes poti⁹ q̄ⱥ hoīes
appellauerit. Equuꝫ ne ergo ē vt idola ho
die deſerentes q̄bus ab initio deſeruiſtis no
bis ꝯparemini ⁊ nō poti⁹ i ꝓſelitoꝝ locū ex
legis auctoritate ⁊ ꝯſuetudine deputemini.
Et hoc ipꝫ n̄ merebamī. niſi q꞉ larga ſp dī cle
mētia voluit vos ad nr̄aꝫ imitatōnē admit
tere. Gētes ēt ꝯ̄rio rn̄debāt. Quāto.n. ma
iora erga voſ dī bn̄ficia narauerit tāto maio
res vos eīs reos eē mōſtrabit. Sp.n. his oī
4.g b⁹ extitiſtis īgrati. Nā ipis pedib⁹ q̄b⁹ aridū
mar̄ trāſiſtiſ: ludebatꝭ an̄ idola q̄ feciſtis: ⁊ ipo
ore q̄ paulo an̄ ob necē aduerſarioꝝ dn̄o cā
tauerātꝭ: ſimlācra vobis fieri popoſcitꝭ: ill̄ ocu
lis q̄b⁹ venerādo deū in nube vel igne ꝯſpi
cere ſolebatis: ſimulacra ītuebamī. Māna
quoqꝫ vobis faſtidio fuit. ⁊ ſp i deſto ꝯ dn̄ꝫ
murmuraſtis ad egyptū vn̄ vos māu valida
4.d eiecerat redire cupientes. Quid plura. Ita
pr̄es vr̄i crebra ꝓuocatōe dn̄ꝫ irritauerīt vt
oēs i heremo morerent: nec plus ex ſenior
bus coꝝ q̄ⱥ duo hoīes trā repromiſſiōis ītra
rēt. Sꝫ q̄d ātiq̄ replicam⁹. cū ēt ſi illa minie
feciſſetis ð hoc ſolo nēo vos dignos vēia iu
dicaret ꝙ dn̄m xp̄m ꝓphaꝝ ſp vobis vocibꝫ
repromiſſuꝫ n̄ ſolū ſuſcipe noluiſtis ſꝫ ēt mor
te peſſima pemiſtis. Quē vt noſ cognouim⁹
ſtati credidim⁹. cū nobis ð eo ātea n̄ fuerit ꝑ
dicatū. Vn̄ ꝓbat ꝙ idolī ſuiuim⁹ nō obſtiati
oni mētꝭ: ſꝫ ignorātie ðputādū. Qui.n. cogni
tū ilico ſeq̄mur: oli vtiqꝫ ſeq̄remur ſi ātea co
gnouiſſem⁹. Sic āt vos ð gn̄is nobilitate ia
ctatis q̄ n̄ moꝝ imitatio magis q̄ⱥ carnalis
natiuitas filios vos faciat eē ſcōꝝ. Deniqꝫ
eſau ⁊ iſmahel cū ð ſtirpe ſint abrahe minie
tn̄ i filijs reputātur. His talr̄ altcātib⁹ aplś
ſe mediū iterponēs ita ptiū dirimit qōnes vt
neutrū coꝝ ſua iuſticia ſalutē meruiſſe ꝯfir
met: ābos vō pplos ⁊ ſcient ⁊ grauiter deli
q̄ſſe. Judeos q̄dē ꝙ per p̄uaricationē legis
deū inhonorauerint: gentes vō ꝙ cū cogni
tū ð creatura creatorē vt deū debuerit vene
rari: gloriā ei⁹ ī māufacta mutauerint ſimlā
cra. Vtroſqꝫ ēt ſilr̄ veniā ꝯſecutos: eq̄les eſſe
veriſſima rōne demōſtrat: p̄ſti cū in eadē le
ge p̄dictū ſit ⁊ iudeos ⁊ gētes ad xp̄i fidē vo
cādos eē. Quāobrē viciſſiꝫ eos hūilians ad
pacē ⁊ ꝯcordiā cohortatur.

Explicit ꝓlogus

Incipit argumentum.

R Omāi ſr̄ ptis italie. Hi p̄uēti ſr̄ a fal
ſis aplis: ⁊ ſub noīe dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i i
legē ⁊ ꝓphas erāt iducti. Hos reuocat aplś
ad v̄aꝫ ⁊ euāglicā fidē: ſcribēs eis a corītho.

Explicit argumentuꝫ.

Incipit epiſtola beati pauli apoſtoli ad
romanos. Capitulum. I

P Aulus ſeruus ih̄u xp̄i vocatus A
apoſtolus: ſegregat⁹ in euāge
liū dei qð an̄ ꝓmiſerat ꝑ ꝓphe
tas ſuos in ſcripturis ſāctis de
filio ſuo q̄ factus ē ei ex ſemine dauid ſꝫ car
neꝫ. q̄ p̄deſtinat⁹ ē fili⁹ dei in v̄tute ſm̄ ſpm̄
ſcificatiōis ex reſurrectiōe mortuoꝝ ieſu xp̄i
dn̄i nr̄i ꝑ quē accepim⁹ gratiā ⁊ apoſtolatū
ad obediēdū fidei i oībus gētib⁹ ꝓ noīe eius
i q̄b⁹ eſtis ⁊ vos vocati ih̄u xp̄i: oīb⁹ q̄ ſūt ro
me dilectꝭ dei vocatꝭ ſāctis. Grā vobis ⁊ pax
a deo pr̄e ⁊ dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o. Primū q̄dem
grās ago deo meo ꝑ ih̄m xp̄m ꝓ oīb⁹ vobis
q꞉ fides vr̄a ānunciat i vniuerſo mūdo. Te 2.Timo.1.a
ſtis.n. mihi eſt de⁹ cui ſuio in ſpū meo i euā
gelio filij eius. ꝙ ſine itermiſſione memoriā
vr̄i facio ſemper ī orōnib⁹ meis: obſecrans ſi
quo mō tādē aliq̄n ꝓſperū iter habere in vo
lūtate dī veniēdi ad vos. Deſidero.n. vide B
re vos vt aliq̄d impartiar vobis grē ſpiritalr̄
ad ꝯfirmādos vos.i. ſimul ꝯſolari i vobis ꝑ
eā q̄ inuicē eſt fidē vr̄am atqꝫ meā. Nolo āt

vos ignorare fr̄es:qꝛ sepe ꝓposui venire ad
vos.⁊ ꝓhibitus sū vsq; adhuc.vt aliquē fruc
tū habeā i vobis sič ⁊ i ceťis gētibus.Grecis
barbaris sapientibꝰ:⁊ insipiētibꝰ debitor sum
itaq; qḋ in me ꝓmptū ē ⁊ vobis q̄ rome estis
euangelizare.Nō.n.erubesco euāgeliū.Uir
tus.n.dei ē in salutē oi credēti iudeo primuz
⁊ greco.Justicia.n.dei i eo reuelatur ex fide
Abacuc.2.a in fidē.sicut scriptū ē.Justus āt ex fide viuit.
Hebre.10.g Reuelaꝉ.n.ira dei de celo sup̱ oēm impieta
tē ⁊ iniusticiā hoīum eoꝝ q̄ ṽitatē di in iniu-
sticia detinent:qꝛ qḋ notū est dei.manifestuz
C est i illis.Deꝰ.n.illis māifestauit.Inuisibilia
.n.ipsiꝰ a creatura mūdi p̱ ea q̄ fc̄a sūt itelle-
cta ꝯspiciunꝉ:sēpiťna quoq; eiꝰ ṽtus diuinitas
ita vt sint iexcusabiles.Qꝛ cū cognouissent
deū nō sicut deū glorificauerūt aut gr̄as ege
pietatẽ: i pietate ãt amorẽ frnitatis i amore ãt
frnitatis charitatẽ. Hec. n. si vobiscũ assint ⁊ su
ꝑent: nõ vacuos nec sine fructu vos cõstituẽt
in dñi nr̃i iesu christi cognitione. Cui eniz nõ
ꝓsto sunt hec: cecus est ⁊ manu temptãs: ob-
liuionẽ accipiẽs purgationis veterũ suoꝝ de
lictorũ. Qua ꝓpter fratres magis satagite:
vt ꝑ bona opa certaz vr̃am vocationem ⁊ ele
C ctionẽ faciatis. Hec enim facientes non pec-
cabitis aliqñ. Sic eni abundanter ministra-
bitur vobis introitus in eternũ regnũ dñi ⁊
saluatoris nr̃i iesu christi. Propter qđ vos i
cipiã semꝑ cõmonere de his ⁊ q̃dem scientes
⁊ cõfirmatos vos in p̃nti veritate. Iustũ autẽ
arbitror q̃zdiu sũ in hoc tabernaculo suscita
re vos in ɔmonitione certus q̇ velox est de-
positio tabernaculi mei ſm q̇ ⁊ dñs noster ie
sus christus significauit mihi. Dabo autem
operã ⁊ frequenter habere vos post obitum
meũ: vt hoꝝ oium memoriã faciatis. Nõ eni
indoctas fabulas secuti notã fecimus vobis
dñi nr̃i iesu christi virtutẽ ⁊ prescientiam: sed
speculatores facti illius magnitudinis. Acci- B
piens eni a deo patre honorẽ ⁊ gloriã voce d̃
lapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria mat. 3. d.
hic est filius meus dilectus in quo mihi com mar. i. b.
placui: ipsũ audite. Et hanc vocẽ nos audiui Lu. 3. e.
mus de celo allatã cũ essemus cũ ipso in mõ
te scõ. Et habemus firmiorẽ ꝓpheticũ sermo
nẽ cui benefacitis attendẽtes q̃si lucerne lu-
centi in caliginoso loco donec dies elucescat
⁊ lucifer oriat in cordibus vestris hoc primũ
intelligentes q̇ ois ꝓphetia scripture ꝓpria
interpretatione nõ fit. Non enim voluntate 2. Tio. 3.
humana allata est aliquãdo ꝓphetia: sed spi
ritusancto inspirati locuti sunt scti dei hoies.

FVerũt vero ⁊ pseudo ꝓphete i pp̃lo A
sicut ⁊ in nobis erunt mgr̃i mẽdaces
qui introducẽt sectas ꝑditionis ⁊ eũ
qui emit eos deũ negant: superducentes sibi
celerẽ ꝑditionẽ. Et multi sequent eoꝝ luxu-
rias ꝑ quos via veritatis blasfemabit: ⁊ i aua
ricia fictis verbis d̃ vobis negociabunt. Qui
bus iudiciũ iam olim nõ cessat: ⁊ ꝑditio eoꝝ
nõ dormitat. Si eni deus angelis peccãtibus Job. 4.
nõ pepcit: sed rudentibus iferni detractos in
tartarũ tradidit cruciandos in iudiciũ reser
uari ⁊ originali mũdo nõ pepercit: ſz octauũ B
noe iusticie ꝓconem custodiuit diluuiũ mun Geñ. 7
do impioꝝ inducens ⁊ ciuitates sodomoruz
⁊ gomorreoꝝ in cinerem redigens euersione
dãnauit exemplũ eoꝝ q̃ impie acturi sũt po
nens ⁊ iustũ loth oppressum a nephandoruz Geñ. 19.
iiuria ac luxuriosa cõuersatiõe eripuit. Aspe
ctu eni ⁊ auditu iust9 erat habitãs apud eos
q̃ de die in diẽ aiam iustã iniquis opibus cru
ciabant. Nouit deus pios de tẽptatione eri-
pere: iniquos vero i diẽ iudicij reseruare cru-
ciandos. Magis aũt eos q̃ post carnẽ in cõ-
cupiscentia imunditie ambulant: dñationem
q; cõtemnunt audaces: sibi placentes sectas
nõ metuũt introducere blasphemantes. Vbi
angeli fortitudine: ⁊ virtute cum sint maio-
res: non portant aduersũ se execrabile iudici
um. Hi vero velut irrationabilia peccora na C
turaliter in captionem ⁊ in perniciem in his
que ignorant blasphemantes in corruptio-
ne sua ꝑibunt percicipientes mercedem iusti
cie. Voluptatem existimantes dei delitias co
inquinationis ⁊ macule: delitijs affluen-
tes in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum
oculos habentes plenos adulterij ⁊ incessa
bilis delicti pellicientes animas instabiles:
cor exercitatum in auaritia habẽtes: maledi

ctionis filij derelinquentes rectam viam erra
u.22.e uerunt secuti viam balaam ex bosor q̄ merce
dem iniq̄tatis amauit: correptionem vere ha-
buit sue vesanie. Subiugale mutum animal
B in hominis voce loquens: prohibuit ꝓphe i
de.1.d sipientiam. Hi sunt fontes sine aqua: ⁊ nebu
le turbinibus exagitate quibus caligo tene-
brarum reseruatur. Superbia eni vanitat̄ lo
quentes pelliciunt in desiderijs carnis luxu-
rie eos qui paululū effugiunt: qui in errore
cunuersati libertatem illis promittentes cuz
.8.d. ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis
superatus est huius ⁊ seruus est: Si enim re-
fugientes coinquinationes mundi cogniti-
ōe domini nostri ⁊ saluatoris iesu christi: his
rursus implicati superantur: facta sunt eis
posteriora deteriora prioribus. Melius eni
erat illis non cognoscere viam iusticie: q̄z
post agnitionem retrorsū conuerti ab eo qd
illis traditum est scō mandato. Contigit eni
o.26.b eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad su
um vomitū ⁊ sus lota in volutabro luti. III
A HAnc ecce vobis charissimi secundaz
scribo epistolam in quibus vestram
excito commonitione sinceram men
tem: vt memores sitis eoꝝ que predixi verbo
rum a scīs prophetis ⁊ apostolorum vroꝝ
o.4.a preceptoꝝ domini ⁊ saluatoris. Hoc primuz
o.3.a scientes q̄ venient in nouissimis diebus in de-
ceptione illusores iuxta ꝓprias ↄcupiscētias
ambulantes: dicentes: Ubi ē ꝓmissio aut ad
uentus eius? Ex quo eni p̄res dormierūt oīa
B sic p̄seuerant ab initio creature. Latet.n. eos
hoc volentes q̄ celi erāt prius terra de aqua
⁊ p̄ aquā ↄsistēs dei v̄bo p̄ q̄ ille tunc mund⁹
aqua inundatus perijt. Celi aūt qui nūc sunt
⁊ terra eodē verbo repositi sūt igni seruati in
die iudicij p̄ditionis impioꝝ hoīum. Unū v̄o
h.12.f hoc nō lateat vos charissimi: quia vnus dies
apud dn̄m sicut mille anni: ⁊ mille āni sicut
dies vnus. Nā tardat dn̄s ꝓmissionē suā sicut
C quidā existimāt: sed patienter agit ꝓpter vos
nolēs aliquos perire. s̄z oēs ad pn̄iam reuer
ess.5.a ti. Adueniet aūt dies dn̄i vt fur: in q̄ celi ma-
c.3.a. gno impetu trāsient: elemēta v̄o calore soluē
tur: terra aūt ⁊ que in ipsa sūt op̄a exurentur
Cū igit̄ hec oīa dissoluenda sint q̄les oportet
vos eē in scīs ↄuersationibus ⁊ pietatibus ex
pectātes ⁊ ꝓperantes in aduētū diei dn̄i: per
quē celi ardētes soluent̄ ⁊ elemēta ignis ar-
c.21.a. dore tabescēt. Nouos v̄o celos ⁊ nouā terrā
⁊ ꝓmissa ipsius expectamus: in quib⁹ iustitia
D habitat. Propter qd charissimi hec expectā
tes: satagite imaculati ⁊ inuiolati ei inueniri
in pace ⁊ dn̄i n̄ri iesu xp̄i longanimitatē salu
tē arbitramini: sicut ⁊ charissimus frater n̄r
paulus s̄m datā sibi sapiētiā scripsit vobis: si-
cut ⁊ i oībus ep̄lis: loquēs i eis de his i q̄bus
sūt q̄dā difficilia intellectu: q̄ indocti ⁊ insta
biles: deprauāt: sicut ⁊ ceteras scripturas ad
suā ipsoꝝ p̄ditionē. Uos igit̄ frēs p̄sciētes cu
stodite ne insipiētiū errore traducti excidatis
a ꝓpria firmitate. Crescite v̄o in gr̄a ⁊ i cogni
tione dn̄i n̄ri ⁊ saluatoris iesu xp̄i. Ipsi gl̄ia ⁊
nūc ⁊ in diē eternitatis. Amen.
Explicit ep̄la beati Petri ap̄li secunda. In-
cipit argumētū in epistolā b̄ti Joannis apo
stoli primam.
RAtionem verbi ⁊ q̄ de⁹ ipse sit cha
ritas manifestat: ⁊ susurrones fra-
trū: nec deū scire: nec pios fieri pos
se eo vsq̄z differ: at vt esse cōprobet
homicidas: eo q̄ odiū sit īterfectiōis occasio.
Explicit argumētū. Incipit epistola b̄ti ioan
nis apostoli prima. Capitulū. I
QUod fuit ab initio: quod au A
diuimus quod vidimus ocu
lis nostris qd perspeximus:
⁊ manus n̄re ↄtrectauerūt d̄
verbo vite: ⁊ vita manifesta-
ta ē: ⁊ vidimus ⁊ testamur ⁊
annunciamus vobis vitā eternā q̄ erat apud
patrē: ⁊ apparuit nobis. Quod vidim⁹ ⁊ au
diuimus ⁊ annunciamus vobis: vt ⁊ vos so
cietatē hēatis nobiscū: ⁊ societas n̄ra sit cum
patre ⁊ cū filio eius iesu xp̄o. Et scribimus vo
bis: vt gaudeatis ⁊ gaudium vestrum sit plē Joā.16.e.
nū: ⁊ hec ē annūciatio quā audiuimus ab eo 3.Joā.1.d.
⁊ annūciamus vobis: quoniā deus lux est: ⁊
tenebre in eo non sunt vlle. Si dixerim⁹ q̄m C
societatē habemus cū eo ⁊ in tenebris ambu
lamus: mentimur ⁊ veritatē non facim⁹. Si
āt in luce ambulamus sicut ⁊ ipse est in luce
societatē habemus ad inuicē ⁊ sanguis ih̄u
xp̄i filij eius emundat nos ab omni peccato Hebre.9.d
Si dixerimus: q̄m pecc̄m non habemus: ipsi Apoc.1.b.
nos seducimus ⁊ v̄itas in nobis non est. Si D 2.re.8.e
confiteamur pecc̄a n̄ra fidelis est ⁊ iustus vt 2.Pa.6.g
remittat nobis pecc̄a n̄ra: ⁊ emundet nos ab
omni iniquitate. Si dixerimus q̄m non pec
cauimus mendacem facimus eum: ⁊ verbuz
eius non est in nobis. II.
FIlioli mei: hec scribo vobis vt non A
peccetis. Sed ⁊ si q̄s peccauerit ad
uocatū habemus apud p̄rem iesum
christum iustum. ⁊ ipse est propitiatio ꝓ pec
catis nostris: non pro nostris āt tm̄ sed etiaz
pro totius mundi. Et in hoc scimus q̄m co-
gnouimus eū: si mandata eius obseruam⁹

j.4.d Qui dicit se nosse eum: ⁊ mandata eius non
custodit: mendax est: ⁊ in hoc veritas non est
Qui aũt seruat verbum eius: vere in hoc cha
ritas dei perfecta est: In hoc scimus qm̄ in
ipso sumus. Qui dicit se in xp̄o manere: de-
bet sicut ille ambulauit ⁊ ipse ãbulare. Cha-
rissimi: non mandatũ nouũ scribo vobis: sed
B mandatuz vetus qđ habuistis ab initio. Mã
Joã.13.g datũ vetus ẽ verbũ qđ audistis. Iterũ mãda
tũ nouũ scribo vobis: qđ verũ ẽ ⁊ in ip̄o ⁊ i vo
bis qꝛ tenebre trãsierũt ⁊ verũ lumẽ iã lucet.
j.4.b Qui dicit se i luce ẽẽ: ⁊ frẽm suũ odit: i tene-
bris ẽ vsqꝫ adhuc. Qui diligit frẽm suũ in lu
Leui.19.c. mine manet ⁊ scãdalũ i eo ñ ẽ. Qui aũt odit
.3.c. frẽm suũ: i tenebris ẽ ⁊ i tenebris ãbulat: ⁊ ne
scit quo eat: qꝛ tenebre obcecauerunt oculos
eius Scribo vobis filioli qm̄ remittũt vobis
pctã vr̃a ꝓpter nomẽ eius. Scribo vobis pa
tres qm̄ cognouistis eũ q̇ ab initio ẽ. Scribo
vobis adolescẽtes: qm̄ vicistis malignũ. Scri
bo vobis ĩfantes: qm̄ cognouistis prẽꝫ. Scri
bo vobis iuuenes: qm̄ fortes estis: ⁊ v̇buꝫ dei
manet in vobis: ⁊ vicistis malignum. Nolite
C diligere mundũ: neqꝫ ea q̄ in mundo sũt. Si
q̇s diligit mundũ: nõ est charitas pr̃is in eo.
Qm̄ oẽ qđ ẽ in mũdo ꝯcupiscẽtia carnis ẽ ⁊
ꝯcupiscẽtia oculoꝝ: ⁊ supbia vite q̄ nõ est ex
prẽ: sed ex mũdo est. Et mũdus trãsit ⁊ ꝯcupi
scentia ei⁹. Qui aũt facit volũtatẽ dei manet
in eternũ. Filioli: nouissima hora est. Et sicut
audistis: qꝛ antichristus venit: nũc antichristi
multi facti sunt. Unde scimus qꝛ nouissima
hora ẽ. Ex nobis ꝓdierũt: sꝫ nõ erãt ex nobis
Nã si fuissẽt ex nobis ꝑmãsissẽt vtiqꝫ nobiscũ
sꝫ vt manifesti sint: qm̄ nõ sũt oẽs ex nobis. sꝫ
vos vnctionẽ hẽtis a scõ: ⁊ nostis oĩa. Non
scripsi vobis q̄si ignorãtib⁹ v̇itatẽ: sꝫ q̄si sciẽti
bus eã: ⁊ qm̄ oẽ mẽdaciũ ex v̇itate nõ ẽ. quis
est mẽdax nisi is q̇ negat qm̄ iesus nõ ẽ xp̄s.
D Hic ẽ antichristus q̇ negat prẽm ⁊ filiũ. Ois
q̇ negat filiũ: nec prẽm hꝫ: q̇ ꝯfitetur filium ⁊
patrẽ hꝫ. Uos qđ audistis ab initio: in vobis
ꝑmaneat: qꝛ si i vobis ꝑmãserit qđ audistis ab
initio: ⁊ vos i filio ⁊ patre manebitis. Et hec
est repromissio quã ipse pollicitus ẽ nobis vi
tã eternã. Hec scripsi vobis ꝺ his q̇ seducunt
vos: ⁊ vos vnctionẽ quã accepistis ab eo ma
neat i vobis. Et nõ necesse hẽtis vt aliq̇s do-
ceat vos: sed sicut vnctio ei⁹ docet vos ꝺ om
ni b⁹: ⁊ verũ est: ⁊ non est mendaciuꝫ. Et sicut
docuit vos manete in eo. ⁊ nũc filioli manete
i eo: vt cũ appuerit hẽam⁹ fiduciã: ⁊ nõ ꝯfun
damur ab eo i aduẽtu ei⁹. Si scitis qm̄ iust⁹ ẽ:
scitote qm̄ ⁊ ois q̇ facit iustitiã: ex ip̄o nat⁹ ẽ.
A Uidete qualẽ charitatẽ dedit III
nobis pr̃ vt filij dei noiemur ⁊ sim⁹.

Propter hoc mũdus nõ nouit nos: qꝛ nõ no
uit eũ. Charissimi: nũc filij dei sum⁹: ⁊ nõduꝫ
apparuit: q̇d erimus. Scimus qm̄ cũ apparu
erit: siles ei erim⁹ qm̄ videbim⁹ eũ sicuti ẽ. Et
ois q̇ hꝫ hãc spem in eo: sãctificat se sicut ⁊ il
le sãctus ẽ. Ois qui facit pctm̄ ⁊ iniquitatem
facit. Et pcm̄ est iniquitas. Et scitis qꝛ ille ap Esa.53.b.
paruit vt pctã tolleret ⁊ pcm̄ in eo est nõ est. 1.Pe.2.
Ois qui in eo manet nõ peccat. Et ois q̇ pec
cat ñ vidit eũ nec cognouit eũ. Filioli: nemo B
vos seducat. Qui facit iustitiã iust⁹ est: sicut Apoc.22.
⁊ ille iustus ẽ. Qui facit peccatũ ex diabolo
est: qm̄ ab initio diabolus peccat. In hoc ap Joh.8.
paruit filius dei: vt dissoluat opera diaboli.
Ois qui natus est ex deo pcm̄ nõ facit: qm̄ se
men ipsius in eo manet: ⁊ nõ põt peccare qm̄
ex deo natus est. In hoc manifesti sũt filij dei
⁊ filij diaboli. Ois q̇ nõ est iustus nõ ẽ ex ꝺo.
⁊ q̇ nõ diligit frẽm suũ Qm̄ hec ẽ annuucia-
tio quã audistis ab initio vt diligatis alter-
utrũ. Nõ sicut cayn q̇ ex maligno erat. ⁊ occi Gen.4.b
dit frẽm suũ. Et ꝓpter q̇d occidit eum. Qm̄ C
opa eius maligna erãt. fr̃is aũt eius iusta. no Joh.15.c
lite mirari frẽs si odit vos mund⁹. Nos sci-
mus qm̄ trãslati sumus de morte ad vitã. qm̄
diligimus frẽs. Qui nõ diligit manet i mor Leui.19.
te. Ois q̇ odit frẽm suũ homicida ẽ. Et scitis s.2.b.
qm̄ ois homicida nõ hꝫ vitã. vitã eternã in se
manentẽ. In hoc cognouim⁹ charitatẽ dei: Joh.15.b
qm̄ ille aiam suã ꝓ nobis posuit: ⁊ nos debe-
mus ꝓ fr̃ibus aias põere. Qui habuerit sub
stantiã huius mũdi: ⁊ viderit frẽm suum ne-
cess e hr̃e: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quõ ca
ritas dei manet in eo. Filioli mei ñ diligam⁹ D
v̇bo neqꝫ lingua: sed opere ⁊ veritate. In hoc
cognoscim⁹ qm̄ ex veritate sum⁹: ⁊ i ꝯspectu
eius suadebim⁹ corda nr̃a. Qm̄ si reprehẽde Job.27.b.
rit nos cor nr̃m: maior ẽ de⁹ corde nr̃o: ⁊ no Joh.16.
uit oia. Charissimi: si cor nr̃m nõ rephẽderit
nos: fiduciam hẽmus ad deũ: ⁊ q̇cq̇d petieri
mus accipiemus ab eo. qm̄ mãdata eius cu-
stodimus: ⁊ que sunt placita corã eo facim⁹
Et hoc ẽ mãdatũ eius vt credamus in noie fi Joh.15.c
lij eius iesu xp̄i: ⁊ diligamus alterutruꝫ sicut j.4.c
dedit mandatum nobis. Et qui seruat mãda
ta eius in illo manet: ⁊ ipse in eo. Et i hoc sci
mus: qm̄ manet in nobis de spiritu quem de
dit nobis. IIII
A Charissimi: nolite omni spiritui crede
re: sed ꝓbate spũs si ex deo sint: quo
niam multi pseudo ꝓphete exierunt
in mũdũ. In hoc cognoscitur spũs dei. Omnis
spiritus qui confitetur iesum christum in car
ne venisse: ex deo est. Et omnis spiritus q̇ sol
uit iesum ex deo non est: ⁊ hic est antichrist⁹

5.8.f. de quo audistis qm̃ venit ꝛ nūc iā in mundo
est. Uos ex deo estis filioli: ꝛ vicistis eū qm̃
maior est q̄ in vobis est. ꝙ qui in mundo ip
5.8.f. si de mundo sunt: ideo de mūdo loquuntur
ꝛ mundus eos audit. Nos ex deo sumꝰ. Qui
B nouit deū audit nos q̄ nō est ex deo non au-
dit nos. In hoc cognoscimus spūm ṽitatis ꝛ
spm̃ erroris. Charissimi: diligamus nos inui
cē qꝛ charitas ex deo est. Et oīs qui diligit:
ex deo natꝰ est: ꝛ cognoscit deū. Qui nō dili-
git: non nouit deū: qm̃ deus charitas est. In
hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̃ filiū
5.3.b suū vnigenitū misit deꝰ in mundū vt viuamꝰ
ꝑ eū. In hoc est charitas: nō quasi nos dile-
C xerimꝰ deū: sed qm̃ ipse prior dilexit nos ꝛ mi
5.1.b. sit filiū suū propitiationē ꝓ pctīs nostris. Cha
.6.c rissimi si deus dilexit nos: ꝛ nos debemus al-
terutrū diligere. Deū nēo vidit vnq̄. Si dili
gamꝰ inuicē: deꝰ in nobis manet ꝛ charitas
eius in nobis ꝑfecta est. In hoc cognoscimꝰ
qm̃ in eo manemus ꝛ ipse in nobis qm̃ de spi
ritu sctō suo dedit nobis ꝛ nos vidimꝰ ꝛ testi
ficamur qm̃ pr̃ misit filiū suum saluatorē mū
di. Quisquis ꝯfessus fuerit qm̃ iesus est filiꝰ
dei: deꝰ in eo manet ꝛ ipse i deo ꝛ nos cogno
uimus ꝛ credidimꝰ charitati quā hȝ deus in
D nobis. Deus charitas est: ꝛ q̄ manet in chari
tate i deo manet: ꝛ deus i eo. In hoc ꝑfecta ē
charitas dei nobiscū vt fiduciam habeamus
i die iudicij: qꝛ sicut ille est ꝛ nos sumꝰ in hoc
mundo. Timor nō est in charitate: sed ꝑfecta
charitas foras mittit timorē: qm̃ timor penā
hȝ. Qui aūt timet nō est ꝑfectus i charitate.
.ꝛ.b. Nos ergo diligamus deū: qm̃ deus prior di-
.13.d lexit nos. Si q̄s dixerit: qm̃ diligo deū ꝛ frēȝ
suū oderit: mendax est. Qui enim nō diligit
frēm suū quēȝ videt deū quem nō videt quō
pōt diligere. Et hoc mandatū habemꝰ a deo
A Ovt qui diligit deū diligat ꝛ frēm suū.
Omnis q̄ credit qm̃ iesus est chri V
stus ex deo natus est. Et omnis qui
diligit eū qui genuit. diligit ꝛ eū q̄ natus est
ex eo. In hoc cognoscimꝰ qm̃ diligimꝰ natos
dei cū deū diligamꝰ: ꝛ mādata eius faciamꝰ.
Hec enī est charitas dei vt mandata eius cu
.15.s stodiamꝰ ꝛ mandata eiꝰ grauia nō sūt. Qm̃
oē quod natū est ex deo vincit mundū ꝛ hec
B est victoria que vicit mūdū fides nr̃a. Quis
est autē qui vincit mundum nisi qui credit:
qm̃ iesus est filius dei. Hic est qui venit per
aquā ꝛ sanguinē iesus christus. Non i aqua
solū sed in aqua ꝛ sanguine. Et spūs est q̄ te-
stificat: qm̃ christus est veritas. Qm̃ tres sūt
qui testimoniū dant in celo: pater: verbum: ꝛ
spūssctūs: ꝛ hi tres vnū sunt. Et tres sunt q̄ te-
stimoniū dāt i t'ra: spūs. aqua. ꝛ sāguis ꝛ hi tres
vnū sūt. Si testimoniū hoīum accipimꝰ testimoniū dei
maiꝰ est. Qm̃ hoc est testimoniū dei qd̄ maius
est: qm̃ testificatus est de filio suo. Qui credit Joh.5.d.
in filiū dei habet testimoniū dei in se. Qui n̄
credit filio mendacē facit eū: qꝛ non credit i
testimoniū qd̄ testificatus est deꝰ de filio suo.
Et hoc est testimoniū qm̃ vitam eternā dedit C
nobis deus: ꝛ hec vita in filio eius ē. Qui hȝ
filium dei: habet vitam: qui nō habet filium
dei: vitam nō habet. Hec scribo vobis vt scia
tis quoniā vitam habetis eternā qui creditis
in noīe filij dei. Et hec est fiducia quā habemꝰ
ad deū qꝛ qd̄cunq̄ petierimus s̄m volunta-
tem eius audit nos. Et scimus qꝛ audit nos:
quicq̄d petierimus: Scimus qm̃ habemꝰ pe
titiōes quas postulamus ab eo. Qui scit fra
trem suū peccare pctm̄ nō ad mortem. petat
ꝛ dabit ei vita peccanti non ad mortē. Et pec D
catū ad mortē n̄ ꝓ illo dico vt roget q̄s. Oīs
iniq̄tas peccatū est: ꝛ est peccatū ad mortem.
Scimꝰ qꝛ oīs: qui natus est ex deo nō peccat
sed generatio dei conseruat eū: ꝛ malignꝰ nō
tanget eū. Scimus qm̃ ex deo sumꝰ: ꝛ mūdus
totus in maligno positus est. Et scimus. qm̃ fi
lius dei venit ꝛ dedit nobis sensum: vt cogno
scamus deū verum: ꝛ simus in vero filio eius
Hic est verus deus ꝛ vita eterna. Filioli cu-
stodite vos a simulacris.

Explicit epistola beati. Johis apostoli. pria
Incipit argumentum in epistolam eiusdem
secundam.

VSq̄ adeo ad sanctam feminam scri
bit: vt eandē dn̄am non dubitet lr̃is
appellare eiusdēq̄ filijs testimoniūȝ
ꝙ ambulent in veritate ꝑhibet.

Explicit argumentū. Incipit epl̄a beati. Jo
hannis apl̄i secunda. Cap. I

SEnior electe dn̄e ꝛ natis eius
quos ego diligo in veritate: A
ꝛ non ego solus: sed ꝛ oēs q̄
cognouerūt ṽitatē ꝓpter ve
ritatem que ꝑmanet i vobis
ꝛ vobiscum erit in eternum.
Sit vobiscū gratia misericordia pax a deo pa
tre: ꝛ a christo iesu filio patris in ṽitate ꝛ cha
ritate. Gauisus sum valde quoniā inueni de B
filijs tuis ambulantes in veritate sicut man-
datum accepimus a patre. Et nunc rogo te
dn̄a non tanq̄ mandatū nouum scribēs tibi
sed qd̄ habuimus ab initio vt diligamus al-
terutrū. Et hec est charitas vt ambulemꝰ s̄m
mādata eiꝰ. Hoc enī ē mādatū: vt quē admo-

dum audistis ab initio in eo ambuletis:qm̄
multi seductores exierunt in mundum qui
non confitentur ih̄m xp̄m venisse in carnem
C Hic est seductor ꝛ antichristus. Uidete vos-
metipsos ne ꝑdatis q̄ opati estis sed vt mer-
cedem plenā accipiatis. Ois q̄ recedit ꝛ nō ꝑ
manet in doctrina xp̄i:deū non h̄z. Qui per
manet in doctrina hic p̄rē ꝛ filiū h̄z. Si q̄s
venit ad vos ꝛ hanc doctrinā non affert:no
lite recipe eū in domum nec aue ei dixeritis.
Qui.n.dicit illi aue coicat opibus eius ma
D lignis. Ecce ꝓdixi vobis vt in die dn̄i nō con
fundamini. Plura h̄ n̄s vobis scribere no-
lui:per chartā ꝛ attramentum. Spero.n.me
futurū apud vos:ꝛ os ad os loqui:vt gaudiū
Joh.16.f v̄rm plenum sit. Salutant te filij sororis tue
1.Jo.1.b electe.

Explicit ep̄la b̄ti Joannis ap̄li scd̄a.

Incipit argumētū in ep̄lam eiusdē tertiam

Gaiū pietatis eā extollit atq; vt in ip
sa pietate maneat exhortat̄ diotre
pem ipietatis ꝛ sup̄bie eā obiurgat
demetrio āt bonū testimoniū ꝑhi
bet cū f̄ribus vniuersis.

Explicit argumentū. Incipit ep̄la beati
Joannis apostoli tertia. Cap̄lm I

A Senior:gaio charissimo quē
ego diligo i v̄itate. Charissi-
me de oib⁹ orōnē facio ꝓspe
te igredi ꝛ valere:sicut ꝓspe
agit aīa tua. Gauisus sū val
de veniētib⁹ f̄rib⁹ ꝛ testimōiū
ꝑhibēťib⁹ v̄itati tue:sicut tu
B in v̄itate ābulas. Maiorē hoꝝ nō hēo grām
q̄ȝ vt audiā filios meos in v̄itate ambulare.
Charissime:fidel̄r facis q̄cq̄d oparis i f̄res ꝛ
hoc in ꝑegrinos q̄ testimoniū reddiderunt
charitati tue in ꝯspectu eccl̄ie:q̄s b̄n faciens d̄
ducēs digne deo. Pro noīe.n.ei⁹ ꝓfecti sūt:
C nihil acipiētes a gētilib⁹. Nos ergo debem⁹
suscipe huiusmōi:vt cooꝑatores sim⁹ v̄itatis.
Scripsissē forsitan eccl̄ie:sed is q̄ amat ꝑma-
tū gerere i eis diotrepes:n̄ recipit nos. Pro
pter hoc si venero ꝯmoneā eius opa q̄ facit:
v̄bis malignis garriēs in nos. Et q̄si non ei
ista sufficiāt:neq; ipse suscipit f̄res:ꝛ eos qui
suscipiūt ꝓhibet ꝛ de eccl̄ia eijcit. Charissime
D noli imitari malū:s; qd̄ bonū est. Qui b̄n fa-
cit:ex deo est:q̄ male facit nō videt deū. De
metrio testimoniū reddit̄ ab oībus ꝛ ab ipsa
v̄itate:sed ꝛ nos testimoniū ꝑhibem⁹:ꝛ no-
sti q̄m testimoniū n̄rm veꝝ ē. Multa habui
tibi scribere:sed nolui ꝑ attramentū ꝛ cala-
mū scribere tibi. Spero āt ꝓtinus te videre
ꝛ os ad os loq̄mur. Pax tibi. Salutant te
amici. Saluta tu amicos noiatim.

Explicit ep̄la b̄ti Johannis ap̄li tertia.

Incipit argumentū in ep̄lam b̄ti Jude ap̄li.

Judas ap̄ls:f̄res de corruptorib⁹
vie v̄itatis ita informat:vt illicitū
esse dissertet q̄ sub iugo semel eru
tos seruitutis denuo operā suam
officijs nouare seruilibus.

Explicit argumentum. Incipit epistola
beati Jude apostoli. Cap̄lm I

A Judas iesu xp̄i seruus:frater
āt iacobi his q̄ sūt in deo p̄re
dilectis:ꝛ xp̄o ih̄u conseruatis
ꝛ vocatis. Misericordia vo-
bis ꝛ pax ꝛ charitas adimple
at. Charissimi:oēȝ sollicitu
dīfaciēs scribēdi vobis d̄ cō
muni vestra salute:necesse habui scribere vo
bis deprecans supercertari semel tradite sā-
ctis fidei. Subintroierunt.n.q̄dā hoīes qui
olim prescripti sunt in hoc iudiciū impij dn̄i
B nostri gratiam transferentes in luxuriam ꝛ
solum dn̄atorē ꝛ dominum nostrum iesum
christum negantes. Cōmonere āt vos volo
scientes semel: omnia quoniam iesus ppl̄m
de terra egypti saluans:secundo eos qui nō
crediderunt perdidit. Angelos vero q̄ non
seruauerunt suum principatum:sed dereliq̄-
runt suū domicilium: in iudicium magni d̄i
vinculis eternis sub caligine reseruauit. Si
cut sodoma ꝛ gomorra ꝛ finitime ciuitates
simili modo exfornicate:ꝛ abeuntes p⁹ car
C nem alteram:facti sunt exemplum:ignis eter-
ni penam sustinentes. Similiter.ꝛ hi carnē
quidem maculant dominationem autem sp̄
nunt:maiestatem autem blasphemant. Cū
michael archangelus cum diabolo dispu-
tans altercharetur de moysi corpore:non ē-
ausus iudicium inferre blasphemie:sed di-
xit. Imperet tibi deus. Hi autem quecun
q; quidem ignorant blaffemant:quecunq;
D autem naturaliter tanq̄ȝ muta animalia no
runt:in his corrumpuntur. Ue illis qui in
via cayn abierunt:ꝛ errore balaam mercede
effusi sunt:ꝛ in contradictiōe chore abierūt
Hi sunt in epulis suis macule ꝯuiuātes:sine 2.Pe.2.d
timore semetipsos placētes:nubes q̄ sine aq̄
que a ventis circunferunt̄:arbores:autūna-
les infructuose: bis mortue:eradicate: flu-
ctus feri maris: despumantes suas confusi-
ones:sidera errantia:quibus procella tene-

brarum seruata ē in eternū. Prophetauit āt
E ⁊ de his septimus ab adaz enoch: dicēs. Ecce
1.b. venit dn̄s in sctis milibus suis facere iudiciū
cōtra oēs. ⁊ arguere oēs impios de omnibus
opibus ipietatis eoꝝ quib⁹ impie: egerūt ⁊ de
oibus duris que locuti sūt cōtra deū peccato
res impij. Hi sūt murmuratores q̄rulosi: ſm
desideria sua ambulātes ⁊ os eoꝝ loquit̄ sup
biā: mirantes psonas questus cā. Uos aūt ca
rissimi memores estote verboꝝ que pdicta sūt
F ab aplis dn̄i nostri iesu christi: qui dicebāt vo
i.4.a bis qm̄ in nouissimis tēporibus veniēt illuso
i.3.a res ſm desideria sua ambulātes in ipietatib⁹
e.3.a Hi sūt q̄ segregant semetipso: animales: spi
ritū nō habētes. Uos aūt charissimi supedifi
cātes vosmetipsos sanctissime nostre fidei in
spūsancto orātes: vosmetipsos i dilectione dei
seruate expectantes misericordiaz dn̄i nostri
G ihū xp̄i in vitam eternā. Et hos quidē argui
te iudicatos: illos vō saluate de igne rapien
tes. Alijs aūt miseremini i timore odientes ⁊
eā q̄ carnalis est maculatā tunicā. Ei aūt qui
potens est vos cōseruare sine peccato: ⁊ con
stituere añ conspectū glorie sue imaculatos i
exultatione in aduētu domini nostri ihū xp̄i
soli deo saluatori nostro: per iesū christū dn̄z
nostrum gloria ⁊ magnificētia: imperum ⁊
potestas ante omnia secula: ⁊ nunc ⁊ oia se
cula seculorum. Amen.

Explicit epl'a bti. Jude apostoli. Incipit p
logus in Apocalypsim beati. Johis apostoli

3.c. OMnes qui pie volūt viuere
2.a. in xp̄o: sicut ait apl's: psecutio
nem patient̄: iuxta illud. Fili
accedēs ad seruitutē dei: sta i
timore ⁊ ppara aiam tuaz ad
tēptationem. Tēptatio nāq3
est vita hois sup terrā. Ne aūt fideles deficiāt
28.b in his ꝯsolat̄ eos dn̄s atq3 ꝯfirmat dicēs. Uo
biscum sum vsq3 ad cōsūmationē seculi: ⁊ no
lite timere pusillus grex. Propterea videns
deus pater tribulatiōes q̄s passura erat eccle
sia ab aplis fundata supra petrā christū vt mi
nus timeat disposuit vno cum filio ⁊ spūsctō
eas reuelare. Reuelauit autem tota trinitas
christo ſm humanitatem. Christus vero io
hāni per angelū. Johannes ecclesie: de qua
reuelatione hunc librum composuit. Unde
⁊ liber iste Apocalypsis dicit̄ id est reuelatio
q2 hic cōtinent̄ que reuelauit iohanni ⁊ iohā
nes ecclesie: quanta scilicet ecclesia passa sit i
tpe primitiuo: ⁊ nunc patiat̄ ⁊ nouissime tē
poribus antichristi passura sit quando tanta
erit tribulatio: vt si fieri posset etiam mouean
tur electi. Et que pro his ⁊ nunc ⁊ in futuro
pmia sit susceptura vt quos denunciata sup
plicia terrent pmissa premia letificet. Ideo
iste liber inter reliquas scripturas noui testa
menti prophetie noie cēsetur que alijs est ex
cellētior pphetijs. Sicut enim nouum testa
mentū prestat veteri: euangeliū legi: ita hec
pphetia prophetijs veteris testamenti: q2 de
christo ⁊ ecclesia magna ex parte iam adim
pleta sacramēta denunciat vel etiam ideo q2
cū alijs vnifaria: isti triphariā data est pphe
tia simul scilicet pterito et pñti ⁊ futuro. Ad
cuius confirmandam auctoritatē occurrit iā
auctoritas mittētis deferentis ⁊ accipientis
Mittētis scilicet trinitatis: ⁊ dferētis scilicet
angeli ⁊ accipiētis scilicet iohannis. Cū aūt
iohāni hec in visione fuerunt reuelata: ⁊ sint
tria genera visionū: sub quo genere continea
tur vidēdum est. Uisio eni alia corpalis quā
do videlicet corporalibus oculis aliq̄d vide
mus. Alia spūalis seu imaginaria cū videli
cet dormiētis vel vigilantes imagines reruz
cernim⁹ q̄b⁹ aliq̄d significat̄: sicut vidit pha
rao spicas ⁊ moyses rubum ardere: ille dor
miens iste vigilans. Alia intellectualis: quā
do videlicet spūsancto reuelante intellectui
mētis veritatem mysterioꝝ sicut est capimus
quō vidit iohannes que in hoc libro referun
tur. Non eni figuras tm̄ spū vidit: sed ⁊ earū
significata mente intellexit. Uidit aūt iohan
nes ⁊ scripsit in pathmos insula relegatus a
domitiano in exilio principe impijssimo: hac cū
ad scribendū compellente causa: q2 duz exul
teneret̄ a domitiano in pathmos isula in ec
clesijs q̄bus perat multa pullulaft atq3 inole
uerunt vitia atq3 diuerse hereses. Erant enim
q̄dā heretici ibi dicētes christū nō fuisse ante
mariā q2 tēporalit̄ de ea natus erat quos io
hānes in principio euāgelij sui redarguit di
cēs. In principio erat verbū. Et in hoc libro Joh.i.a.
cū dicit: alpha ⁊ o. i. principiuz ⁊ finis. Dice
bant etiā q̄dam ecclesiā pondere tribulatio
num añ finē seculi desituram. ⁊ p labore nō
premiū eternum suscepturā. Horū ergo erro
res volens destruere iohannes: ondit christū
pricipiū esse ⁊ finē. Unde esaias. Añ me nō ē
formatus deus. ⁊ post me nō erit. Et ecclesiaz Esa.43.b.
p exercitiū tribulationū non desinere: sed pfi
cere ⁊ p his brauiū eternū recipe. Scribit āt
iohānes septē ecclesijs asie: ⁊ earum septem
epis de pdictis instruēs: ⁊ in eis per eā totaz
generalem ecclesiam docens. Est itaq3 mate
ria iohannis in hoc opere status spālitcr asia
ne ecclesie: necnon ⁊ totius videlicet que in

p̄n̄ti patiatur:⁊ in futuro receptura sit. Intē
tio vero eius est monere ad patientiam q̄ ser
uanda est tū qꝛ breuis labor tū qꝛ premium
magnū. Modus tractādi talis: prio p̄mittit
ꝓlogū ⁊ salutationē vbi reddit auditores be
nignos ⁊ attētos: quo p̄missō accedit ad nar-
rationē. Añ narrationem vero oñdit christū
esse ab eterno sine pricipio ⁊ fine. Inducēs ip
Apoc.22.c sum loquentē. Ego sum alpha ⁊ o .i. pricipiū
⁊ finis. Postea accedens ad narrationē di-
stinguit septē visiones q̄bus terminatis iste
liber ꝯsūmatur. Premittit aūt ꝓlogū dicēs
Apoc.1.a. Apocalypsis iesu christi subaudis hic ē sicut
i alijs: visio esaie hec ē: ⁊ pabole salomōis sīt h̄

Item alius ꝓlogus in Apocalypsim.

Iohannes apl's ⁊ euāgelista
a christo electus atqꝫ dilect⁹
in tāto amore dilectiōis vbe-
Joh.13.f rior habit⁹ est vt i cena supra
Ibidez.19.e pectus ei⁹ recūberet ⁊ ad cru
cem astāti soli matrē ꝓpriaz
Joh.1.a. cōmendasset vt quē nubere volentē ad āple
xum v̓ginitatis asciuerat ipsi etiā custodien-
dā virginē tradidisset. Hic itaqꝫ cū propter v̓
bum dei ⁊ testimoniū iesu christi i pathmos
insulā sortiret̃ exilium: illic ab eodem apoca
lypsis ꝑostensa describit̃: vt sicut in principio
canonis .i. libri geneseos incorruptibile prin
cipiū prenotat̃: ita etiā incorruptibilis' finis
p virginē in apocalypsi redderetur: dicentis
Apo.22.c Ego sū alpha ⁊ o: initiū ⁊ finis. Hic est iohan
nes qui sciens supuenisse sibi diem egressio-
nis de corpore cōuocatis in ephesō discipulis
descendit in defossuz sepulture suū locū: oro
neqꝫ cōpleta reddidit spm̄: tam a dolore mor
tis factus extraneus: q̄z a corruptione carnis
noscit̃ alien⁹. Cui⁹ tū scripture dispositio; vel
libri ordinatio iō a nobis per singula non ex
ponit̃ vt nescientib⁹ inq̄rendū desideriū col-
locet̃: ⁊ q̄rentib⁹ laboris fructus ⁊ deo magi
sterij doctrina seruetur

Explicit ꝓlogus. Incipit argumentū.

Apocalypsis Iohannis tot hēt sacra
quot v̓ba. Parū dixi ⁊ ꝓ merito vo
luminis laus ois inferior est. In ver
bis singulis multiplices latent intelligētie.

Explicit argumentū. Incipit liber Apoca-
lypsis beati Iohānis apostoli. Capl'm. I

A Apocalypsis iesu christi quā
dedit illi deus palam facere
seruis suis que oportet fieri
cito ⁊ significauit mittēs per
angelū suū seruo suo iohāni
q̄ testimoniū phibuit verbo
J.22.b. dei ⁊ testimoniū iesu xp̄i q̄cunqꝫ vidit. Bea
tus qui legit ⁊ audit verba ꝓphetie huius ⁊
seruat ea q̄ in ea scripta sunt. Tēpus enim ꝓ- J.22.c
pe est. Iohannes septē ecclesijs que sūt i asia
Gratia vobis ⁊ pax ab eo q̄ ē ⁊ qui erat ⁊ q̄ B
vēturus est ⁊ a septem spiritibus qui in ꝯspe
ctu throni eius sunt: ⁊ a iesu christo qui est te
stis fidelis primogenitus mortuoꝝ ⁊ priceps
regū terre qui dilexit nos: ⁊ lauit nos a pctis Hebr.9
nr̄is in sanguine suo: ⁊ fecit nos regnum ⁊ sa 1.Joh.1
cerdotes deo ⁊ patri suo. Ipsi gloria ⁊ impe
rium in secula seculorum. Amen. Ecce venit Esa.3.c
cum nubibus ⁊ videbit eum ois oculus: ⁊ q̄ mat.24
eum pupugerunt. Et plangent se sup eū oēs Jude.1
tribus terre: etiā amen. Ego sum alpha ⁊ o: J.22.c
principiū ⁊ finis dicit dn̄s deus qui est ⁊ qui
erat ⁊ qui venturus est oipotens. Ego ihoan
nes frater vester ⁊ pticeps in tribulatione ⁊ C
regno ⁊ patiētia i iesu christo: fui in insula q̄
appellat̃ pathmos ꝓpter verbū dei: ⁊ testio-
niū iesu. Fui in spū i dn̄ica die. Et audiui post J.4.a
me vocē magnā tanq̄ꝫ tube dicentis. Quod
vides scribe in libro: ⁊ mitte septē ecclesiis q̄
sunt in asia ephesō ⁊ smyrne ⁊ pgamo ⁊ thia
tyre ⁊ sardis ⁊ philadelphie ⁊ laoditie. Et cō
uersus sū vt viderem vocez que loquebatur
mecum. Et conuersus vidi septem candela-
bra aurea: ⁊ in medio septem candelabrorū
aureorū similem filio hominis vestitum po-
dere: ⁊ precinctum ad mamillas zona aurea
Caput autem eius ⁊ capilli erant candidi tā
q̄z lana alba: ⁊ tanq̄ꝫ nix. ⁊ oculi ei⁹ velut flā- J.2.e.⁊
ma ignis ⁊ pedes eius silis auricalcho sicut 19.c
in camino ardenti: Et vox illius tanq̄ꝫ vox aq̄ D
rum multarū ⁊ habebat i dextera sua stellas
septem. Et de ore eius gladius vtraqꝫ parte J.19.c
acutus exibat: ⁊ facies eius sicut sol lucet in mat.17
virtute sua. Et cum vidissem euz cecidi ad pe
des eius tanq̄ꝫ mortuus. Et posuit dexteram
suam sup me dicens. Noli timere. Ego sū pri Esa.44
mus ⁊ nouissimus ⁊ viuus: ⁊ fui mortuus et J.22.c
ecce sum viuens i secula seculoꝝ ⁊ habeo cla
nes mortis ⁊ inferni. Scribe ergo que vidisti Esa.22
⁊ que sūt: ⁊ que oportet fieri post hec. Sacra- Job.11.c
mentum septem stellarum quas vidisti in de J.3.b
xtera mea: ⁊ septem candelabra aurea septez
stelle angeli sunt septem ecclesiarū: ⁊ cande-
labra septē: septē ecclesie sunt. II

Et angelo ephesi eccl'ie scribe. Hec di A
cit q̄ tenet septē stellas i dextera sua
qui ambulat in medio septē candelabroꝝ au
reoꝝ. Scio opera tua ⁊ laborē ⁊ patiētiaz tu
am: ⁊ quia non potes sustinere malos. Et tē-
ptasti eos q̄ se dicūt apostolos eē ⁊ nō sūt ⁊ in
uenisti eos mēdaces. Et patiētiā hēs ⁊ sustinui
sti pp nomē meū: ⁊ n̄ defecisti. Sed hēo aduer

B sum te pauca: ꝙ charitatẽ tuam primã reliq
sti. Memor esto itaqꝫ vñ excideris: ⁊ age pe
.3.a. nitentiã: ⁊ prima opa fac. Sinaũt venio tibi
3.a. ⁊ mouebo cãdelabꝝ tuum de loco suo: nisi
pniam egeris. Sed hoc habes qꝛ odisti facta
nicolaitaꝝ: q̃ ego odi. Qui hꝫ aurẽ ⁊ audiat
quid spũs dicat eccl'ijs. Vincẽti dabo edere
de ligno vite: quod ẽ i paradiso di mei. Et an
C gelo smyrne eccl'ie scribe. Hec dicit prim⁹ ⁊
nouissimus: qui fuit mortu⁹ ⁊ viuit. Scio tri
bulationẽ tuam ⁊ paupertatẽ tuam: sꝫ diues
es ⁊ blasfemaris ab his q̇ se dicũt iudeos eẽ
⁊ nõ sũt sꝫ sunt synagoga sathane. Nihil hoꝝ
timeas que passurus es. Ecce missurus ẽ dia
bolus aliquos ex vobis in carcerẽ vt tempte
mini ⁊ habebitꝭ tribulationẽ dieb⁹ decẽ. esto
fidelis vsqꝫ ad mortẽ: ⁊ dabo tibi coronã vite
.3.a. Qui hꝫ aurẽ audiat: q̇d spũs dicat eccl'ijs. q̇
D vicerit: nõ ledet a morte scda. Et angelo pga
mi eccl'ie scribe. Hec dicit q̇ hꝫ rhõpheam ex
vtraqꝫ pte acutã Scio vbi habitas: vbi sedes
ẽ sathane: tenes nomẽ meũ ⁊ nõ negasti fidẽ
meã. Et i diebus illis antiphas testis meus fi
delis qui occisus est apud vos: vbi sathanas
habitat. Sꝫ hẽo aduersus te pauca: qꝛ hẽs il
lic tenẽtes doctrinã balaam qui docebat ba
lac mittere scãdalũ corã filijs isrl' edere ⁊ for
E nicari: ita hẽs ⁊ tu tenẽtes doctrinã nicolaita
rum. Silr' pniam age: si quo minus. Veniam
tibi cito ⁊ pugnabo cũ illis i gladio oris mei
Qui hꝫ aurẽ audiat: q̇d spirit⁹ dicat eccl'ijs.
Vincenti dabo mãna absconditũ: ⁊ dabo illi
calculũ cãdidũ: ⁊ in calculo nomẽ nouũ scri
ptũ: qđ nemo scit nisi q̇ accipit. Et ãgelo thia
.c.⁊ tire eccl'ie scribe. Hec dicit filius dei: qui hẽt
.19.c oculos tanq̃ flãmã ignis ⁊ pedes ei⁹ siles au
richalco. Noui opa tua: ⁊ fidẽ ⁊ charitatẽ tu
am: ⁊ misteriũ ⁊ patientiã tuã: ⁊ opa tua no
F uissima plura priorib⁹. Sed hẽo aduersus te
pauca: qꝛ pmittis mulierẽ hiezabel q̇ se dicit
prophetẽ docere ⁊ seducere seruos meos: for
.d nicari ⁊ manducare de idolititis. Et dedi illi
tps vt pniam ageret: ⁊ nõ vult penitere a for
nicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum
⁊ qui mechãt cũ ea in tribulatione maxima
erũt: nisi pniam ab operibus suis egerint: ⁊ fi
lios eius interficiam in mortẽ: ⁊ sciẽt omnes
17.b eccl'ie: qꝛ ego sum scrutãs renes ⁊ corda: ⁊ da
G bo vnicuiqꝫ vr̃m ꝫm opa sua. Vobis aũt di
co ⁊ ceteris: qui thiatire estis: quicunqꝫ non
habent doctrinam hanc ⁊ qui non cognoue
runt altitudinem sathane quemadmodum
dicunt: non mittam super vos aliud pondus
tamen id qđ habetis tenete donec veniam. ⁊

qui vicerit ⁊ custodierit vsqꝫ in finem opera
mea: dabo illi potestatem super gentes: ⁊ re Ps.2.f.19.c
get eas i virga ferrea: ⁊ tanq̃ vas figuli con
fringentur: sicut ⁊ ego accepi a patre meo: ⁊
dabo illi stellam matutinam. Qui habet au
rem audiat: quid spũs dicat eccl'ijs. III.

Et angelo eccl'ie sardis scribe. Hec di A
cit qui habet septem spiritus dei: ⁊ se
ptem stellas. Scio opera tua qꝛ no
men habes ꝙ viuas: ⁊ mortuus es. Esto vigi
lans ⁊ confirma cetera que moritura erant.
Non enim inuenio opera tua plena coram
deo meo. In mente ergo habe qualiter acce
peris ⁊ audieris ⁊ serua: ⁊ penitentiam age.
Si ergo non vigilaueris veniam ad te tanq̃ 1.Thess.5.a
fur: ⁊ nescias qua hora veniam ad te. Sꝫ ha 2.Pe.3.c
bes pauca nomina in sardis qui nõ inquina
uerunt vestimenta sua ⁊ ambulabunt mecũ
in albis qꝛ digni sunt. Qui vicerit sic vestiet s.2.c.
vestimentis albis: ⁊ non delebo nomẽ ei⁹ de
libro vite: ⁊ confitebor nomen eius coraꝫ pa B
tre meo ⁊ coram angelis eius. Qui habꝫ au
rem audiat: quid spũs dicat ecclesiis. Et ange s.1.d. Esa.22
lo philadelphie eccl'ie scribe. Hec dicit scũs f.Job.12.c
⁊ verus qui habet clauem dauid: ⁊ qui ape
rit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo apit. scio
opera tua. Ecce dedi corã te ostiũ apertũ qđ
nemo potest claudere: quia modicam habes
virtutem ⁊ seruasti verbum meum ⁊ non ne
gasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga
sathane qui dicunt se iudeos esse: ⁊ non sunt
sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniant
⁊ adorent ante pedes tuos: ⁊ scient qꝛ ego
dilexi te. Quoniã seruasti verbũ patiẽtie mee
⁊ ego seruabo te ab hora tẽptationis que vẽ
tura est in orbem vniuersum temptare habi
tantes in terra. Ecce venio cito. Tene quod C
habes vt nemo accipiat coronã tuã. Qui vi
cerit faciam illum columnam in templo di
mei: ⁊ foras non egredietur amplius. Et scri
bam sup eum nomen dei mei ⁊ nomen ciui
tatis dei mei noue hierusalem que descendit
de celo a deo meo: ⁊ nomen meum nouum.
Qui hꝫ aurẽ audiat: quid spirit⁹ dicat eccle
siis. Et angelo laodite eccl'ie scribe. Hec dicit
amẽ testis fidelis ⁊ verus: qui ẽ principiũ cre
ature dei: Scio opa tua: quia neqꝫ frigidus
es neqꝫ calidus: vtinam frigidus esses aut ca
lidus: sed quia tepidus es: ⁊ nec frigidus nec
calidus: incipiam te vomere ex ore meo:
quia dicis ꝙ diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nul
li⁹ egeo: ⁊ nescis qꝛ tu es miser ⁊ miserabilis D
⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus. Suadeo tibi emere

a me aurū ignitū ꝓbatū vt locuples fias ⁊ ve
stimentꝭ albis induaris: vt nō appareat ↄfusio
nuditatis tue: ⁊ collyrio inūge oculos tuos
Prou..3.b. vt videas. Ego q̄s amo arguo ⁊ castigo. Emu
Hebre.12.b lare ergo ⁊ pniaꝫ age. Ecce sto ad ostiū ⁊ pul
so. Siq̄s audierit vocē meā ⁊ aperuerit mihi
ianuā itrabo ad illū: ⁊ cenabo cuꝫ illo: ⁊ ipse
mecū. Qui vicerit dabo ei sedere mecū i thro
no meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cū p̄re meo in
throno eius. Qui hꝫ aurē audiat: quid spiri-
tus dicat ecclesiis. IIII

A Post h̄ vidi ⁊ ecce ostiū aptū i celo ⁊
vox prima quā audiui tanq̄ tube lo
quētis mecū dicēs. Ascēde huc ⁊ oñdā tibi q̄
S.1.c. oportet fieri cito. Post h̄ stati fui i spū. Et ec-
ce sedes posita erat i celo ⁊ supra sedē sedēs.
Et q̄ sedebat silis erat aspectui lapidis iaspi-
dis ⁊ sardinis: ⁊ iris erat i circuitu sedis silis
B visioni smaragdie. Et in circuitu sedis sedilia
vigintiquatuor ⁊ supra thronos vigintiqua-
tuor seniores sedētes circūamicti vestimētis
albis ⁊ i capitibus eoꝝ coronas aureas. Et d̄
throno ꝓcedūt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua:
⁊ septē lāpades ardētes añ thronū q̄ sūt septē
spūs dei. Et i ↄspectu sedis tanq̄ mare vitreū
simile crystallo: ⁊ in medio sedis ⁊ i circuitu se-
C dis q̄tuor aialia plena oculis añ ⁊ retro. Et
aial primū sile leoni ⁊ scdm sile vitulo: ⁊ t̄tiū
aial hns faciē q̄si hois: ⁊ quartū aial sile aq̄le
volāti. Et q̄tuor aialia singla eoꝝ hēbāt alas
senas: ⁊ in circuitu ⁊ intus plena sūt oculis.
Et requiē nō hēbant die ac nocte dicentia: sā
Esa.6.b ctus sanctus sāctus dñs deꝰ oipotēs qui erat
D ⁊ qui est ⁊ q̄ vēturus ē. Et cū darēt illa aialia
gliam ⁊ honorē ⁊ bñdictionē sedēti sup thro
nū viuēti i secula seculoꝝ: ꝓcidebāt vigintiq̄
tuor seniores añ sedētē in throno ⁊ adorabāt
viuētem in secula seculorum: ⁊ mittebāt coro
nas suas añ thronū dicētes. Dignus es dñe
deꝰ nr̄ accipere gliaꝫ ⁊ honorē ⁊ v̄tutē: qꝛ tu
creasti oia: ⁊ ꝓpter volūtatē tuā erāt ⁊ crea-
ta sunt. V

A Et vidi in dextra sedentis supra thro
Ezech.2.d. nū libꝝ scriptū intus ⁊ foris: signatū
sigillis septē. Et vidi angelū fortem ⁊ predi-
cantem voce magna. Quis est dignus aperi
re librum ⁊ soluere signacula eius: ⁊ nemo
poterat neq̄ in celo neq̄ in terra neq̄ subtꝰ
terrā aperire librū: neq̄ respicere illū. Et ego
flebā multū: q̄ñ nemo dignus inuētus ē ape-
B rire libꝝ: nec videre eū. Et vnus de seniorībꝰ
dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo d̄ tribu
iuda radix dauid aperire libꝝ ⁊ soluer̄ septē
signacula eius. Et vidi ⁊ ecce in medio thro-
ni ⁊ q̄tuor aialiū ⁊ in medio senioꝝ agnū stā

tem tanq̄ occisū hn̄tē cornua septē ⁊ oculos
septē: qui sūt septē spūs dei missi in oēm terrā
Et venit ⁊ accepit de dextera sedētis in thro-
no libꝝ. Et cū aperuisset libꝝ: quatuor aiālia S.6.a
⁊ vigintiq̄tuor seniores ceciderūt corā agno C
habentes singuli citharas ⁊ phialas aureas
plenas odoramentoꝝ que sunt orationes sā
ctoꝝ: ⁊ cantabant canticū nouū dicentes. Di
gnus es dñe accipe libꝝ ⁊ apire signacula ei
us: quoniam occisus es: ⁊ redemisti nos deo S.7.b
in sanguine tuo ex omni tribu ⁊ lingua ⁊ pō
pulo: natione. Et fecisti nos deo nostro re-
gnū ⁊ sacerdotes ⁊ regnabimus sup terram.
Et vidi: ⁊ audiui vocē angeloꝝ multoꝝ in cir
cuitu throni ⁊ aialiū ⁊ senioꝝ: ⁊ erat numerꝰ B
eoꝝ milia miliū: dicētiū voce magna. Dignꝰ Dan.7
est agnꝰ qui occisus est accipere virtutem ⁊
diuinitatem ⁊ sapientiā ⁊ fortitudinē ⁊ ho
norē ⁊ gloriā ⁊ bñdictionē. Et oēm creaturā
q̄ i celo est ⁊ sup terrā ⁊ sub terra ⁊ que sūt in
mari ⁊ que in eo: oēs audiui dicētes sedenti
in throno ⁊ agno. Bñdictio ⁊ honor ⁊ glo-
ria ⁊ potestas in secula seculorum amen. Et q̄
tuor animalia dicebant. Amen. Et vigin-
tiquatuor seniores ceciderūt in facies suas ⁊
adorauerūt viuentē in secula seculoꝝ. VI

Et vidi q̄ aperuisset agnus vnū de se
ptē sigillis: ⁊ audiui vnū de quatuor A
aialibus: dicēs tanq̄ vocē tonitrui.
Veni ⁊ vide. Et vidi ⁊ ecce equus albus: ⁊ q̄
sedebat sup illū habebat arcū ⁊ data ē ei co-
rona: ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Et cū ape-
ruisset sigillū secūdū: audiui scdm animal di
cens. Veni ⁊ vide. Et exiuit alius equus ru-
fus: ⁊ qui sedebat sup illū datū est ei vt sume
ret pacem de terra: ⁊ vt inuicem se interficiāt
⁊ datus est ei gladius magnus. Et cum ape-
ruisset sigillū tertium: audiui tertiū aial: di- S.5.b
cens veni ⁊ vide. Et ecce equus niger: ⁊ q̄se- B
debat sup illū hēbat staterā in manu sua. Et
audiui tanq̄ vocē quatuor aialiū dicentium
Bilibris tritici denario vno: ⁊ tres bilibres
hordei denario vno: ⁊ vinū ⁊ oleū ne leseris.
Et cū aperuisset sigillū quartū audiui vocem
quarti aialis dicentis. Veni ⁊ vide. Et ecce
equus pallidus ⁊ qui sedebat super eū nomē
illi mors: ⁊ infernus sequebatur eum. Et da
ta est illi potestas sup quatuor partes terre:
⁊ iterficere gladio fame ⁊ morte ⁊ bestijs ter
re. Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi
subtus altare animas interfectorum propter C
verbum dei: ⁊ ꝓpter testimonium q̄d hēbant
Et clamabāt voce magna dicētes. Usq̄ quo
dñe sanctus ⁊ verus non iudicas ⁊ nō vindi S.19.a
cas sanguinem nostrum de his qui habita-

bant in terra. Et date ſunt illis ſingule ſtole
albe: ⁊ dictum eſt illis: vt requieſcerent ad-
huc tempus modicũ: donec ꝯpleanť conſer-
ui eoꝝ ⁊ frẽs eoꝝ q̃ interficiendi ſunt ſicut ⁊
t.17.f. illi. Et vidi cũ aperuiſſet ſigillũ ſextũ. Et ecce
D terremotus magnus factus eſt. Et ſol factus
eſt niger tanq̃ ſaccus cilicinꝰ: ⁊ luna tota fa
cta eſt ſicut ſanguis: ⁊ ſtelle de celo ceciderť
ſup ťrã: ſicut ficꝰ emittit groſſos ſuos cũ a vẽ
to magno moueť. Et celũ receſſit: ſicut liber
inuolutus: ⁊ oĩs mons ⁊ inſule de locis ſuis
mote ſunt. Et reges terre ⁊ principes ⁊ tribu
ni ⁊ diuites ⁊ fortes ⁊ oĩs ſeruus ⁊ liber ab-
ſconderunt ſe in ſpeluncis ⁊ in petris mon-
.d. tium. Et dicunt mõtibus. ⁊ petris cadite ſu-
.10.c per nos: ⁊ abſcondite nos a facie ſedẽtis ſup
.23.c. thronũ ⁊ ab ira agni: qm̃ venit dies magnus
ire ipſoꝝ. Et q̇s poterit ſtare. VII

A Poſt hec vidi q̃ttuor angelos ſtãtes
ſuper q̃ttuor angulos terre: tenẽtes
quattuor ventos terre ne flarent ſu-
per terrã neq̃ ſup mare neq̃ in vllã arborez
Et vidi alterũ angelũ aſcẽdentẽ ab ortu ſo-
lis hñtez ſignũ dei viui. ⁊ clamauit voce ma
gna quattuor angelis quibꝰ datũ eſt nocere
.9.a. terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere ťre ⁊ ma
ri neq̃ arboribꝰ quoadus̷q̃ ſignemus ſeruos
dei noſtri in frontibꝰ eorum. Et audiui nũe
rum ſignatoꝝ: centuz quadragintquattuor
milia ſignati. ex oĩ tribu filioꝝ iſrael. Ex tribu
iuda: duodeciz milia ſignati. Ex tribu ruben
B duodecim milia ſignati. Ex tribu gad: duo-
deciz milia ſignati. Ex tribu aſer: duodecim
milia ſignati. Ex tribu neptalim: duodecim
milia ſignati. Ex tribu manaſſe duodecim
milia ſignati. Ex tribu ſymeon duodeciz mi
lia ſignati. Ex tribu leui. duodecim milia ſi-
gnati. Ex tribu yſacar. duodeciz milia ſigna-
ti. Ex tribu zabulon. duodeciz milia ſignati.
Ex tribu ioſeph. duodeci milia ſignati. Ex tri
C bu beniamin. duodecim milia ſignati. Poſt
hec vidi turbã magnã quã dinumerare nẽo
poterat ex oĩbꝰ gentibꝰ ⁊ tribubꝰ ⁊ ppl'is ⁊ li
guis. ſtãtes añ thronũ ⁊ in ꝯſpectu agni ami
cti ſtol' albis. ⁊ palme in manibꝰ coꝝ. Et cla-
mabãt voce magna dicẽtes. Salus deo nr̃o.
qui ſedet ſup thronũ ⁊ agno. Et oẽs ãgeli ſta
bant in circuitu throni ⁊ ſenioꝝ ⁊ quattuor
aĩaliũ: ⁊ ceciderũt in ꝯſpectu throni in facies
ſuas ⁊ adorauerũt deũ dicẽtes: amen. Bñdi
ctio ⁊ claritas ⁊ ſapientia ⁊ gr̃arũ actio. ho-
nor ⁊ v̇tus ⁊ fortitudo deo nr̃o: in ſecula ſe-
culoꝝ Amen. Et reſpondit vnus de ſeniori
bus. ⁊ dixit mihi. Hi qui amicti ſunt ſtolis
D albis qui ſunt ⁊ vnde venerunt. Et dixi illi

Dñe mi tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui ve
nerunt de tribulatione magna: ⁊ lauerũt ſto
las ſuas. Et dealbauerũt eas in ſanguie agni .5.c.
Ideo ſunt ante thronũ dei: ⁊ ſeruiũt ei die ac
nocte in tẽplo eius: ⁊ q̃ ſedet in throno habi
tabit ſuper illos. Non eſurient neq̃ ſitiẽt am- Eſa.25.c
pliꝰ. nz cadet ſup illos ſol neq̃ vllꝰ eſtꝰ: qm̃ .21.a.
agnus q̃ in medio throni eſt reget illos: ⁊ d
ducet eos ad vite fontes aquaꝝ ⁊ abſterget
deus oẽm lachrimã ab oculis coꝝ. VIII

Et cũ aperuiſſet ſigillũ ſeptimũ: factũ A
eſt ſilentium in celo q̃ſi media hora.
Et vidi ſeptem angelos ſtãtes in cõ-
ſpectu dei: ⁊ date ſunt illi ſeptem tube. Et ali
us angelus venit: ⁊ ſtetit ãte altare hñs thu
ribulũ aureũ: ⁊ data ſunt illi incẽſa multa: vt
daret de orõnibꝰ ſcõꝝ oĩuz ſup altare aureũ
qd̃ eſt añ thronũ dei: Et aſcẽdit fumus incen
ſoꝝ de orõnibꝰ ſcõꝝ de manu angeli: coram
deo. Et accepit angelus thuribulũ aureum: B
⁊ impleuit illud de igne altaris: ⁊ miſit i ter
rã: ⁊ facta ſunt tonitrua ⁊ voces ⁊ fulgura ⁊
ťremotus magnꝰ ⁊ ſeptẽ angeli q̃ habebant
ſeptẽ tubas ꝑparauerũt ſe vt tuba canerent.
Et primus angelus tuba cecinit. Et facta eſt
grãdo ⁊ ignis: mixta in ſanguine: ⁊ miſſuz ẽ
in terrã. ⁊ terrtia pars terre. ꝯbuſta ẽ: ⁊ ťtia
pars arborum cõcremata eſt. ⁊ oẽ fenũ viri-
de cõbuſtũ ẽ. Et ſecundus angelus tuba ceci C
nit: ⁊ tanq̃ mons magnꝰ igne ardens miſ-
ſus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars maris
ſanguis: ⁊ mortua eſt tertia pars creature eo
rũ q̃ habebãt aĩas in mari: ⁊ ťtia ps nauiũ in
terijt. Et ťtius angelus tuba cecinit ⁊ cecidit
de celo ſtella magna ardẽs tanq̃ facula. Et
cecidit in tertiã ptẽ fluminũ ⁊ in fontes aq̃ꝝ
⁊ nomẽ ſtelle diciť abſinthiũ. Et facta eſt ťtia
pars aquaꝝ in abſinthiũ: ⁊ m̃lti hoium mor- D
tui ſunt de aq̇s: q2 amare facte ſũt. Et q̃rtus
angelus cecinit. ⁊ ꝑcuſſa eſt tertia ps ſolis: ⁊
ťtia pars lune: ⁊ ťtia ps ſtellaꝝ: ita vt obſcu-
rareť tertia pars eoꝝ ⁊ diei nõ luceret ps ter
tia ⁊ noctis ſilr̃. Et vidi ⁊ audiui vocẽ vnius
aquile volantis per mediũ celi: dicẽtis voce
magna: Ue ve ve habitãtibꝰ in terra de cete
ris vocibus trium angelorum. qui erant tu-
ba canituri. IX

Et quintus angelus tuba cecinit. Et A
vidi ſtellã de celo cicidiſſe i ťrã ⁊ da- .20.a.
ta ẽ ei clauis putei abyſſi. ⁊ apuit puteũ abyſ
ſi. ⁊ aſcẽdit fumꝰ putei ſicẽ fumꝰ fornacis ma .14.c.9.a.
gne ⁊ obſcuratꝰ ẽ ſol ⁊ aer de fumo putei. Et
de fumo putei exierũt locuſte in terraz: ⁊ da
ta eſt illis poteſtas ſicut habent poteſtatem
ſcorpiones terre. Et preceptum eſt illis ne .7.a.

lederent fenū terre neq; oē viride: neq; oēm
arborē: nisi tm̄ hoies q̄ non hn̄t signū dei in
frontib⁹ suis. Et datū est illis ne occiderent
B eos: sed vt cruciarent mensibus q̄nq;. Et cru
Esa.2.d ciatus eoꝝ vt cruciatus scorpij: cū pcutit ho
Osee.10.c minē. Et in dieb⁹ illis q̄rent hoies mortē ⁊
Luc.23.e non inuenient eā. Et desiderabūt mori ⁊ fu-
Sap.16.b giet mors ab eis. Et silitudies locustaꝝ siles
equis parat̄ in pliū: ⁊ sup capita eaꝝ tāq̄ co
rone similes auro: ⁊ facies eaꝝ tanq̄ facies
hoiu; Et hēbant capillos sicut capillos mu
lieꝝ: ⁊ dentes eaꝝ sicut dētes leonū erāt. Et
habebant loricas sicut loricas ferreas: ⁊ vox
alaꝝ illaꝝ sicut vox curruū equoꝝ multoru;
currentiū in bellū. Et habebant caudas siles
scorpionū: ⁊ aculei erāt in caudis eaꝝ: ⁊ ptās
eaꝝ nocere hoibus mensib⁹ quinq;. ⁊ hēbant
sup se regē angelū abyssi cui nomen hebraice
abaddon grece autem apollion: ⁊ latine hn̄s
nomen exterminans. Ve vnū abijt: ⁊ ecce ve
C niunt adhuc duo ve p⁹ hec. Et sextus angel⁹
tuba cecinit ⁊ audiui vocē vnā ex q̄ttuor cor
nibus altaris aurei qd̄ est añ oculos dei: dicē
te sexto angelo q̄ habebat tubā. Solue qua
tuor angelos q̄ alligati sunt in flumine ma-
gno eufratē. Et soluti sunt q̄ttuor angli qui
parati erant in horā ⁊ diē ⁊ mensē ⁊ annum
vt occiderent tertiā ptē hoium. ⁊ numer⁹ eq̄
stris exercitus: vicies milies dena milia: ⁊ au
diui numeꝝ eoꝝ. ⁊ ita vidi equos in visione
⁊ q̄ sedebant sup eos: hēbant loricas igneas
⁊ hyacinthinas ⁊ sulphureas: ⁊ capita equo
rum erant tanq̄ capita leonū: ⁊ de ore eoru;
D pcedit ignis ⁊ fumus ⁊ sulphur. Et ab his
